PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. VII.

CONTINENS

TIMAEUM ET CRITIAM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXVIII.

LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.

PLATONIS

TIMAEUS ET CRITIAS.

RECENSUIT,

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

ACCESSIT VARIETAS LECTIONIS PRAESTANTISSIMI CODICIS PARISINI ACCURATISSIME ENOTATA.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXVIII.

LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPF.
1838.

PROLEGOMENA

AD

TIMAEUM PLATONIS.

PROLEGOMENA

AD

TIMAEUM PLATONIS.

Cogitantibus nobis saepenumero atque animo reputantibus, quantas molestias ac labores ultro subirent ii, qui bonarum litterarum studiis profuturi longinqua itinera in peregrinas terras susciperent ibique in bibliothecarum latebris reconditas doctrinae copias sedulo investigarent et conquirerent, mirabile semper visum est, quod non pauca literarum monumenta, quae omnibus in medio posita essent neque ullam sumtuum aut viarum molestiam requirerent, quum in suo genere communi virorum doctorum consensione praestantissima ducerentur, tamen propemodum iacerent neglecta aut certe non ea cura ac diligentia essent illustrata, quam iis deberi sapientissimi quique existimarent. In quorum monumentorum numero non videmur errare etiam opus illud Platonis habendum esse iudicantes, sanequam grande ac magnificum, quod Timaei nomine inscribitur. Cuius operis quum ad plurimas doctrinae partes tanta sit vis tantumque momentum, ut et theologi et medici et mathematici et rerum naturalium scrutatores et sapientiae studiosi et vero etiam philologi ac iuventutis magistri inde non parum ad sapientiam proficere posse videri debeant, si-

quidem quae a magnis ac divinis ingeniis excogitata sunt, ea certe apud eos, qui sunt erectioris animi nec ad praesentium tantummodo bonorum usum abiecti, semper eam habent vim, ut ad excitandam alendamque ipsorum mentem valeant plurimum; tamen singulari fato accidit, ut nemo praeter unum Lindavium, nuperum interpretem, existeret, qui illud peculiari opera vel expolire vel illustrare studeret, paucissimi essent, qui singulas eius partes felici quidem successu tractarent et explanarent. Nolumus hic exponere de variis rei causis, quae multae sane cogitari possunt: unam eamque maximam et gravissimam memorare satis est, quae cernitur in singulari huius operis difficultate atque obscuritate: de qua quis est quin iam veteres philosophos ipsumque Ciceronem multum conquestos esse audiverit? Enimvero qui illud cum fructu legere aut aliis explicare voluerit, is sane doctrinae copias haud vulgares possideat et ad rem bene administrandam afferat necesse est. Non hic sufficit una Graecae linguae notitia quamvis idonea; accedere etiam debet accuratior sermonis Platonici scientia, quae diuturno tantum scriptoris usu ac familiaritate comparari potest: non satis est philosophiam Platonicam primis labris gustavisse, sed coniuncta cum eius notitia esse debet interior ipsius scientia et cognitio, ut exploratum habeas, ex quibus ipsa fontibus promanaverit: praeterea multarum rerum scientia requiritur, quae vulgo ab iis, qui veteres scriptores interpretantur, ignorari solent; opus est enim musicae antiquae notitia, qualem vel apud artis magistros hodie frustra fere quaeras; opus est rerum mathematicarum cognitione; opus est, ut in physicis versatus sis non mediocriter; imo nullum paene literarum genus reperitur, unde non aliquid ad Timaei interpretationem repetendum sit: atque haec omnia etiamsi vel maxime teneas, tamen ne sic quidem interpretis officio satisfeceris, nisi cum accurata singulorum verborum et sententiarum explicatione coniunxeris etiam universi operis eam perspicientiam, ut et primarium scriptoris consilium exploratum habeas, et singularum operis partium nexum ac disputationis ordinem progressumque penitus intelligas, et vero etiam quaenam huic libro cum aliis Platonis scriptis intercedat necessitudo et coniunctio, recte accurateque teneas. Quemadmodum enim de nullo omnino artis opere recte iudicaveris, nisi praeter singulas eius partes etiam totum consideres

ita Platonis sermones ab iis tantum recte intelligi aestimarique possunt, qui summam disputationis in iis comprehensae ita perspectam habent, ut quorsum singulae eius partes pertineant, et animo suo sentiant et mente intelligant atque videant. Id quod maxime in Timaeo requiritur, in quo libro disputatio maximam sane habet varietatem, quaeque legentes facile fallere queat, ut quorsum tendat argumentatio, denique incerti haereant.

Itaque facile apparet hunc librum tam immensam ac prope vastam ad meditandum commentandumque praebere materiam, ut etiamsi homo et ingenio et doctrina abundans sese ad eum explicandum illustrandumque conferat, atque hoc uno maxime negotio totam aetatem transigat, vel mediocri doctorum virorum expectationi haudquaquam satisfacturus esse videatur. Quo magis mirum fortasse accidet, quod ego, in quo nec ea doctrinae copia et ubertas nec illa ingenii felicitas cernatur, quae ad Timaeum explicandum necessaria est, libri interpretandi negotium suscipere non dubitaverim. Ac profecto impudens essem aut inepte ridiculeque superbus, si me profiterer id agere voluisse, ut omnibus illis, quae significavi, interpretis officiis cumulate satisfacerem. Nemo enim me ipso melius intelligere potest, quanta sit virium mearum mediocritas, ut ad illam perfectae interpretationis laudem ne adspirare quidem potuerim. Hanc igitur laudem totam atque illibatam lubens relinquo Viro Summo, Augusto Boeckhio, qui quam ante hos triginta annos promisit Timaei editionem, eam bonarum litterarum causa vehementer optandum est ut tandem aliquando perficiat. Illud tamen non dubitamus aperte fateri, propositum nobis fuisse hoc, ut certe perfectius quiddam elaboraremus, quam quod adhuc esset elaboratum, atque ad speciem illam perfecti operis mente et animo conceptam, quantum quidem vel ipsa natura vel doctrinae apparatus permitteret, contendisse videremur. Melius est enim rem magnam certe experiri, quam turpiter socordem in tertiis subsistere velle, verissimeque in proverbio dicitur: ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός. Quodsi autem mihi contigerit hoc, ut certe non infra mediocritatem substitisse videar, non exigua huius laudis pars debebitur iis, qui vel olim vel nostra aetate in Timaeo illustrando operam suam collocaverunt. Neque enim diffiteor me in gravissimis saepe locis inopem consilii fuisse haesitaturum, nisi iis, quae inter antiquio-

res maxime Plutarchus, rerum musicarum et mathematicarum scriptores, Proclus, aliique, e recentioribus autem praecipue Boeckhius, scripserunt, adiutus essem atque sustentatus. Quanquam nec illud reticere possum, variam istam multiplicemque lectionem effecisse, ut nobis non parum taedii devorandum fuerit. Nam Procli, Chalcidii, aliorumque libri, etsi subinde aliquid boni offerunt, tamen vel adeo oppleti sunt allegoricae interpretationis deliramentis, vel tam molesti infinitae loquacitatis et garrulitatis vitio, aut etiam importuna copiosae doctrinae ostentatione, ut periculum sit, ne iis legendis elegantiae sensus omnino obtundatur vel intercidatur. Quocirca bona, quae iis debemus, satis gravi labore videmur redemisse. Iam vero rationem huius editionis in universum quidem certe eandem esse voluimus, quam in sex prioribus Operum Platonicorum partibus instituimus. Itaque ante omnia universe de Timaeo explicandum est, quod quidem faciemus sic, ut primum de argumento operis, deinde de idea eius atque fine, si ita dicere liceat, tum de eiusdem nexu cum aliis Platonis scriptis, de ratione disserendi in eo regnante, de doctrinae in eo expositae fontibus, deque aliis rebus disputetur, quarum illustratio iis, qui mentem ac sententiam Platonis penitus percepturi sint, prorsus necessaria videatur.

CAP. I.

ENARRATUR TIMAEI ARGUMENTUM.

Socrates quum pridie Timaeum, Critiam, Hermocratem *) et quartum quendam familiarem narrandis sermonibus suis coram Glaucone, Adimanto, aliisque de optima civitate habitis mirifice oblectavisset; inter hos ipsos convenerat, ut vicissim Socratem sermonum epulis exciperent et exhilararent. Itaque congrediuntur praeter Socratem iidem illi, qui ipsum audivissent de republica disputantem uno excepto quarto illo eoque ignoto amico, quem tamen ipsum Platonem esse non immerito suspiceris **). Iam vero illi quum Socrati promisissent sese de simili argumento esse disputaturos, hic in principio dialogi paucis repetit potiora hesternae disputationis capita. Et summam quidem colloquii universi eo pertinuisse ait, ut doceretur, qualem esse oporteret qualesque cives habere eam civitatem, quae omnium optima futura esset: de singulis autem redigit in memoriam, quae disputaverat de variis civium ordinibus deque negotiis iis attribuendis, de custodibus eorumque educatione, de mulieribus, de liberorum procreatione et ma-

*) De his interlocutoribus vide p. 20. A. et quae ibi scripsimus ipsi: unde patebit, cur Plato hos potissimum homines de his rebus disputare iusserit.

**) V. Heusd. Init. Phil. Plat. Vol. III. p. 233.

trimoniis, de prole vel educanda vel clam in reliquam educenda civitatem, denique de principum institutione ac disciplina; in quibus argumentis tractandis affirmat sese pridie vel maxime fuisse versatum. P. 17 — 19. A.

Quo negotio absoluto vir sapientissimus, etiamnunc mentem suam plane defixam habens in imagine illa civitatis, quam adumbraverat, vehementer sese optare ait, ut aliquis ostendat, qualem sese ista civitas in ipso vitae negotio atque certamine cum aliis sit praestitura. Quod quidem nec poetas nec sophistas recte facere posse arbitratur, sed eorum munus ait esse, qui eam rerum peritiam et intelligentiam teneant, qualis in Timaeo, Critia et Hermocrate conspiciatur. Itaque Critias, Socratis voluntati satisfacturus, narratione quadam, a maioribus suis ex Aegypto allata, docere instituit ipsam Athenarum civitatem priscis temporibus talem fuisse, quae ad perfectae istius civitatis imaginem proxime accesserit. P. 20. C. — 23. C.

Solon, inquit, quum aliquando in Aegyptum venisset, diutius commoratus est in urbe Saitica, quippe quae Athenienses praecipue diligeret, quod eandem atque ipsa deam tutelarem venerarentur. Ibi quum alia multa cum sacerdotibus disputavit, tum etiam de statu et condicione prisca Atheniensium res memoria dignissimas audivit. Inter alia olim sacerdos quidam ad eum: O Solon, vos Graeci, inquit, semper pueri estis, priscorum temporum notitia omni destituti et vetustatis ignari. Cuius rei causa haec est. Fit interdum, ut quaedam orbis terrarum partes vel igni vel aquarum illuvie devastentur, atque sic rerum gestarum memoria omnis aboleatur. Quod etiam Athenis tuis olim factum. Nos autem Aegyptii ab eiusmodi vastationibus tuti sumus, quos Nilus ab incendio et editior regionum situs ab aquarum vi defendit. Ex quo fit, ut rerum antiquissimarum memoria perpetuo litterarum monumentis conservetur. Accipe igitur de vestra urbe narrationem auditu longe dignissimam, vobis autem penitus incognitam. Est enim urbs vestra pariter atque nostra a Minerva ante novem ferme annorum millia condita, quod temporis spatium complectantur annales, qui de more in templis nostris asservantur. Et priscis quidem illis temporibus vestrae civitatis leges a nostris non admodum erant diversae, faci-

nora autem gloriosissima. Quorum unum quoddam mentione longe dignissimum videtur.

Fuit quondam insula quaedam ingentis magnitudinis, sita in mari Atlantico e regione freti Gaditani, quam vocabant Atlantidem. Quae quum opibus et potentia plurimum polleret, non solum Africam ad Aegyptum usque et Europae partem usque ad mare Tyrrhenum pertinentem imperio suo subiecit, verum etiam quidquid terrarum intra Herculis columnas situm est, expugnare atque subigere studuit. Quo ipso bellum ingens atque omnibus gentibus periculosissimum conflatum est. Verum periculum istud avertit maiorum vestrorum sapientia et fortitudo, quae vires hostium adeo fregit, ut relictis his regionibus suis se finibus continere in perpetuum cogerentur. Ipsa vero insula illa postea temporis terrae motibus et inundationibus mari submersa evanuit neque amplius inter homines nota est. P. 23. D. — 25. D.

His expositis Critias se paratum esse ostendit ad statum illum priscorum Atheniensium plenius accuratiusque depingendum, ut civitatis perfectae imago a Socrate proposita quasi in ipsius vitae lucem veritatemque educatur, clariusque appareat, cives, quos ille instituerit, ipsos priscos esse Athenienses, de quibus Aegyptius sacerdos narraverit. Vult tamen ante omnia communiter decerni et constitui, quid cuique convivarum quoque ordine dicendum sit, ut Socratis voluntati cumulate satisfiat. Quo facto sic inter eos convenit, ut Timaeus, quippe astronomiae peritissimus maximeque in rerum natura cognoscenda versatus, primus dicat, ita quidem, ut facto a mundi generatione initio ad genus humanum transgrediatur, Critias vero deinde homines a Timaeo quasi genitos et a Socrate institutos cives priscarum Athenarum faciat. Quibus verbis non obscure significatur, quodnam sit universi Timaei argumentum et propositum, quaque necessitudine hic liber cum Politia atque Critia contineatur. Sed de his infra erit dicendi locus. P. 25. E. — 27 B.

Itaque Timaeus, susceptis disserendi partibus, posteaquam preces ad deos fecit, ut in opere tam difficili atque gravi sibi favere et numine suo adesse velint, disputationem ita orditur, ut primum explicandum sta-

tuat de mundi ortu. Cui disputationi praemittit quaedam de rerum intelligibilium et adspectabilium discrimine.

Duo, inquit, sunt rerum genera, alterum, quod est sempiternum, constans, omnis expers vicissitudinis nec unquam ortum; alterum, quod habet ea, quae subiecta mutationis vicissitudini atque generata sunt. Horum alterum intelligentia et ratione comprehenditur, quod unum semper atque idem est; alterum, quod affert opinionem per sensus, rationis expers: quod totum est opinabile; semper gignitur et interit nec unquam esse vere potest. — Iam vero quodcunque gignitur, id a causa aliqua proficiscatur necesse est. Opifex denique atque auctor alicuius rei, si eam speciem, quae est semper eadem, intuetur eamque sibi proponit tanquam exemplar, praeclarum opus efficiat necesse est; sin autem exemplar ob oculos habet a generationis et corruptionis vicissitudine non immune, nunquam eam, quam spectabit, pulcritudinis et perfectionis praestantiam assequetur. P. 27. B. C. — 28. C.

Et universum quidem, sive illud coelum aut mundum aut alio etiam nomine appellare placet *), quoniam cernitur et tangitur et est undique corporatum, quam ipsam ob causam etiam sensu percipitur et in opinione considit, fieri non potest quin eorum generi accensendum sit, quae mutationi et generationi sunt obnoxia. Itaque et factum est aliquando et habuit sui auctorem atque conditorem. Sed admodum difficile est huius universitatis auctorem invenire, inventumve palam indicare. Quocirca videamus potius, ille fabricator tanti operis utrum sit imitatus exemplar sempiternum illud et immutabile, an id, quod generatum ortumque diximus. Et mundi quidem pulcritudo, rerum ordo perpetuus, omnium vicissitudinum constantia, denique ipsius opificis praestantia facile unicuique persuadebunt, obversatum esse rerum conditori exemplar mundi perfectissimum, quod nulli est mutationis aut generationis inconstantiae subiectum. Ex quo efficitur hunc quem cernimus mundum simulacrum esse mundi alicuius aeterni. P. 28. C. — 29. A.

---

*) Tenendum enim τὸν οὐρανόν, τὸν κόσμον, τὸ πᾶν in hoc libro usurpari promiscue.

Iam vero Timaeus posteaquam Deum docuit ad ideae mundi exemplar hanc rerum universitatem creavisse, ex eo ipso, qualis de eius generatione atque natura disputatio futura sit, paucis quidem verbis, sed iis gravissimis significat. Quemadmodum enim hic mundus non est nisi imago quaedam mundi intelligibilis, ita etiam disputationem suam non absolutae veritatis numeros ait esse habituram, sed verisimilitudinis tantummodo speciem. Nam eandem illam, quae inter rem ipsam eiusque imaginem intercedit differentiam, etiam inter sermones arbitratur intercedere, prouti ad hanc vel illam referantur. Quocirca ipse suam disputationem fabulae nomine insignit, quippe quae non in veritatis exploratione, sed in verisimilitudinis suspicionibus sit versatura. P. 29. A. — D.

His praemissis Timaeus sic fere disputare pergit. Ad condendum hunc mundum, qui est longe pulcherrimus, Deum non alia commovit causa, quam bonitas ipsius: quum enim numen divinum sit bonum ideoque etiam omnis expers invidiae, nihil male, omnia bona voluit efficere, mundumque sibi ipsi reddere quam simillimum. Ex quo apparet eum in mundo informando perficiendoque bonum spectavisse. Hanc ipsam ob causam vero materiam corporum inconditam, informem et immoderate agitatam redegit in ordinem.

Nec vero eam vi vitali quadam carere voluit. Quum enim intelligeret nullam rem mente destitutam aequiparare virtutem eorum, quae mente praedita sunt, mentem vero sine anima nullam esse posse; faciendum putavit, ut etiam corpori mundano animam cum mente iniiceret eoque modo opus longe praestantissimum absolveret. Ita igitur mundus extitit animal anima atque mente praeditum. P. 29. D. — 30. B.

Iam hoc ita posito definiendum est, ad cuiusnam animantium similitudinem rerum omnium auctor mundum composuerit. Necesse est autem exemplar fuisse et pulcherrimum et absolutissimum, quodque cuncta, quae ratione intelliguntur, animantia in se complecteretur; alioquin enim non fuerat perfectum. Huic igitur Deus quum rerum universitatem finxerit similem, prorsus necesse est, ut sicuti unum tantummodo mundi exemplar fuit, ita etiam unus mundus reperiatur. P. 30. B. — 31. B.

Quidquid autem ortum habet, id et corporeum est et adspectabile atque tractabile. Quamobrem Deus mun-

dum e terra et igne conflavit, quorum elementorum alterum effecit, ut solidus esset et tangeretur, alterum vero, ut caderet sub oculorum conspectum, siquidem sine ignis vi nihil oculis cerni potest. Haec primaria autem elementa quoniam inter se opposita sunt, quandoquidem alterum est crassum densumque, alterum tenue ac subtile, Deus ea copulavit interposito aere et aqua, quo tanquam vinculo quodam omnia ita inter ipsa colligavit, ut indissolubili nexu continerentur. P. 31. C. — 32. C.

Consumsit vero Deus in mundo condendo omnem elementorum materiam. Quod ita factum est, ut ne quid extra ipsum relinqueretur, quod vi hostili in eum irrueret, utque immunis esset a corruptionis ac senectutis vitio. P. 32. D. — 33. A.

Figura universi mundi non potuit esse alia nisi perfectissima. Cum enim eo omnia animalia omnesque figuras contineri oporteret, ipse eam formam debuit accipere, cuius ambitu illa facile includerentur. Quae quidem sphaerica est, iam in se perfectissima, mundo autem vel propterea convenientissima, quod his manibus aut pedibus aut aliis membris ad sese sustentandum et alendum non indigebat. Tribuit enim Deus corpori mundano motum orbicularem, qui et ipse est praestantissimus atque menti et intelligentiae maxime consentaneus. P. 33. B. — 34. A.

Iam vero Deus animam in medio mundi locavit extenditque ac diffudit per omnes partes, ut vel extrinsecus eum circumdaret. (Quod quamobrem ita statuatur, in Commentariis ad p. 34. B. explicare conati sumus.) Ita igitur mundus dicitur omnibus numeris absolutus esse atque evasisse beatus deus, cui nihil quidquam deesset.

Et haec quidem prior est pars disputationis a Timaeo institutae, qua in universum de mundi origine et natura explicatur. Sequitur deinceps altera, qua exponitur singulatim de eius partibus. Primum igitur disputatur de anima, deinde de corporibus et animalibus.

Animae mundanae elementum Timaeus vult esse duplex, alterum cum mundo intelligibili cognatum, perpetuum, sempiternum, constans, alterum oriundum e primitiva corporum materia ideoque mutabile et dividuum.

Utrumque Deus coniunxit essentiae vinculo, quod tanquam tertium quiddam accessit. Iam vero ex his tribus secundum rationes mathematicas et musicas animae naturam composuit, ita temperatam illam, ut vitam degeret beatissimam et motibus suis quasi concinentem. Hanc autem animae compagem rursus ita divisit, ut orbi fixarum stellarum atque orbibus planetarum conveniret. Enimvero ab animae vi totius rerum naturae quasi vita et agitatio proficiscitur. Quapropter coeli atque planetarum motus ex eo ipso suam habent originem, quod animae mundanae ea est indoles, ut motu orbiculari secundum mathematicas et musicas proportiones moveatur atque agitetur. Et motus quidem orbis extremi, sive coeli fixarum stellarum, est sempiternus atque sibi constans, ad occidentem versus planeque respondet ei animae parti, quae ex elemento diviniore conflata est; planetarum autem motus, qui orientem versus cietur, diversitatis et varietatis refert naturam ipsi animae mundanae itidem inditam, ut adeo iam intelligatur, cur corpora mundana diversis ferantur motibus. Haec igitur animae indoles, haec ipsius quasi vita et agitatio est.

Cum ipsa autem ita nata et formata coniunxit deinde Deus corpus mundanum: quo facto illa a medio ad extremum coelum extenta et in orbem extrinsecus ei circumfusa seque in se ipsa versans divinum initium duxit sempiternae ac sapientis vitae in universum tempus. Est enim compos facta cognitionis rerum et corporearum et intelligibilium sive idearum, quoniam ipsa constat ex elemento sensili atque intelligibili. Neque vero materiam tantum sive realitatem, ut ita dicam, mundi intelligibilis et corporati percipit, sed etiam omni virium contentione id agit, ut varias rerum rationes atque coniunctiones sedulo discernat et intelligat. Ac sensilis quidem partis agitatio si libera est neque turbatur, rectae oriuntur opiniones atque persuasiones; sin autem motus nobilioris illius partis recte libereque procedit, nascitur ratio et scientia, sive rerum divinarum cognitio. Ita igitur illud universi mundi animal vitam vigoremque suum accepit. P. 34. C. — 37. C.

Cum vero Deus hoc intueretur aeternorum deorum simulacrum vivum, opere suo ipse gavisus est cogitavit-

que illud exemplari aeterno, ad quod illud creavisset, etiam magis reddere simile. Quam ob rem genuit tempus. Exemplar enim vidit esse aeternum. Quum vero aeternitas, quae semper sibi est aequabilis caretque prorsus successione mutationis, in id, quod ortum habet generatumque est, nullo pacto cadat, produxit mobilem aeternitatis imaginem: quod ipsum tempus est. Quum igitur id, quod vere est, semper sit, nec unquam fuisse vel futurum esse aut aetate crescere vel decrescere existimari liceat, tum temporum successio in res generatas utique convenit, quae quasi absolutae aeternitatis referunt quandam imaginem. P. 37. C. — 38. B.

Est autem tempus una cum coelo ortum. Quod ut nasceretur, Deus praeter orbem fixarum stellarum fecit Solem, Lunam et quinque planetas, quibus attribuit diversitatis motum. Atque ut evidens esset mensura et quasi numerus, quo inter se tarditate et celeritate in octo cursibus suis ferrentur, lumen Deus accendit in secundo a terra orbe, quem appellamus Solem, ut per universum luceret coelum numerique participes fierent animantes ratione praediti, quippe motum naturae aequabilis sibique constantis atque naturae variae multiplicisque discernentes. Ita igitur noctium et dierum, mensium et annorum tempora orta sunt. Iam vero quum homines vulgo siderum motus ignorent, tamen hoc certe intelligi debet, absoluto perfectoque numero temporis absolutum perfectumque annum compleri, et quidem tum, quum omnium octo orbium celeritates cursibus suis inter se confectis sese ad principium, unde discesserunt, rursus retulerint, easdem permensus sit etiam orbis stellarum fixarum. — Itaque sidera apparet ideo esse nata, ut hoc universum exemplari mundi intelligibilis perfectissimo ad aeternitatis imitationem quam simillimum redderetur. P. 38. B. — 39. E.

Iam vero anima mundi creata motibusque eius constitutis, unde aeternitatis imago orta est, quum nondum essent animalia, — nam stellarum quidem globi nondum sunt fabricati, sed quae modo dicebantur de mundi corporibus, ea perspicuitatis caussa quasi in antecessum ponebantur, — deus totidem illorum genera procreare decrevit, quot in aeterno illo mundi intelligibilis simulacro inesse cernebat. Sunt autem numero quatuor: primum genus est coelestium deorum; alterum ani-

malium in aëre degentium et alatorum; tertium aquatilium; quartum denique terrestrium. Quae quidem genera prorsus respondent quatuor rerum elementis, siquidem genus coeleste igni cognatum est. Et de hoc quidem Timaeus deinceps sic exponit. Divini quidem genus, inquit, Deus fabricabat maxime ex igne, ut quam splendidissimum esset et aspectu pulcherrimum. Universitati autem simile efficiens rotundam ei tribuit figuram, motumque eum, qui praestantissimae naturae esset consentaneus. Itaque sideribus inerrantibus, utpote diviniori-bus, hoc dedit, ut eodem modo in eodem semper volverentur et perpetuo manerent; quae autem vaga sunt et mutabili ratione labuntur, ea ita sunt generata, ut duplicem habeant motum, alterum, qui versatur in eodem, alterum, qui ante ingreditur. Quod vero terram attinet, hanc circa axem per totum pertinentem constrictam noctis et diei custodem iussit esse atque effectricem, primam et antiquissimam deorum, qui intra coelum generati sunt. Ceterum conversiones et quasi saltationes mundanorum corporum describere difficillimum est negotium et ab hoc loco alienum. P. 39. E. — 40. D.

Iam istorum deorum mentione iniecta Timaeus quaedam addit de diis, qui vulgo credebantur. Quos quidem e Terra et Coelo ortos ait ita, ut origo eorum nostram superet intelligentiam. Quocirca non vult de iis exponere, sed detrectat omnem huius rei disputationem. P. 40. D. — 41. A.

Hoc vero sapienter ita ab eo factum esse, quis est quin statim intelligat secum reputans, vulgarem superstitionem impugnare quam periculosum fuerit? Quod vero Plato astra statuit esse divina vel deos, de eo exposuit Chalcidius VII. §. 129 sq. p. 327 sq. conf. Epinom. c. 7. ed. Ast. Nimirum fuit haec opinio iam mature a Graecis philosophis suscepta ideo, quia cum vulgari deorum cultu, veluti Apollinis et Dianae, maxime erat cognata. Ita Anaximander teste Cicerone de Nat. Deor. 1, 10. astra pro diis habuit, quod idem confirmant Stobaeus Eclog. Phys. p. 56. Plutarch. Placit. Phil. I. 7, 11. et Augustin. De Civ. Dei VIII. 2. In eadem sententia etiam Pythagoras fuit, quem Cicero Acad. IV. 37. et Diogen. Laërt. VIII. p. 582 sq. narrant solem, lunam et reliqua sidera Deos appellavisse. Ductum vero ex hoc loco discrimen *τῶν ὁρα-*

τῶν et τῶν ἀφανῶν θεῶν a recentioribus Platonicis celebratum; nam ὁρατοὶ θεοὶ sunt sidera; ceteri omnes ἀφανεῖς. v. Davisius ad Max. Tyr. I. 10. Sed ista non huius loci sunt potiusque in commentarios reiicienda. Quamobrem in enarranda Timaei oratione continuo pergere licebit. Is igitur deinceps haec disputans inducitur.

Quum dii coelestes, inquit, essent creati, summus mundi opifex ad eos haec fere loquutus est. Dii deorum, quae adhuc a me sunt condita, ea etsi natura sua fragilia habentur, tamen me ita volente nunquam interibunt; nam quae bene condita sunt rursus pessumdare velle pravitatis fuerit. Itaque vos quidem nunquam interibitis, sed eritis dii sempiterni. Sed restat adhuc, ut tria mortalium animantium genera procreanda sint; res enim ipsa postulat, ut in mundo adspectabili omnia animalium genera comprehendantur, siquidem futurus sit absolutus et perfectus. Haec autem si a me ipso crearentur, deos aequipararent ac nunquam morerentur. Itaque iam vobis, qui a me habetis originem, eorum generationem demando. Accipite tamen a me semina eius animalis, quod immortale erit atque rationis et iustitiae particeps; vos autem immortali mortale attexentes fingite animantia et procreate, alimentumque praebentes augete, et consumta rursus recipite. — His dictis in calice illo, in quo temperata erant animae mundanae elementa, residuas mixturae partes denuo temperavit, non tamen aeque puras illas atque superiora fuerant. Quo facto singulis sideribus singulas animas attribuit tanquam vehiculis impositas, ut generaretur deinde animal deorum longe reverentissimum atque religiosissimum, hoc est, homo. Praedixit vero, qualis eius natura esset futura. Primum enim alteram eius partem fore virilem, alteram eamque imbecilliorem muliebrem. Deinde quum hominum animi necessitate corporibus iuncti fuerint, in perpetua partium eorum fluxione necesse fore, ut sensus ac perceptio omnibus e vehementioribus naturae motibus existeret, deinde mixtus e voluptate et dolore cupido, denique metus et ira et reliqui animi motus varii inter se atque discrepantes. Quos quidem motus omnes qui rationis imperio esset gubernaturus, eum iuste esse victurum, qui autem se iisdem dederet, iniustam acturum esse vitam. Denique etiam fatorum legem quandam humano generi

constituit. Eum enim, qui recte et honeste vitae cursum ipsi convenientem confecisset, rursus rediturum esse in astrum suum, quocum fuisset copulatus ibique vitam acturum beatissimam; qui autem vitae munere non recte functus esset, eum secundo ortu in muliebrem naturam translatum iri, ac si ne tum quidem a vitiis abstinuisset, pro corruptionis ac vitiositatis modo migraturum esse in earum ferarum naturam, quibus ipse evasisset similis, donec motus rationi contrarios vincere ac superare didicisset. Quae quidem omnia quum sic destinavisset, animis in corpora mundana sparsis, diis hoc negotii mandavit, ut corpora effingerent mortalia et quam optime genus humanum procrearent, quo homines possent esse beati, nisi quatenus sua ipsi culpa mala sibi quaererent; se enim nullius mali esse auctorem P. 41. A. — P. 42. E.

His ita constitutis summus ipse deus in solito suo manebat statu: filii autem, quum parentis ordinem cognovissent, ex quatuor elementis inter ipsa conglutinatis mortale corpus fecerunt: neque enim immortale fabricari potuerunt propterea, quod elementorum vincula ab ipsis adhibita non firma erant et indissolubilia. Iam vero mortale hoc corpus perpetuae partium suarum vicissitudini obnoxium est, quum novae usque accedant veteribus atque rursus decedant. Quo quidem flumine anima perpetuo vexata et sine rationis constantia in varias partes agitata etiam corpus in omnes partes agitare coepit, unde illud omnibus modis, antrorsum retrorsum, sinistrorsum dextrorsum, sursum deorsum, movetur. Quum vero continua ista partium corporis fluctuatio animam perturbet, tum etiam sensuum perceptiones eam multo magis inquietant atque agitant. Accedunt denique ciborum potorumque effectus, quibus et ipsis corporis vicissitudines et mutationes multae provocantur. Propter has igitur affectiones omnis anima corpori illigata primo quidem desipit, donec motibus corporis sensim ac pedetentim sedatis prudentiae ac sapientiae rursus compos fiat. Qua in re si praeterea etiam bona educatione adiuvatur, maximo evitato morbo integra atque sana evadit; sin autem eruditione neglecta mancam traducit vitam, imperfecta rursus ad inferos revertitur. Sed de his postea viderimus; nunc quaerendum nobis est de corporis partium origine et de anima, quibus de causis deorum providentia facta sint: quod

quidem faciemus sic, ut rursus sequamur verisimilitudinem. P. 42. E. — 44. D.

Dederunt igitur dii immortales corpori humano hanc figuram ac speciem. Primum finxerunt c a p u t, quae est pars nostri longe praestantissima, cui reliqua corporis membra omnia quasi famulantur. Iam vero dii duplicem illum coeli circuitum a summo deo propositum spectantes, quo homo rerum universitati similis fieret, capiti rotundam tribuerunt figuram eique itidem duos illos animae circuitus illigarunt. Ne vero illud quum super terram volveretur, huius declivitatibus et asperitatibus offenderetur aut detineretur, inferiores corporis partes ei tanquam vehiculum quoddam adiunxerunt. Hinc orta humani corporis proceritas; hinc membra extensa eademque flexibilia; hinc crura et manus; hinc denique membra omnia, quibus divinissimae et sanctissimae nostri partis domicilium sustentatur. Et posteriorem quidem corporis partem anteriore minus exornarunt. Hanc enim ad imperandum magis idoneam omninoque praestantiorem iudicaverunt. Itaque huic maxime imposuerunt instrumenta, quae sapienti animae imperio inservirent. Inter quae primo loco nominandi sunt o c u l i, in quibus inest v i s u s *); iisdem vero per palpebras contectis et occlusis somnus oritur. Enimvero oculum visumque dii nobis dederunt ideo, ut maximarum rerum scientiam et cognitionem adipisceremur. Hoc enim sensu contemplari licet rerum universitatem, quo fit, ut sapientes coeli conversiones cognoscentes nostri animi motus ad earum exemplum regere et gubernare consuescamus. Unde adepti sumus philosophiam, quo bono nullum praestantius a diis immortalibus humano generi neque adhuc datum est nec unquam postero tempore dabitur. Eadem v o c i s et a u d i t u s ratio est, quae ob easdem causas a diis nobis tributa sunt; siquidem et oratio eo valet, et harmonia videtur utilis esse ad temperandum animae nostrae circuitum, et numerus conducit haud dubie ad compescendam in nobis intemperantiam restituendamque animae nostrae convenientiam et quasi concentum. P. 44. D. — 47. E.

Et hactenus quidem quae mentis vi sunt effecta

---

*) De quo copiose exponitur p. 45. B. sqq. ubi vid. Commentar.

consideravimus; sequitur nunc, ut videamus de iis, quorum causa nititur *necessitate.* Est enim hic mundus mixtus et conflatus e necessitatis et rationis coniunctione, quamquam rationi principatus deferendus est, siquidem per eam necessitas eo est adducta, ut ei, quod optimum est, concederet et obsequeretur. Versabitur autem haec quoque disputatio non in exquirenda veritate, qualis est, quae mente et ratione continetur, sed unice verisimilitudinem sectabitur, quae pertinet ad opinionis probabilitatem.

Quum igitur antea diceremus de mundi origine, duplex distinximus genus rerum, quorum alterum esset exemplar eorum, quae generata sunt, sola mente et ratione percipiendum, alterum in huius ipsius imitatione quadam cerneretur atque sub sensus esset subiectum. Enimvero tunc quidem pro disputationis nostrae instituto his solis opus esse videbatur. Nunc autem tertium illis genus addendum est, obscurum sane illud, plenum difficultate, et magnis tenebris obvolutum. Dico omnis generationis receptaculum et quasi nutricem. Quod quale sit, perspicuum fiet, ubi de primitiva elementorum natura explicatum erit. Etenim quae vulgo appellantur elementa, ex quibus omnia originem duxisse putamus, ea haudquaquam constantia sunt aut immutabilia, sed perpetua vicissitudine agitantur. Nam aqua concreta mutatur in terram, soluta ac tenuata in aërem, exusta denique in ignem; contra ignis extinctus in aërem abit, aër condensatus in nebulam ac deinceps in aquam; denique aqua in terram et lapides mutatur. Quae quidem elementorum vicissitudo et quasi fluctuatio quum perpetua sit, facile apparet, ea nullo insigniri nomine posse, quod constantiae ac perpetuitatis faciat significationem; neque enim aër, qui nunc est, recte appellatur aër, quoniam perpetuo labitur; nec maiore iure aquam, quam nunc ipsum cernimus, aut ignem terramve, his nominibus appellare licet. Imo si accurate loqui voluerimus, vocare ea debebimus potius indefinite talia quaedam, ut videlicet significemus eam rem, quae quoniam modo aqua aut ignis aut terra nobis visa est, huic vel illi similis existimetur. Iam vero his elementis, quae perpetuo mutantur, subiectum aliquid esse oportet, unde ista ipsa existant, et quae calida, frigida, alba, nigra appellamus, oriantur. Quod si quaeris quale sit, est perfecto nihil aliud nisi aliquid,

quod quum formae rationisque capax sit, tamen ipsum eadem caret, quippe nullam habens qualitatem constantem. Oportet enim omnium formarum expers esse id, quod omnes in se recepturum sit species. Itaque tria apparet esse rerum genera, primum id, quod fit; alterum, id, in quo fit; tertium exemplar, ad cuius similitudinem quae fiunt omnia componuntur Postremum dixeris patrem, secundum matrem, tertium sobolem quasi quandam. Ex quibus omnibus consequitur, ut materia, quae omnia in se recipit, ad nullum genus rerum generatarum referri queat ideoque nec aqua neque terra neque aër neque ignis sit: imo cum formae expers sit atque infinita, etiam oculorum sensum effugere existimanda est. Habet tamen ea hoc proprium, quod inexplicabili quadam ratione particeps fit eius, quod sola mente atque ratione intelligitur, quippe cuius quasi vim et efficaciam in se experiatur. P. 48. E. — 51. C.

Iam vero illud dubitare licet, num ea, quae per se et vi sua constant, *esse* dicenda sint, an solae res adspectabiles habeant veritatem. Quae postrema ratio unice quibusdam materialistis) probatur. Et nobis quidem de ea re sic statuendum videtur. Si ratio et scientia differt ab opinione, necesse est, ut etiam discrepent inter se, quae vel ratione et scientia cognoscuntur, vel opinione percipiuntur. Haec igitur sunt varia et mutabilia; illa perpetua ac sempiterna. Quocirca sic existimandum: sunt sane res intelligibiles sive Ideae, omnis mutationis expertes; sunt item res generatae, mutationis vicissitudini obnoxiae; est denique aliquid, sive illud receptaculum sive locum sive nutricem ac parentem sive alio quopiam nomine vocamus, in quo omnia fiunt, hoc est generationis quoddam substratum, ut cum barbaris philosophis loquamur, quod a sensuum perceptione abductum aegre adulterina quadam ratione (νόθῳ τινὶ λογισμῷ) intelligitur. Quod quidem cogitantes saepenumero eo perducimur, ut vel de ea natura, quae revera est, perperam statuamus, atque nobis persuadeamus, nihil esse id, quod nec in terra nec in coelo usquam reperiatur. Nam res sub sensus cadentes sunt illae quidem ad idearum exemplum compositae, ideoque harum quasi quaedam imagines, sed tamen ab ipsis ideis diversae: quocirca nec spatii loco-

rumque rationes ad has continuo transferendae sunt *). Sed redeamus illuc, unde paullisper deflexit disputatio nostra. Fuerunt igitur priusquam hic mundus conderetur, haec tria: id, quod vere est, hoc est ideae, materia rudis et informis, denique generatio, sive generandi facultas, quae Graece dicitur γένεσις, quam erunt, qui, sicuti olim Tiedemannus, futurus Germaniae philosophus, perperam atque stolide materiam interpretentur, materiam illam factioni subiectam spatium intelligentes, non minore perversitate. P. 51. C. — 52. D.

Atque haec quidem de primitiva illa rerum materia. Priusquam autem coelum sive mundus conderetur, ea quattuor elementorum ita fuit capax, ut iamiam ad eorum formas vergeret ideoque multiformis videretur. Quocirca ea iam primitus hanc habuit virtutem, ut in quattuor elementorum species dispesceretur. Quae discretio etiam tum conspicua fuit, quum Deus mundi fabricam aggrederetur. Sed quia vires materiae erant dispares neque ulla in parte aequilibres, immoderate ipsa agitata est. Quocirca numen divinum omnia numeris atque figuris distinxit atque effecit, ut levibus atque gravibus suapte vi et natura discretis similia inter se coirent. Ita orta sunt ignis et terra, aqua et aër, quae omnia Deus figuris atque numeris suis pulcerrime distinxit et exornavit. P. 52. D. — 53. C.

Accipite vero nunc descriptionem eorum et cuiusque ortum. Sunt igitur elementa haud dubie habenda pro corporibus. Corpus autem omne quum solidum sit, necesse est etiam superficiebus inclusum teneatur. Repeti vero omnium superficierum origo commode potest e triangulis rectangulis, altero aequilatero, altero inaequalibus lateribus instructo. Quocirca ex his etiam elementorum generatio declaranda erit. Quod quidem quomodo fieri possit, ab iis demum perspicue intelligetur, qui originem cubi, pyramidis, octaëdri et icosaëdri ex istis triangulis cognitam exploratamque habeant. Etenim singulis elementis singulae

*) Etiam hunc locum in Commentariis Platonis orationi subiectis videmur satis explanavisse.

figurae tanquam propriae assignandae sunt, siquidem ea pro tenuitatis aut crassitatis modo hanc vel illam referunt speciem. Itaque terra, quoniam est elementorum omnium crassissimum et gravissimum, cubicam habet figuram; ignis porro, quia subtilissimus est ac per omnia facillime acie sua penetrat, pyramidi est similis; octaëdron refert aër; icosaëdron aqua: quippe postrema haec, quoniam ad terrae naturam proxime accedit, etiam cubo similem habet speciem. Sunt autem haec elementa primaria adeo subtilia ac tenuia, ut sensuum perceptionem prorsus fugiant, atque tum demum sentiantur, quum conglomerata ad maiorem excreverunt molem. Iam vero ea inter ipsa variis modis mutantur atque transformantur. Quod ipsum ex figurarum, quae singula habent, origine explicari potest. Etenim fieri ita solet, ut quum in minutissimas particulas mutata sunt, susceperuntque primitivorum triangulorum species, alterum altero vel attrahatur vel absorbeatur, quo ipso multae atque variae efficiuntur eorum transfigurationes et immutationes. Qua tamen in re diligenter tenendum est terram a reliquorum elementorum natura vehementer discrepare. Haec enim quanquam, ubi soluta est, itidem cum aliis elementis commiscetur, tamen propter crassitudinem suam nunquam in alius alicuius elementi naturam transire solet *). P. 53 C. — 57. D.

Haec autem mutatio elementorum quoniam m o t u et s t a t u efficitur, de his quoque nonnulla adiicienda sunt Igitur nunquam motus inest in aequabilitate. Ex quo sequitur, ut s t a t u s quidem in aequalitate locum habeat, m o t u s autem inaequalitate nitatur. Causa vero inaequalitatis est dissimilitudo, cuius originem antea attigimus. Illustrandum tamen adhuc illud est, qui fiat, ut singula secundum genera separata moveri inter se atque agitari non desinant. De qua re sic statuendum videtur. Universi circuitus quia orbicularis est, natura sua ad se ipse contendit atque omnia constringit, ut n u s q u a m v a c u u s l o c u s relinquatur. Quo evenit, ut perpetua maiorum minorumque particularum efficiatur agitatio. P. 58. A. — C.

---

*) Totum hunc locum rursus summatim retulimus, utpote in Commentariis copiose a nobis illustratum.

Sequitur, ut de formis elementorum dicendum sit. Sunt igitur primum quidem ignis multae et variae species, velut flamma et id, quod e flamma promanat. Similiter in aëre discernimus aetherem, nebulam, tenebras, alia. Porro aqua bifarium dividi potest, in humidam atque fusilem, neque alia ratio est aëris. Exinde vero etiam nascuntur varia metalla veluti aes et aurum, lapides, humorum genera denique diversissima: quae omnia qui rerum naturae curiosus est, accurate investigare et e varia elementorum mixtione explicare debet *). P. 58. C. — 61. C.

Et hactenus quidem de generibus et formis elementorum explicatum est. Videamus nunc de eorundem affectionibus, quae et ipsae e figuris ipsorum repetendae sunt. Calor igitur exinde oritur, quod ignis, utpote elementorum omnium acutissimum, tenuissimum ac velocissimum, carnis particulas disiungit atque permeat. Frigus contra nascitur, quando humida grandiora ad corpus extrinsecus accedentia, dum introrsum penetrare conantur, humida corpore contenta repellunt, contrudunt, et ex agitatione et motu ad immobilitatem et compressionem redigunt: quo ipso fit, ut quod contra naturam coagulatur, repugnet atque tremor et rigor existat. Porro gravitatis et levitatis natura ex eo habet explicationem, quod elementa pro varia indole et condicione sua vi quadam centripeta et centrifuga feruntur **). P. 61. C. — 63. E. Iam vero etiam sensus et affectiones corporis nostri poterunt declarari. Quocirca ordine deinceps videamus de voluptate ac dolore, de tactu, olfactu, sapore, auditu, visu. Itaque in iis corporis partibus, quae sentiendi vi praeditae sunt, voluptas excitatur, quoties moventur secundum naturam aut in pristinum statum revertuntur; dolor vero existit, quum vehementer cientur et contra naturam. Quamquam dolor ac voluptas locum non habet, quum caedem celeriter quidem sed magna cum facilitate moventur: id enim non sentiri solet. Haec igitur de dolore ac voluptate. Videndum nunc de singulis sensibus est. — P. 65. B.

---

*) Id ipsum a Timaeo factum est: sed consulto in brevius contraximus quae ille fusius disputavit.

**) Uberius philosophi mentem declaravimus ann. ad p. 63. B. sqq., quae hic iterare noluimus.

Gustus causa in humoribus continetur, de quibus dictum est antea *). Tenduntur enim a lingua venae ad cordis sedem, quae saporum sunt quasi nunciae quaedam. In quas si quae ita pervenerunt, ut per humidam carnium mollitiem penetrantia terrestri natura sua modice liquefacta venas contrahant et arefaciant, sapores sentiuntur. Quorum multa et varia sunt genera, acrium, acerborum, salsorum, dulcium, e suis quaeque causis repetenda. (P. 65. B — 66. C.) **). Olfactus porro pendet e fragrantibus corporum odororum particulis, quae in aëre sparsae inspiratione adducuntur: cuius varia genera aegre constitui possunt propterea, quod omnis odor dimidiam quandam et imperfectam naturam habet, quae definiri ac determinari non facile potest. Distingui tamen possunt odores iucundi et iniucundi. (P. 66. C. — 67. A.) Tertius sensus est audiendi. Qui quidem oritur sic, ut vox, quae est pulsatio quaedam ab aëre per aures, cerebrum, et sanguinem ad animum usque penetrans intus percipiatur atque motio per eam effecta inde a capite ad hepar usque propagetur. Est autem vox (Ton) acuta vel gravis, itemque fortis vel debilis, aequalis vel inaequalis. (P. 67 A. — C.) Restat quartus sensus, qui est videndi. Complectitur is colores, qui positi sunt in eo, quod species quaedam oculorum meatibus congruentes ex rebus nobis circumdatis emanant et per oculorum meatus ad animum commeant. Quae est visus causa et origo. Sunt autem colorum genera maxime varia. quae singula rursus suis atque propriis nituntur causis naturalibus. P. 67. C. — 68. D.

Finita hac disputatione de iis, quae ex necessitate suspensa sunt, priusquam ad naturae humanae originem illustrandam accedamus, nonnulla de duplici causarum genere earumque rationibus praemittenda videntur. Est igitur alterum genus causarum divinum, alterum necessarium. Sed copulavit Deus divina cum necessariis, quoniam haec sine illis non possent cognosci et intelligi. Itaque id nobis agendum est, ut divina vitae beatae adipiscendae causa exquiramus, quan-

*) P. 59. E sqq.

**) Digna haec quoque sunt, quae in commentariis illustrata legantur.

tum quidem per humanam imbecillitatem liceat; necessaria autem propter divina cognoscere studeamus. P. 68. E. — 69. A.

Sed referamus nos rursus ad orationem superiorem, quo commodius deinde disputationi nostrae finem imponamus. Deus igitur materiam rerum infinitam et inordinatam redegit in ordinem, atque inde fabricavit hocce universum, unum animal cuncta in se complectens animalia tam mortalia quam immortalia. Ac divinorum quidem, h. e. non fragilium aut caducorum, ipse auctor fuit, mortalium vero procreationem proli suae mandavit. Hi igitur summum deum imitantes quum principium animi humani immortale accepissent, mortale deinde corpus ei circumdederunt, aliamque animi speciem in eo adstruxerunt, vehementes ac necessarias in se habentes affectiones, voluptatem, dolorem, spem, metum, iracundiam, cupiditatem. Ne igitur pars animae divina alterius contagione corrumperetur, dii eas sapientissime sedibus suis segregarunt, atque alteram in capite, alteram in inferiore corporis parte sive thorace collocaverunt. Sed ignobilior anima quum rursus in duas partes esset divisa, alteram meliorem, deteriorem alteram; has quoque separaverunt diaphragmate, siquidem *τὸ θυμικόν* vicinum fecerunt parti divinae, quo facilius rationi obsequeretur, *τὸ ἐπιθυμητικόν* autem inter diaphragma et umbilicum collocarunt, quominus rationis legibus refragaretur. Ita igitur animae partes in corpore humano locatae sunt. P. 69. A. — 70. A.

Quemadmodum vero dii totum corpus humanum sapientissime finxerunt sic, ut animi mentisque imperio inserviret, ita etiam singulas eius partes sollertissime instruxerunt sic, ut unaquaeque rite munia sua obiret et universi corporis ministerium adiuvaret. Quod quidem de corde (P. 70. B.), de pulmonibus et arteriis (p. 70. C.), de ventriculo (P. 70. E.), de hepate, in quo divinationis quaedam species inest, (P. 71. A sqq.), de splene (P. 72. C.), de alvo, potulentorum et esculentorum receptaculo (P. 72. E. 73. A.), de medulla, quae est quasi vitae radix quaedam et origo (P. 73. B. C.), de cerebro, animae pabulo, (P. 73. D.), de cranio et ossibus (P. 73. E. sq.), de ligamentis ac tendinibus (P. 74. A. B. D.), de carnibus, medullae et ossium tegumentis (P. 74. D. E.

75. A. B. C.), de nervis capiti circumiectis (P. 75. D.), de dentibus, lingua, labiis (P. 75. E.), de capillis (P. 76. A.), de cute et poris (P. 76. A. B. C.), de digitis eorumque structura (P. 76. D.), denique de singulis corporis, membris certissimis documentis confirmari potest. P. 70. A — 76. E. — Quoniam autem vita humana maxime igne et aëre continetur, a quibus elementis corpus nostrum futurum erat ut liquefieret et exhauriretur, dii auxilium ei excogitarunt sapientissimum. Crearunt enim arbores ac plantas, cognatum nobis genus et vitae particeps, cui item sensum quendam cupiditatemque tribuerunt: unde nobis paraverunt alimenta, quibus ignis et aëris vis perniciosa defenderetur (P. 77. A. B. C.). Itaque etiam corpus nostrum alveis quibusdam et canalibus distinxerunt tanquam hortos, ut quasi rivulis irrigaretur: quae sunt venae maiores et minores, quibus inter alia etiam genitalis medulla irrigatur (P. 77. D. — 78. A.). Ut autem ignis et aëris vis in corpore humano teneretur, pulmones cum oesophago et arteria aspera facti sunt (P. 78. B.). Indidem etiam respiratio et exspiratio atque alia suspensa sunt, de quibus hic referre nihil attinet (P. 78. C sqq.). Pariter magna deorum sapientia cernitur in sanguine et nutritione corporis humani (P. 80. D sqq.). Atque haec fere dicta sunto de corporis humani fabrica. P. 70. A. — 81. C.

Iam recenti totius animantis constructione atque elementis vitalibus nondum hebetatis et obtusis valetudo corporis integra manet et incolumis. Sin autem primitiva illa vitae elementa ac principia paullatim minuuntur atque conteruntur, tum vero senectutis imbecillitas ingravescit, quam sequitur deinde, nisi violentus intervenerit morbus, naturalis totius corporis dissolutio, non illa cum dolore, sed potius cum quadam voluptate coniuncta. P. 81. C. — E.

Sequitur ut ex quibus causis morbi corporis proficiscantur, explicandum sit, quod tamen ex superioribus intelligi potest. P. 81. E. — 86. A *). Graviores vero illis animorum morbi sunt. Quo-

*) *Haec apud ipsum Platonem legantur necesse est.*

rum duplex causa est, altera in corporis valetudine, altera in disciplinae pravitate posita. Perperam enim homines vulgo existimant fieri posse, ut quis sponte malus fiat. Imo nulla est improbitas, nisi quae ex his ipsis fontibus oriatur. Est autem unus animi morbus dementia. Cuius duae quasi formae sunt atque species, insania et insipientia. Utraque originem habet maxime e nimia vehementia doloris et voluptatis, qua efficitur, ut nec honesta appetere nec mala et inhonesta refugere possimus. Opprimitur enim per eam mentis et rationis vis, quae una est optima boni honestique dux ac magistra. P. 86. A. — 87. B.

Itaque id agendum sedulo est, ut mens sana sit in corpore sano. Quocirca nec corporis nec animi curam debemus negligere. Alterutro enim neglecto fieri non potest, ut universa hominis natura aequabiliter erudiatur atque formetur. Nam animus si vel optima sit indole, sed in corpore habitet infirmo atque imbecillo, profecto nihil magni, nihil praeclari, nihil divini poterit efficere, siquidem ubi in rerum contemplatione versatur intentius, facile evenit, ut etiam vires corporis absumantur. Quid quod animi vis, si excellentior sit, corpus infirmius quasi conficit vehementerque exagitat, quo ipso fit, ut subinde gravissimi corporis morbi oriantur. Quemadmodum vero imbecillum corpus impedit, quominus animus libere moveatur atque viribus utatur suis, ita vicissim animus imbecillus ac debilis ubi valido robustoque corpore inclusus tenetur, quoniam non satis valet ad domandas corporis cupiditates, frangatur atque opprimatur necesse est. Ex quibus apparet, quo quasi temperamento educationis utendum sit. Nam ii, qui maxime in litterarum ac sapientiae studio versantur, ne corporis quidem curam et exercitationem negligere debebunt: qui autem corpori formando student, eos par est etiam mentem animumque suum sapientiae studio excolere atque erudire. Quod si ita fit, corporis animique efficietur quasi concordia quaedam, ac si qua inciderit eorum discrepantia, incommoda eius rei minus sentientur. De tribus autem partibus, in quas animus noster divisus est, sic est existimandum, ut optimam quamque etiam maxima cura indigere nobis persuadeamus. Quocirca excolenda ante omnia mens atque ratio est, quam Deus animo nostro tanquam daemonem addidit at-

que in capite quasi arce aliqua collocavit, ut sursum ad coeli conspectum erecti ad rerum divinarum curam ac meditationem perduceremur. P. 87. C. — 90. C. Iam vero divinae naturae, quae in nobismet ipsis cernitur, cognatae sunt motiones totius rerum universitatis coelestesque circuitus. Hos igitur spectare, hos sequi, hos denique imitari quemque decet, ut circuitus in capite nostro per generationem corruptus contemplandis universi harmoniis et concentibus emendetur atque mens et ratio ad pristinam naturae nostrae virtutem rursus evehatur. Qui quidem vitae finis hominibus a diis propositus est et in praesens et in posterum tempus. P. 90. D.

En, consideravimus nunc quae exquirere antea constitueramus, siquidem disputatio nostra ab rerum universitate exorsa iam pervenit ad humanae naturae ortum tanquam ad exitum suum. Reliquum est ut de origine ceterorum animalium disputandum sit. Quum igitur principio homines omnes essent mares neque ulla praeter ipsos animalia usquam reperirentur; tum in secundo generationis circuitu accidit, ut qui ignavi et improbi extitissent, ii in feminas mutarentur. Quo quidem tempore etiam varii sexus orti sunt dataque hominibus liberorum procreandorum cupiditas pariter atque facultas. Deinde avium prodiit genus ex iis viris natum, qui, etiamsi in vita boni essent et innocentes, tamen animum non avertissent a levitate, et quum rerum sublimium scientiae et cognitioni studuissent, tamen sensibus tantum tribuendum arbitrati essent, ut horum maxime auxilio ad veritatis cognitionem perveniri existimarent. Peior etiam eorum condicio fuit, qui neglecto omnino sapientiae studio unice rebus terrestribus operam navassent seque totos dedidissent voluptatibus. Qui quidem versi sunt in genus quadrupedum prono in terram capite incedentium. Inter hos ipsos autem qui pessimi extitissent ac plane vecordes, ii rursus abierunt in reptilia. Denique ultimum infimumque locum tenet genus animalium aquaticorum, quod quidem ortum est ex iis, qui omnium longe stolidissimi extitissent: unde nec liberum hauriunt aërem. P. 90. E. — 92. A.

Et hoc quidem modo nunc quoque, sicuti in prima generatione, mutantur inter se animantia, quae pro mentis ac sapientiae incremento vel decremento aut detruduntur inferius aut ad beatae vitae praestantiam altius eveluntur.

Sed imponendus disputationi nostrae finis est. Extitit enim hic mundus, posteaquam omnia animantia complexus est, omnino consummatus ac perfectus, imago dei (mundi) intelligibilis, adspectabilis, maximus, optimus, pulcerrimus, denique unus solusque generatus. P. 92. A. sqq.

Cap. II.

De Platonis in hoc opere scribendo consilio.

Haec igitur fere summa eorum est, quae a Timaeo de rerum natura et origine disseruntur. Sequitur ut videamus, quid universo operi sit propositum. Quo invento etiam de nexu eius cum aliis scriptis Platonis, de disserendi ratione in eo regnante, de partium descriptione et cohaerentia, deque aliis id genus rebus rectius iudicari poterit. Quemadmodum enim qui e specula aliqua prospectant, regiones circumiectas facile perlustrare earumque partes cum suis amoenitatibus contueri possunt, sic etiam de artis operibus ita demum recte statueris, ubi quidnam maxime ob oculos versatum auctori sit, certo exploratum habueris. Quod tamen quum omnino difficile sit atque arduum, tum in Platonis scriptis profecto maius quiddam est quam sibi persuaserunt, qui unice in syllabis apicibusque rimandis versantur ac non rerum sed verborum causa veterum scriptorum libros legere solent. Atque Timaeum quoque hoc nomine difficillimum intellectu esse nemo paullo prudentior dubitabit, qui quanta inde ab Xenocrate usque ad nostram aetatem de hoc opere atque doctrina in eo exposita fuerit iudiciorum discrepantia et multitudo non penitus ignoraverit. Enimvero aucta maxime de hoc libro dissensio eo est, quod, quum de gravissimis rebus in eo exponatur, plerique non satis habuerunt exquirere, q u i d Plato doceat, sed etiam decernere conati sunt, q u o i u r e hoc vel illud statuat: in quo accidit id, quod omnino alienorum scriptorum interpretationi officit plurimum, ut plerique mallent suis ipsorum indulgere opinionibus, quam his abiectis sese totos in philosophi mentem animumque insinuare.

Et nobis quidem de re gravissima meditantibus quaeque esset p r i n c i p a l i s u n i v e r s i o p e r i s s e n t e n-

tia atque finis, ad quem omnia referrentur, quaerentibus nihil aliud visum est Platoni fuisse propositum, nisi hoc, ut doceretur, quum omnem rerum universitatem tum humanam naturam a summo Deo, mundi opifice, ita factam esse, ut pro sua bonitate in ea condenda boni et pulcri ideam spectaverit ideoque eam, quantum quidem de rebus genitis intelligere liceat, ad perfectissimi mundi speciem et exemplar effinxerit et formaverit. Hoc argumentum autem philosophus ita tractavit, ut simul confirmaverit et illustraverit ea, quae in libris antea scriptis de virtutis et civitatis perfectione ac praestantia disputaverat. Quod enim quum aliis scriptionibus tum maxime Reipublicae opere demonstrare voluerat, et singulorum hominum vitam et universam civium communitatem regendam instituendamque esse ad boni ideam in ipsius hominis indole ac natura conspicuam, id in Timaeo argumentis cosmologicis atque physiologicis ita confirmare ac stabilire conatur, ut a rerum universitate exorsus ad humanam naturam descendat atque hanc ad illius similitudinem ac normam compositam esse doceat. Quemadmodum igitur in Republica disputatur per omnem hominum vitam et privatam et publicam regnare oportere boni pulcrique ideam, ad quam unam omnia dirigenda sint, ita in Timaeo eandem illam docetur per totam rerum universitatem dominari atque in humana quoque indole ac natura expressam cerni. Ex quo apparet ad Timaeum quoque pertinere quod de plurimis aliis scriptis Platonis alibi indicavimus, discernendum fere in iis esse duplex scriptoris consilium, alterum, quod in disputationis susceptae argumento et materia cernatur, alterum, quod referatur ad externum aliquem finem cum hac ipsa materia arctissime cohaerentem. Nam eo ipso, quod in hoc opere de rerum disputatur natura sic, ut omnia ad boni ideam a mundi opifice facta et formata esse ostendatur, simul etiam efficitur hoc, ut quae alibi de optimo homine perfectissimaque civitate explicata sunt, ex ipsius naturae principiis ac fontibus ducta esse probabiliter commonstretur.

Atque his ita in universum exploratis non difficile erit iudicium de rebus plurimis, quae, nisi illa tenueris, plurimam sane dubitandi atque ambigendi materiam praebere possint. Neque enim iam cuiquam obscurum erit, qui fiat, ut Socrates in principio dialogi praecipua ca-

pita hesternae de civitate disputationis repetat: etenim hac re apertum est Timaei cum libris de Republica nexum et cohaerentiam significari: nec dubitari profecto poterit de eo, qua necessitudine ista de civilibus institutis narratio cum reliquo operis argumento contineatur, siquidem illa hoc quasi certius fulciuntur atque sustentantur. Porro etiam intelligetur, cur de tota rerum universitate suscepta sit disputatio, quum tamen proprie id agatur, ut quae de consummata virtute optimaque civitate sunt explicata, ipsi hominis naturae non adversari doceatur. Item clarum erit ac perspicuum, quamobrem ab universi consideratione ad hominis naturam contemplandam transeatur; nam sicuti civitas quasi hominis ipsius imago est amplior et illustrior, ita homo tanquam *μικροκόσμος* ad universi similitudinem factus est, ut profecto sapientissime ab illius descriptione repetitum sit disserendi initium. Denique nec illud quemquam latebit, haudquaquam absurde iniici ceterorum animalium mentionem, qua iniecta demum animorum migratio commemorari potuit ad rem praesentem prorsus necessaria.

Sed quanquam haec omnia satis clara et perspicua esse arbitramur, tamen sunt quaedam, quae quoniam habent nonnihil difficultatis, dilucidius explananda videantur. De his igitur deinceps dicere constituimus, ita sperantes futurum esse, ut aliquid saltem ad meliorem totius operis intelligentiam proficiatur.

Cap. III.

De nexu Timaei cum Republica Platonis ac de tempore, quo liber scriptus sit, disputatur.

Ac primum quidem alicui mirum accidat, quod Socrates, ubi hesterni sermonis argumentum refert, ea tantum commemorat, quae pertinent ad optimam civitatem; quae ad praeclaram illam optimi hominis imaginem depingendam illustrandamque copiose sane ornateque sunt exposita, ea ne verbo quidem attingit. Quae quidem res ipsum Schleiermacherum tantopere pupugit et perturbavit, ut Praefat. ad Rempublicam p. 64 sqq. et 68. Platonem iudicaverit, quum in ipso Reipublicae opere scribendo absolutae consummataeque virtutis ima-

ginem describere voluisset, postea celato hoc suo consilio simulavisse eos, quibuscum Socrates in Timaeo colloquatur, illos tantum sermones, qui essent habiti de civitate, audire voluisse. Quo commento nihil profecto reperiri potest inanius, siquidem Plato ipse tale quid nusquam significavit. Neque enim veremur, ne quis id inesse in illis existimet: διὸ καὶ χθὲς ἐγὼ διανοούμενος ὑμῶν δεομένων τὰ περὶ τῆς πολιτείας διελθεῖν προθύμως ἐχαριζόμην. Multo probabilior igitur alicui videatur eorum sententia, qui ex hac ipsa re collegerunt sermones in libris de Republica habitos unice aut praecipue certe spectare eo, ut perfectae imago civitatis describatur; quam rationem quum teste Proclo in Remp. p. 310. sqq. iam olim multi amplexi sunt, tum nuper acerrime rursus defendit Georg. Ferd. Rettig in Comment. De Timaei Platonici initio, Bern. 1836. 4. Verum enim vero qui in hac fuerunt sententia, ii certe operis de Republica argumentum ac disputationis eo comprehensae ordinem descriptionemque non satis videntur ponderavisse: hoc enim si accurate ab iis factum esset, profecto non potuisset eos latere Platonem haud dubie singulari quodam artificio in illo id egisse, ut, sicuti Cicero Tuscul. II. 12. dicit, et mores optimos et optimum rei publicae statum describeret, hoc est una eademque opera et ethices et politices imaginem spectandam proponeret. Quae quidem duplicis argumenti coniunctio quibus causis nitatur, perspicue videmur exposuisse in Prolegg. ad Remp. p. XLI. sqq. Tantum abest igitur, ut disputatio de optima civitate potior sit, ut non minus certe ponderis habeant, quae de perfecta consummataque hominis virtute disseruntur. Quod si ita est, profecto Plato deliravisse iudicandus esset, si in Timaeo primarium disputationis illius finem in una perfectae civitatis descriptione positum dixisset, quum tamen in ipso Reipublicae opere longe aliud quid esset sequutus. Quaerenda igitur alia rei causa et ratio est. Et Morgensternius quidem De Platon. Republ. p. 31. sq. in eam disputavit sententiam, ut non de accurata hic agi existimaverit capitum omnis disputationis, quae Politia continetur, enumeratione, quandoquidem Socrates hesternum sermonem simulet in describenda tantummodo civitate versatum esse, quo facilius aptiusque Politia, Timaeus et Critias, quae opera ex quadam parte argumenti cognatione con-

tineantur, etiam externa forma coagmententur. Quod viri egregii iudicium etsi prima specie habere videtur quo satis fulciatur atque sustentetur, tamen re diligentius perpensa nullo modo stare posse intelliges. Nam solius copulationis externae gratia haec isto modo a Platone exposita esse ecquis sibi persuadebit? Verum quanquam ista quoque opinio nobis vehementer improbatur, tamen illud quidem verissime iudicatum est, quod vir doctus Platonem statuit utriusque operis indicare voluisse necessitudinem quandam atque coniunctionem. Desideramus vero aliam rei causam alioque modo explorandum censemus, cur ea tantum commemorentur, quae pertinent ad civitatem, reliqua omnia silentio transeantur, quae illis certe non leviora sunt. Videmur autem non iniuria in ipso Timaei argumento huius rei causam et rationem positam esse arbitrari, quippe quod talem nexum utriusque scriptionis fere postulavisse existimamus. Quid enim? si verum est, quod antea indicavimus, Timaeum totum maxime in eo versari, ut quum in universa rerum natura tum maxime in hominum indole atque fabrica omnia ad summi boni ideam comparata esse et contendere doceatur, quis est quin videat, sapientissime ad rerum universitatem contemplandam ita transiri, ut eorum potissimum mentio iniiciatur, quae antea de optima civitate explicata essent? Enimvero a civitatis certe communitate, qua amplior maiorque nulla reperitur societas, commodius ad universum hocce considerandum facta transitio est, quam ab eorum commemoratione, quae de singulorum hominum virtute erant exposita. Huc accedit alia rei causa. Plato enim quum in libris de Republica, coniuncta ethices et politices perfectissimae exploratione a contemplandis optimis moribus ad describendam optimam civitatem accessisset, in iis, quos postea composuit, libris quod amplius erat atque grandius perpetuo ob oculos habuit, hoc est rempublicam et civitatis communionem. Quocirca scriptis de republica libris et Legum opus condidit et aliam etiam similis argumenti scriptionem meditatus est, de qua re v. quae Prolegg. ad Remp. p. LX sqq. fusius exposuimus. Nimirum prudenter philosophus eum tenuit cursum, ut a singulorum hominum vitiis et virtutibus contemplandis ad civilis communitatis progrederetur considerationem. Quid igitur? poteritne cuiquam iam mirum accidere, quod, quum tale in scribendo consilium sequeretur, quo tempore se ad Timaeum exarandum

contulit, potissimum in eorum memoriam rediit, quae scripta essent de optima civitate, praesertim quum boni ideam etiam in rerum universitate expressam cerni demonstrare constituisset? Haec omnia igitur eiusmodi sunt, ut facile appareat, neutiquam esse necessarium, ut propter Timaei principium de librorum, qui sunt de optimis moribus optimaque civitate, argumento ac proposito aliter sentiamus, quam ipsorum condicio atque indoles suadeat. Ac ne illud quidem negari a quoquam recte poterit, commemoratis illis optimae civitatis institutis ac moribus facillime in mentibus legentium etiam eorum cogitationem renovari, quae de cognata materia in illo opere erant exposita. Id quod ipse Socrates apud Platonem efficere vult verbis illis p. 18. C. *χθές που τῶν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθέντων λόγων περὶ πολιτείας ἦν τὸ κεφάλαιον, οἵα τε καὶ ἐξ οἵων ἀνδρῶν ἀρίστη κατεφαίνετ' ἂν γενέσθαι*, **hesternae summa disputationis haec fuit, qualis et ex qualibus optima civitas existeret.**

Atque haec si recte ita statuimus, perspicuum fore speramus, qua necessitudine et coniunctione Politia, Timaeus et Critias inter se contineantur. Est enim profecto non alius horum librorum nexus, quam quem Plato ipse significavit. Enimvero quos Socrates in Politia informavit atque instituit optimae reipublicae cives, eos Timaeus in cognomine dialogo quasi gignit atque procreat tales, qui possint optimi esse, siquidem a mundi creatione exorsus rem deducit ad homines atque pariter hominum atque rerum naturam ad boni pulcrique speciem factam esse docere conatur; denique Critias eosdem Athenarum suarum cives facit eoque modo ostendit, perfecti hominis civitatisque exemplar, etsi iam nusquam extet, tamen priscis illis temporibus, quibus mores et ingenia hominum nondum fuerint adeo depravata et corrupta, non a vitae veritate abhorruisse. Tum enim gens humana diis propior fuit ideoque etiam innocentior, sanctior, fortior, denique naturae ipsi similior.

Sed haec quidem satis sunto. Vidimus enim atque intelleximus, quorsum pertineat illa mentio disputationis de optima civitate in principio libri facta, et quantum ea valeat ad demonstrandam necessitudinem, quae inter Timaeum atque alias philosophi scriptiones intercedat. Neque etiam necessarium videtur, ut quo tempore Ti-

maeus scriptus sit exquiramus. Haud dubie enim proxime post Politiam litteris exaratus est. Pergimus ad aliud quiddam, quod et ipsum ad rectam libri interpretationem non parum conferet, adeoque ad vindicandam eius fidem et auctoritatem valebit.

Cap. IV.

Platonem in Timaeo verisimilitudinis tradere disciplinam. De forma disputationis. De fontibus physicae Platonis doctrinae.

Etenim si quae fuit causa, cur viri aliquot praestantissimi dubitarent, an Timaeus genuinus esset Platonis dialogus *), certe illa potissimum fuisse videtur, quod in eo plurima ita exponuntur, ut a Platonica idearum doctrina recedant et ex aliorum disciplina repetita sint. Enimvero hoc illis visum est eiusmodi esse, ut Platonem argueret relicta sua ipsius disciplina transiisse ad castra physicorum, hoc est a semet ipso descivisse. Quod quoniam proderet ingentem philosophi inconstantiam, maluerunt Timaeum obelo critico scilicet configere, quam ipsum Platonem accusare tantae levitatis. At enim vero quum primum sit interpretis et critici officium, eum librum, de quo iudicium sit faciendum, ita intelligere studere, ut se penitus in mentem animumque scriptoris insinuet, huic quidem officio, qui isto modo de Timaeo statuerunt, haudquaquam satisfecerunt. Id quod vel maxime ex ea ipsa re intelligitur, de qua nunc explicaturi sumus. Etenim neglexerunt isti rem sane gravissimam. Monet enim Plato identidem, sese de rebus genitis explicantem non tam vera quam verisimilia esse propositurum, quorsum maxime pertinent loci p. 29. A. sqq. et 42. E. sqq. Quae si tenemus, uti par est, pro-

*) Fecit hoc primus nobilissimus philosophiae naturalis, quae nostra aetate viguit, auctor, F. W. I. Schellingius in libro: Philosophie u. Religion p. 31., qui tamen errorem suum admonitus postea mutavit sententiam. V. eius Scripta Philos. T. I. p. 452. Hunc tamen secutus est C. H. Weissius Lipsiensis, qui cum alibi tum nuper demum in libro: Die Idee der Gottheit. Dresd. 1833. 8. p. 97. Timaei nostri fidem sibi suspectam esse professus est.

tenus omnis evanescit dubitatio, facileque perspicietur, quam viam et rationem Plato ad illustrandum rerum humanaeque naturae ortum ingressus sit. Constat enim certissime et ex ipso Timaeo intelligitur distinxisse philosophum res sub sensus subiectas ab iis, quae sola mente et intelligentia perciperentur. Illas voluit secundum Heraclitum perpetuo agitari ideoque fieri tantum nec vero unquam esse, quamquam quatenus finitae extiterunt quodammodo, in essentiae pervenerunt communionem; has autem in se constare atque esse sempiternas, ideoque revera esse, neque, sicut illas, perpetuo fieri. Iam vero veritatis cognitionem sive scientiam, quam ἐπιστήμην vocat, ad unas res divinas atque sempiternas retulit, quippe quae mente atque ratione intelligerentur; opinionem autem locum habere voluit in considerandis rebus adspectabilibus. Qua in re secutus est Parmenidem, qui princeps res fluxas ab aeternis, opinionem a veritate, sensum a ratione distinxit, visa ratus, in rebus externis et externarum rerum notionibus posita, sensu, auditu, visu percipi, veritatem autem ab oculorum conspectu remotam mente et intelligentia comprehendi. Et in Timaeo quidem quis est quin videat disputari maxime de rerum generatarum ortu atque natura? Hic enim praeter ipsum deum atque ideas ipsius menti obversantes nihil est, sed fiunt omnia. Quum igitur videret philosophus de rerum sensilium et generatarum natura sola mente et intelligentia nihil posse exquiri, quod nomine veritatis dignum esset, id sibi agendum putavit, ut assumta experientia administra quod verisimile esset ad rationis legem atque normam exploraret, eoque modo non tam veritatis quam verisimilitudinis doctrinam conderet. In quo ipso rursus Parmenidem aliosque duces et antesignanos habuit. Nam quemadmodum illum novimus totum carmen suum in duo tanquam capita divisisse, quorum alterum versaretur circa ens sive eam naturam, in qua veritas inesset, alterum complecteretur visa, ex quibus tantummodo proficisceretur opinio, ita Plato in Timaeo physica sic illustravit, ut quantum eorum exploratio a veritatis constantia ac firmitate distaret, ipse ultro professus sit. Ex quo luculentissime profecto apparet fieri non potuisse quin haec disputatio et argumento ipso et vero etiam forma ac specie sua aliquantum discreparet ab ea ratione, quam in iis libris reperimus, qui sunt

de rebus in sola mentis intelligentia positis. Quemadmodum enim hic mundus non est nisi imago quaedam mundi intelligibilis, ita etiam disputatio de ea instituta speciem tantummodo veri non ipsam veritatem sectatur atque tota versatur in eius, quod probabile sit vel potius verisimile, investigatione. Et quum de rebus in una mentis intelligentia et ratione positis ita disputari queat, ut omnia dialectices ope exquirantur, examinentur, confirmentur, tum in physicis, quae maxime observationis diligentia nituntur, plerumque referre tantum et narrare licet, quae tanquam verisimilia viris experientissimis atque sollertibus placuerint. Quocirca Timaeus non dialectice disserens inducitur, sed loquitur ut hierophanta, qui mundi arcana aliunde accepta grandi ac magnifica oratione pronunciat; quin etiam quae experientiae suspicionem superant, mythorum ac symbolorum involucris obtegit eoque modo quam ea certa sint, legentibus non obscure significat. Hinc igitur etiam peculiaris ille sermonis color, qui tantum ab aliis sermonibus Platonis discrepat, ut, si causam rei neglexeris, facile tibi videaris alius quam nostri philosophi orationem percipere et audire. Iam vero si quaeras de fontibus, unde tota haec doctrina de rerum natura manaverit, dubitari omnino non potest, quam viam et rationem philosophus in ea condenda ingressus sit. Quemadmodum enim in aliis philosophiae partibus versatus est sic, ut Heracliti, Anaxagorae, Socratis, Parmenidis et Pythagoreorum sententiis inter ipsas comparatis quid verum rectumque esset exploraverit, ita etiam in physicis Ionicorum, Eleaticorum, Atomisticorum, Pythagoreorum decreta examinavit et assumtis iis, quae maxime viderentur probabilia, suo ipsius ingenio pulcerrimum doctrinae corpus composuit. Dolendum est tamen, quod in tanta testimoniorum penuria fere ignoramus, quid quantumque sit, quod cuique illorum acceptum referatur, quod si exploratum haberemus, profecto non est dubium, quin multis locis plus lucis interpretationis beneficio posset obtingere. Nunc hoc unum fere certo affirmare licet, in doctrina de mundi universitate eorumque elementis plurimum eum tribuisse Pythagoreorum maximeque Philolai iudicio *),

---

*) Antiqua est fama atque Laërtii (III. 11.), Gellii (III. 7.), Iamblichi (Vit. Pythag. 31.) narratione ad posteritatis

qui hanc quoque philosophiae partem ad mathematicas rationes revocavissent, in ceteris autem sic esse versatum, ut undecunque quidquid verisimillimum videretur susciperet atque divini ingenii sollertia componeret et in unum coniungeret, ita quidem, ut aliorum inventa vel corrigeret et emendaret vel etiam augeret atque locupletaret. Quo in genere superiores philosophos omnes tanto intervallo post se reliquisse existimandus est, ut unus omnium sollertissime physicorum inventa cum rationis decretis composuisse atque conciliasse videatur, atque Timaeus eius pro grandi sane et magnifico Graecae philosophiae monumento haberi debeat. Quod enim fuerunt, qui fundamenta eius iacta putarent fuisse in eo opusculo, quod vulgo nomine Timaei Locri inscriptum circumfertur, ea opinio dudum explosa est a Christoph. Meinersio Philolog. Biblioth. I. Vol. tom. 5. p. 204 sqq. in Histor. Art. et Doctrin. Graecor. T. I. p. 587 sqq. Tiedemanno Argument. Dialogg. Platon. p. 302. et in opere Germanico: Geist d. speculat. Philos. T. I. p. 98 sqq. Tennemanno System. Philosoph. Platonic. T. I. p. 93 sqq., quibus postea assensi sunt etiam Aug. Boeckhius Commentat. acad. De Platonica corporis mundani fabrica p. XXIX. Astius De Vita et Scriptis Platon. p. 371. Socherus De Scriptis Platon. p. 355 sqq. I. I. de Gelder in Prolegg. ad Timaeum

---

memoriam propagata, Philolai Pythagorici, qui Archytae fuit discipulus (Cic. De Orat. III. 34.), tres libros a Platone emtos esse centum minis, sive decem millibus denarium. Hinc Plato apud Timonem sillographum et Aristoxenum ideo male audiit, quod Philolai scrinia compilasset: imo etiam Timaeum eius Philolao, rempublicam Protagorae, alios dialogos aliis auctoribus acceptos referri calumniati sunt: v. Gellius N. A. III. 17. Athenaeus XI. 15. Suidas in voc. Νουμήνιος. Eusebius Praepar. Evang. X. 3. al. Ista autem criminatio quam sit inanis atque falsa, id vero etiam hodie ex paucissimis quae supersunt operis Philolaici fragmentis certissime cognoscere et iudicare licet. Nempe impudentes isti calumniatores non intellexerunt plurimum interesse, utrum aliorum sententiae non mutatae repetantur, an sic ad usum revocentur, ut meliora ac praestantiora inde eliciantur. Quod si fit, accidit sane, ut aliorum inventa iam ipsis non amplius deberi videri debeant.

Locrum De anima mundi et natura. Lugdun. Batavor. 1836. 8. p. II. sqq. Hi enim certissimis argumentis effecerunt non Platonem ex Timaeo isto Locro profecisse, sed hoc opusculum ex Timaeo Platonis esse consarcinatum atque Pythagorei nomine insignitum. Enimvero confectum illud videtur saeculo Christiano secundo vel tertio, quo tempore qui extiterunt philosophiae Pythagoricae veteris restauratores, iidem nobilissimorum hominum nominibus libros ab ipsis compositos per fraudem supposuisse videntur. Quod quidem paucis monuisse satis erit: inutilis enim nunc ac supervacanea fuerit copiosior de hac re disputatio.

Progredimur igitur potius ad rerum nonnullarum explicationem, unde quum universo Timaeo tum Platonis sententiae de rerum natura et universi origine atque causis aliquid lucis accedere posse videtur. Nam etsi de locis plerisque omnibus, qui interpretationis lucem desiderarent, in Commentariis copiose explicatum est, tamen remanserunt quaedam, quae hic potius quam illic illustranda viderentur. Quorsum pertinent maxime loci de rerum principiis, deque mundi anima, de quibus ut hic aliquid adiiciamus, res ipsa postulare videtur.

Cap. V.

De summis rerum principiis secundum Platonem, hoc est, de Deo, ideis et materia.

Et rerum quidem principia genitarum Plato in Timaeo posuit tria, Deum, ideas, et materiam, eamque infinitam. Nam quod haec in principio sermonis finita esse dicitur, siquidem ibi res intelligibiles atque adspectabiles discernuntur, posuit hoc illic philosophus, ut ipse ait, perspicuitatis causa et quod ita ferret praesentis disputationis ratio: postea enim, ubi ventum est ad subtiliorem de rerum ortu disputationem, accuratissime infinita materia a rebus generatis distinguitur, de qua re explicari meminimus p. 48. A. sqq. Itaque huius universi principia ex sententia Platonis haud dubie habenda sunt numen divinum, ideae, et informis rudisque materia.

Et Deum quidem Plato voluit esse summam absolutamque rationem, in semet ipsa liberam, nec pendentem extrinsecus, a qua quaecunque sunt originem suam accepissent. Hinc appellatur Deus in Philebo p. 28. D. *νοῦς βασιλεὺς οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, ὃς πάντα διακοσμεῖ.* Enimvero sumsit philosophus hoc decretum haud dubie ex Anaxagorae philosophia, qui Iovem fingebat summae rationis imaginem, qua omnia regerentur et gubernarentur: de qua re ad Philebi locum a nobis expositum est. Iam vero quum numen divinum perfecta ratio sit, facile intelligitur, qualis secundum Platonem debeat esse eius operatio et efficientia. Etenim quemadmodum libri sacri rerum originem ab una Dei voluntate et arbitrio repetunt, quoniam ita suadet benignitatis et omnipotentiae virtus ei eximie attributa; ita philosophus noster aeternam Dei efficientiam, quippe quae esset perfectae mentis et rationis, in cogitando et intelligendo positam esse voluit, quo uno omnia, quae sunt, generata atque procreata essent. Sunt autem aeternae numinis divini cogitationes, ut ita dicam, ideae, quarum etiam humani animi, utpote cum ipso Deo cognati, capaces facti sunt atque participes. Itaque ideae a mente divina proficiscuntur, adeoque a Deo dicuntur factae esse atque fabricatae, ut De Republ. l. X. p. 596. A. sqq. et p. 593. D. Quanquam eaedem, quia Dei summi perfectio atque virtus in cogitando intelligendoque cernitur, profecto nunquam a mente divina abesse possunt. Quae ipsa causa fuit, cur multi Platonem putarent duo tantum statuisse rerum principia, Deum et materiam. Diogen. Laërt. III. 69. *δύο τῶν πάντων ἀπέφηνεν ἀρχάς, θεὸν καὶ ὕλην, ὃν καὶ νοῦν προσαγορεύει καὶ αἴτιον· εἶναι δὲ ἀσχημάτιστον καὶ ἄπειρον, ἐξ ἧς γίγνεσθαι τὰ συγκρίματα· ἀτάκτως δέ ποτε αὐτὴν κινουμένην ὑπὸ τοῦ θεοῦ φησιν εἰς ἕνα συναχθῆναι τόπον, τάξιν ἀταξίας κρείττονα ἡγησαμένου:* quae temere disiecta in hunc restituenda sunt ordinem: *θεόν, ὃν καὶ νοῦν προσαγορεύει καὶ αἴτιον, καὶ ὕλην· εἶναι δὲ κ. τ. λ.* Ad eum locum Menagius in commentariis multos alios, qui idem senserunt, nominavit. Nimirum hoc qui asseverarunt, ii videntur Deum atque ideas non separavisse, sed tanquam unum idemque posuisse ob eam causam, quam modo significavimus. Habet vero divinae mentis cogitatio hoc peculiare atque proprium, quod

veram *οὐσίαν* efficit atque complectitur, quae hoc mundo tanquam aliquo eius simulacro cernitur expressa. Quidquid igitur Deus cogitat, id revera est ac per se seorsum constat: quae essentia mundo tanquam sensili imagine quadam effingitur ac repraesentatur. Enimvero secutus est philosophus in formandis his de Deo eiusque efficientia opinionibus haud dubie ea, quae de notionibus mente humana comprehensis observasset. Quum enim omnia, quae sunt atque esse indicantur, mentis nostrae notitiis concludamus nihilque aliter cognoscamus, nisi sic, ut mentis notionibus comprehensum teneamus, Plato sine hac ipsa mentis actione fieri non posse iudicavit, ut quidquam unquam certam aliquam formam, rationem, legem nancisceretur atque finitum existeret (in quo ipso posita est rerum *οὐσία*): ideoque summo numini hanc tribuit operandi vim, ut omnia cogitando et intelligendo efficere et procreare existimari deberet. Quum vero res sensiles atque corporeae per divinam mentem formam rationemque acceperint suam, tum ipsae ideae, quae ei obversantur, per se sunt, habentque veram essentiam. Quae quidem Platonis sententia dici non potest quantas excitaverit virorum doctissimorum dubitationes atque dissensiones, quum alii ideas pro substantiis, quas vocant, haberi vellent, alii easdem pro meris mentis notionibus venditarent. Neutra sententia, si quid iudicare possumus, philosophi doctrinae accommodata est et consentanea. Etenim illud quidem apertum erit omnibus atque manifestum, substantiae vocabulum, siquidem eo corpoream aliquam materiem significes, in Platonis ideas haudquaquam convenire: nihilominus eorum quoque opinio falsa est, qui easdem nihil voluerunt esse nisi notiones externa veritate omnino carentes. Etenim sunt illae, si quid video, secundum ipsum Platonem veluti species notionum mente conceptarum per se constantes ipsique mentis naturae similes et cognatae, quandoquidem similia similibus cognoscuntur. Nostrates dixerint esse eas mentis notiones obiective informatas, sive animi notitias, quatenus rerum vim naturamque comprehendunt, obiective spectatas et menti quasi extrinsecus obversantes. Quod si ita statueris, non difficile erit, quae Aristoteles de ideis Platonis memoriae prodidit, cum huius ipsius sententia conciliare. Primum enim apparet, quid sit quod Stagirites Phys. Auscultat. III. c. 4. p. 48. ed. Sylb. III. 6. p. 56. IV. 2. coll. I.

4. p. 11. et I. 9. illis ὕλην τοῦ μεγάλου καὶ τοῦ μικροῦ adscripserit; de qua re alio loco dicendi occasio erit. Deinde intelligitur, cur asseveraverit et contenderit Platonem τὰς ἰδέας χωρίσαι sive χωριστὰς ποιῆσαι atque παρὰ τὰ αἰσθητὰ collocavisse. Ita est enim Metaphys. I. c. 6. p. 20. ed. Brand. II. 2. VI. 2. XIII. 4. Ethic. ad Nicom. I. 4. Magn. Moral. I. 1. ad Eudem. I. 8. Quod quis est qui sibi persuadeat temere ita confingi potuisse ab homine acutissimo, qui Platonis familiaritate diutius usus esset, quam plerique hodie scripta eius manibus versare solent? Sed age, mentem Platonis, nec ab Aristotele satis perceptam, accuratius paullo aperire conemur: qua ipsa re efficietur, ut etiam Timaeus eius multis in partibus rectius et subtilius intelligatur. Putamus igitur Platonem quum ab ideis suis omnem terrenae alicuius concretionis cogitationem segregatam ac seiunctam esse vellet, tamen iisdem tribuisse hoc, ut revera essent ac per se seorsum constarent ab omni rerum terrestrium mutatione ac vicissitudine liberae et immunes. Quod qui fieri ab eo sic potuerit, si rem accurate aestimes, non sane difficile intellectu erit. Quid enim? nonne nos ipsi eodem modo versamur in informanda summi numinis idea? Enimvero concipientes animo ac mente speciem naturae perfectissimae, qualem nec vidimus oculis nec auribus percepimus nec ullo unquam sensu contrectavimus, tamen minime solemus dubitare, num Deus revera sit, sed ita profecto se habere plane credimus et confidimus. Quod igitur hac in re a nobis quotidie fieri solet, idne a Platone in simili causa factum esse mirabimur? Ac ne ab ea philosophia quidem quae nunc cummaxime viget, similis ratio aliena est. Nonne enim prope eodem modo versati sunt, qui nostra aetate idealismum purum, quem vocant, in realem idealismum vel obiectivum convertere studuerunt? Sed ne Platoni temere videamur recentioris aetatis obtrusisse cogitandi sentiendique rationem quandam, porro etiam videndum est, qui fieri ita potuerit, ut ille ideis suis eam vim naturamque tribueret, quam ab eo iis attributam putamus. Quod quidem ex historiae testimoniis iisque certissimis videmur demonstrare posse. Etenim verissime a viris doctis observatum est antiquiores Graecorum philosophos mentis cogitationem per se solam, et cui nihil esset subiectum, nullam agnovisse, sed ita potius statuisse, ut eam semper alicui rei tanquam

ipsi subiectae adhaerescere existimarent. Ita Pythagoreos novimus numeros suos non a rebus ipsis seiunxisse, sed cum iis copulavisse arctissime. Ac propius etiam ad rem praesentem pertinet Eleaticorum ratio. Ili enim Ens illud suum, quod unum statuebant, non sola mentis notione contineri voluerunt, sed revera esse, propterea quod esse atque cogitare unum idemque videretur. Id ipsum igitur etiam Plato sequutus est, qui quanquam Entis illius Eleatici unitatem tollebat atque innumerabiles eius formas ac species propter notionum menti humanae subiectarum multitudinem ac varietatem statuebat, tamen illud certe tenuit, quod superioribus philosophis placuerat, mentis notitiis veram constantemque comprehendi essentiam. Atque haec quidem tenentibus nobis iam certe minus mirabile accidet, quod mundi opifex in Timaeo dicitur perfectissimum mundi exemplar ob oculos habuisse, quod mundus intelligibilis vocatur *ζῶον ἀΐδιον*, quod denique ideae ipsae pro mundi principio quodam habentur ab ipso numine divino diverso ac seiuncto.

Tertium rerum generatarum principium Platoni materia est. Quam quidem iam adfuisse voluit, quo tempore Deus mundi creationem est exorsus. Enimvero ideae solae quum rebus creandis non sufficerent, praeter eas *ξυναίτιον* quoddam erat necessarium, sine quo ipsae ideae ne exprimi quidem ac repraesentari potuissent. Itaque assumsit Plato materiam quandam nulla forma distinctam nulloque definitam discrimine. Quae qualis ab eo informetur, paucis exposuimus in Commentar. ad p. 49. A. Est enim corporum quasi substratum quoddam ideale, ab omni crassae corporum materiae concretione alienum, sed tamen huius ipsius fons atque principium. Nam quemadmodum ideae sine mente divina non extiterunt, ita ne materiae quidem causa ac principium sine illa esse potuit. Quod autem Plato Deum facit infinitam materiam iam ante mundi originem reperientem et exinde ad universi idealis exemplum hanc rerum universitatem condere instituentem, id dici non potest, quantopere doctis et eruditis hominibus inde ab antiquissimis temporibus ad nostram aetatem usque fraudi fuerit. Enimvero concluserunt hinc illi protenus philosophum aeternam materiam statuisse atque ipsi numini divino aequalem. v. Bruckeri Histor. Philosoph. T. I. p. 678

sqq. Quod iure displicuit Schellingio in libro: Philosophie und Religion. p. 31 sq. quanquam is de ipso Timaeo ob eam rem statuit iniquius. Enimvero commentum adeo ineptum atque absurdum profecto a Platonis ingenio prorsus alienum sit. Qui quod ante mundi ortum infinitam voluit extitisse corporum materiam, quae proprie quidem ne esse quidem dici posset, eo profecto non id significavit, rudem hanc indigestamque molem pariter atque Deum ipsum fuisse sempiternam. Immo de hac re sic est existimandum. Mundus intelligibilis est exemplar, quod intuens Deus summus hanc rerum universitatem, quam oculis cernimus, condere instituit. Iam vero exemplar quoniam praestantius est eo, quod ad eius similitudinem est comparatum, etiam prius hoc ipso extiterit necesse est. Itaque, quum mundus intelligibilis menti divinae iam obversaretur, hoc universum nondum potuit ortum esse aut corporum materia iam extitisse finita. Alioquin enim Deus non iam voluisset illud ad idearum exemplum fabricari. Sed quum Deus summus mundi adspectabilis aedificationem meditaretur, necesse fuit, ut in ipsius mente iam cogitatio aliqua inesset materiae, ex qua simulacrum illud idearum componeretur. Qua ipsa cogitatione ortum est sensilis mundi principium atque fons. Quocirca materiam non minus quam ideas a Deo profectas esse necesse est. Nec vero quemquam latebit, cur haec materia primitiva tanquam informis atque infinita describatur. Quum enim mundus nondum esset generatus, ipsa finita esse non potuit. Nam finitum est, quidquid certa forma distinctum, certa ratione praeditum, denique certa lege inclusum habetur. Quale existere nihil potest, nisi quod ad idearum similitudinem componitur, a quibus omnis omnino ratio rerum finitarum pendet ac proficiscitur. Haec igitur si vera sunt, vera autem esse edito aliquando Parmenide nostro clarius apparebit, materiam ex sententia Platonis nequaquam aeternam esse certissime intelligitur, neque satis prudenter docti homines post Moshemium vulgo existimant mundi creationem ex nihilo veteribus philosophis Graecis omnino fuisse ignotam. Platonis quidem certe Deus sicuti cogitando idearum mundum effecit, ita etiam antequam hoc universum conderet, rudem informemque materiam, quam ad illarum exemplum vel ipse conformare vel ab diis inferioribus conformari vellet,

eadem mentis vi et efficientia procreavisse existimandus est

At vero, inquit aliquis, ita si recte statuimus, qui tandem philosophus malorum originem a materia corporum potuit repetere? Estne haec isto modo ideis ipsis aequiparanda, in quibus Plato certe nullam mali alicuius causam quaesivit? Est sane hoc aliquid, nec tamen tanti illud momenti, ut prudentibus multum scrupuli iniicere posse videatur. Nam exemplar certe simulacro ipsius praestabilius sit necesse est. Ex quo consequitur, ut mundus adspectabilis deterior sit mundo intelligibili. In quo ipso causa et origo malorum latet. Nam longius sane ille ab rerum divinarum praestantia abest. Valet autem secundum Platonem per totam rerum et animalium naturam haec lex, ut quo quid magis ab ideis descivit, eo peius ac deterius evadat ideoque etiam malo magis obnoxium reddatur.

Et haec quidem de rerum principiis explicanda videbantur, quae etsi magnam partem nova sunt necdum a quoquam idoneo modo illustrata, tamen speramus furum esse, ut ideo non temere conficta existimentur. Certe quidem id dedimus operam, ut Platonem ex sua ipsius ratione ac disciplina interpretaremur. Superest tamen ut de hac ipsa materia aliquid adiiciendum sit.

Etenim quum iam appareat, quaenam sit vis et natura principiorum, unde mundi origo secundum Platonem repetenda sit, tum etiam illud observatione non indignum erit, quod de eorum causis et rationibus nobis persuasimus. Videtur enim philosophus in his quoque Philolaum secutus esse, qui omnia ex infinito et finiente (*τῷ πέρας ἔχοντι*) moderante caussa aliqua oriri censuit, ita quidem, ut id, quod ortum esset, ex utroque illo mixtum et conflatum haberetur. Quod si ita se habet, Deus, mundi auctor sapientissimus, erit *τὸ αἴτιον*, ideae *τὸ πέρας ἔχον*, materia *τὸ ἄπειρον*, denique mundus ipse *τὸ συμμεμιγμένον*. Nimirum hoc tanquam formale, quod dicunt, principium Pythagoreorum Platonem meminimus saepenumero tacite ad rerum gravissimarum originem naturamque illustrandam adhibuisse, ut non temere videamur suspicari eum hic quoque illud ob oculos habuisse, quo loco de totius rerum naturae ortu subtilissime disputavit.

Verum tempus est transire ad aliud argumentum, quod hoc loco accuratius dilucidare a consilio nostro non alienum videtur.

Cap. VI.

De bonitate Dei secundum Platonem primaria creationis mundi causa. Disquiritur, num Deus Platoni sit idea Boni.

Dicitur enim Deus, ut conderet hunc mundum eumque faceret quam perfectissimum, permotus esse sua ipsius bonitate. Qua in re operae pretium est videre, quanta intercedat inter nostros atque Platonem consensio. Nostri enim theologi Deum volunt nulla necessitate compulsum, sed libere atque ultro ad mundum e nihilo creandum accessisse; similiter etiam Deus ex Platonis mente libera voluntate ad mundum condendum animum adiecit. Porro Deus ex nostra doctrina quum per omnem aeternitatem potuisset tanquam numen perfectissimum et sufficientissimum sine mundo subsistere, tamen voluit virtutum suarum exhibere documentum aliquod atque *ὑπεροχὴν* quam vocant ostendere; quapropter creavit mundum ex nihilo. Quid vero Deus Platonis? nimirum is rudem illam materiam ipsius consilio ortam contemplatus, quum ipse bonus esset, constituit eam ad pulcherrimum exemplar, quantum posset, exornare mundumque sibi ipsi reddere quam simillimum. Iam secundum nostros in mente divina, priusquam mundus crearetur, fuerunt omnium rerum possibilium ideae ideoque etiam ideae omnium, qui fieri possent, mundorum: pariter Deus apud Platonem in mundo condendo intuetur pulcherrimum omnium rerum intelligibilium *παράδειγμα*, ad quod omnia exprimerentur, quod quia omnes intelligibilis mundi partes comprehendit optime pulcerrimeque adornatas, et *ζῶον ἀΐδιον* vocatur et divinitatis honore afficitur: est enim ipsi Deo maxime cognatum atque simile. Denique sicuti Deus ex nostrorum ratione nullius mali auctor est, ita nec secundum Platonem ulla hoc nomine conferri potest in eum culpa. Etenim sola bonitate sua impulsus hoc universum creavisse dicitur; quae quidem tanta fuit, ut nec mundo in-

videret quam maximam perfectionis virtutem. Sed quoniam fieri non poterat quin mundi intelligibilis simulacrum ipso exemplari existeret deterius, et quia materiae, quae sensibus perciperetur, non inesse poterat idearum unitas et constantia, siquidem ea est dividua et proclivis ad multitudinis varietatem; factum est, ut quum tota haec rerum universitas deterior existeret, tum hominum animi terrenis inclusi corporibus a pristina beatitate et virtute desciscerent adeoque, nisi a corporis cupiditatibus et perturbationibus satis cavissent, in brutarum animantium corpora detruderentur. Sed nolumus in his morari diutius: redimus ad bonitatem Dei, qua una ad mundum condendum commotus esse iudicatur. Ea vero magnopere cavendum est ne confundatur cum benignitate et amore, quem nos Christiani numini divino eximie tribuere solemus. Etenim τὸ ἀγαθόν sive **ipsum bonum** apud Platonem est idea eius, quod in se ad summam virtutis praestantiam conformatum absolutumque est, sive species absolutae perfectionis: qua una etiam factum est, ut omnia, quae sunt, veritatem, congruentiam et pulcritudinem acceperint. v. Prolegg. ad Phileb. p. XXIII. sqq. et commentar. ad p. 64. E. coll. Gorg. p. 504 sqq. Itaque bonum illud per omnes ceteras ideas quasi dominatur, siquidem unaquaeque earum ad ideam boni comparata aut cum ea coniuncta esse debet. Ex qua re explicationem habet celebratissimus ille locus Reipubl. VI. p. 505 sqq. ubi Bonum in mundo intelligibili indicatur eundem locum tenere atque Solem in hac nostra rerum universitate. Qui quidem locus dici non potest in quantum errorem eos induxerit, qui postera aetate vel Platonis doctrinam sectati vel scripta eius interpretati sunt. Statuerunt enim **Plutarchus**, **Plotinus**, **Appuleius**, **Numenius**, **Proclus**, alii plurimi, Platoni ideam Boni esse ipsum Deum: idem recentiore aetate decantarunt **Tiedemannus** Argument. Platon. Dialogor. p. 210. **Morgensternius** Commentatt. De Plat. Rep. p. 154. **Richter** De ideis Platon. p. 78 sqq **Tennemannus** Histor. Philosoph. T. II. p. 282 sqq. **Schleiermacherus** Introduct. ad Phileb. P. II. Vol. 3. p. 134. **Henr. Ritterus** Histor. Phil. T. II. p. 282 sqq. At enim vero haec opinio profecto ipsius Platonis rationi quam maxime adversatur, id quod dudum significavimus Prolegg. ad Phileb. p. XXXIV. et annot. ad Reip. VI. p. 504. E.

accuratius etiam docuit nuper vir egregius, C. Fr. Hermannus, Academiae Marburgensis ornamentum insigne, Commentat. Academic. Marburgi, 1832. edita. Enimvero quis sibi persuadeat Deum a philosopho in ideam esse conversum, quum ideae ipsae a mente divina proficisci dicantur, atque deus easdem iudicetur et procreavisse et perpetuo intueri? Nimirum hoc certe eiusmodi est, ut exinde luculentissime appareat Deum sicuti ab reliquis ideis, ita etiam ab idea Boni diversum informari. Verum enim vero Deus cum sit numen longe perfectissimum, sane prorsus necesse est, ut in ipso summae et absolutae perfectionis species cernatur. Itaque ipse boni ideae perfectum quasi exemplar est. Atque hanc ipsam ob causam ei attribuitur bonitas, non quasi ipse boni idea sit, sed quia boni idea, quae in mente divina versatur, ipsius numine semper fuit reapse consummata et absoluta. Quocirca nec possumus assentiri Hermanno l. c. p. 6. affirmanti Deum ex genuina Platonis doctrina non aliter bonum esse posse nisi per bonitatem sive per ideae boni participationem. Nam eiusmodi participatio idearum in res generatas utique cadit, in Deum ipsum cadere nullo modo existimanda est. Hoc enim si sumserimus, merito non minus quam Platonici illi errasse videbimur, qui numen divinum in ideam commutaverunt. Atque his ita exploratis, quomodo intelligendum sit, quod Deus dicitur bonitate sua impulsus hunc mundum creavisse, neutiquam obscurum fore existimamus. Voluit enim suae ipsius perfectionis simulacrum quoddam effingere ideoque summae bonitatis, quae in ipso inerat, speciem et imaginem intuitus hunc mundum condere decrevit.

Sed satis de his: progredimur ad mundi animam.

Cap. VII.

Fontes doctrinae de anima mundi a Graecis philosophis traditae indagantur.

Ac primum quidem quaerendum hic erit, ex quibus fontibus haec de anima mundi doctrina manaverit. Videmur autem non iniuria primas eius origines ab Ionicis repetere philosophis. Hi enim quum mundum cum cor-

pore humano compararent indeque philosophandi principia deducerent, mirandum profecto non est, quod, etiamsi rerum initia in materia corporum quaesiverunt, tamen ei animalem quandam vim attribuisse reperiuntur. Nam Thales quidem Milesius, qui primus de talibus rebus quaesivit, quum aquam dixerit rerum initium, quod ipsum propter corporis humani comparationem ita statuisse videtur *); materiae vim quandam agendi divinam adiunxit sive animam per omnia commeantem. Ita certe conciliauda videtur sententia Aristotelis et Augustini De Civitate Dei VII. 2. qui Thaletem arbitrantur nihil huic operi ex mente divina praeposuisse, cum eo, quod narrat Cicero De Nat. Deor. I. 10., statuisse eum aquam esse initium omnium rerum, deum autem eam mentem, quae ex aqua cuncta fingeret. De qua iudiciorum discrepantia exposuerunt Bruckerus Hist. Philos. T. I. p. 468. Meinersius Histor. De vero Deo P. II. sect. I. in. Tiedemann. in libro: Geist der speculativ. Philos. V. 1. p. 41 sqq. Tennemann. Hist. Phil. T. I. p. 60. alii multi. Enimvero etiamsi Milesius ille philosophus rerum naturae non praeposuerit numen divinum ab ipsa diversum ac seiunctum, id quod narrat Cicero et qui eum sequuti sunt Lactantius Institutt. Divin. I. 5. Minucius Felix c. 19., tamen vim quandam divinam utique videtur statuisse, quae effectrix esset in rerum natura motus et mutationum omnium. Quam sententiam compluribus argumentis confirmari licet. Nam primum quidem Stobaeus Eclogg. Phys. I. 1. Thaletem narrat vim quandam divinam statuisse per aquam diffusam, qua haec ipsa moveretur. Deinde Aristoteles auctor est De Anim. I. 2. Thaletem etiam magnetem voluisse anima praeditum, ut qui moveret attraheretque ferrum. Denique ita demum intelligitur, quorsum pertineat quod Thales dixisse fertur omnia esse plena deorum: de qua eius opinione v. Diogen. Laërt. I. 28. Aristot. De Anim. I. 5. Metaph. I. 3. Cicer. Legg. II., 11. Nimirum vim istam divinam rerum universitatem permeantem etiam singulis rebus adiunctam esse arbitratus est. Quemad-

*) Acute Iac. Thomasius Observatt. Select. Hal. T. II. p. 427. Thaletis ratiocinationem sic declaravit: „Animal, inquit, e semine; mundus animal, ergo mundus e semine. Semen humidum; mundus e semine; ergo mundus ex humido; ergo mundus ex aqua."

modum autem huius familiaë princeps sensili rerum principio animalem quandam vim attribuit, unde mutationis origo declararetur, ita etiam qui ipsum proxime sequuti sunt similiter sensisse reperiuntur. Nam Anaximenes quidem pro rerum principio aërem habuit, quem voluit esse immensum et infinitum et semper in motu. Quippe aërem videbat et subtilissimum esse et animae simillimum; unde etiam deum illum iudicavit ipsamque animam ex aëre conflatam. Ex quibus apertum esse putamus hunc quoque mundum fecisse animantem. v. Aristot. Phys. I. 4. De Coelo III. 5. Cicer. Academ. IV. 37. Simplicius De Col. III. fol. 51. Neque ab hac sententia alienus fuit Anaximander. Qui quum nec aquam nec aërem videret solum esse posse rerum principium, statuit potius infinitum quoddam, quod, quum a singulis elementis esset diversum, tamen communis quasi eorum omnium fons atque causa videretur, idque teste Simplicio in Aristot. Phys. fol. 6. a. primus τῆς ἀρχῆς nomine vocavit, quia ex hoc tanquam principio reliquorum ortus repetendus esset. Verisimile est autem cogitasse eum de materia aliqua primaria, in qua elementorum veluti semina et initia abscondita latuissent: quam appellavit infinitam propterea, quod in ea nondum discretae ac separatae essent elementorum vires ac virtutes, ut propemodum suspiceris Platonem eo loco, quo materiam descripsit primitivam eamque et ipsam infinitam, hoc Ionicorum decretum ad rem suam adhibuisse. Fuisse autem hanc mentem Anaximandri vel ex iis apparet, quae de ea re paullo incertius ac dubitantius a veteribus perscripta sunt. Alii enim infiniti naturam ab eo non esse definitam tradunt, ut Diogen. Laërt. II. 1. et Plutarchus, qui fertur, De Placit. philos. I. 3.; alii eum volunt in mente habuisse naturam quandam ab elementis prorsus diversam, in quorum numero est Simplicius in Arist. Phys. fol. 6. a.; temperamentum elementorum alii appellant cum Aristotele Phys. I. 4.; multi etiam medium quiddam vel inter aquam et aërem (ut Cicero Acad. II. 37.) vel inter aërem et ignem esse censuerunt. conf. Cicer. Acad. IV. 37. coll. Aristot. Phys. III. 8. Simpl. De Coelo fol. 151. a. Iam vero Anaximander quum ita de rerum initiis sentiret, tamen ea per se ipsa non posse moveri facile perspexit. Quocirca infinito isti suo aeternum adiunxit motum, cuius

vi omnia voluit esse procreata. Ex quo item perspicuum debet esse, ipsum quoque in ea fuisse sententia, ut in rerum principio vim animantem inesse putaret.

Atque haec quidem de primis illis Ionicis: quos apertum est vim quasi quandam vitalem ipsis rebus tribuisse, quam tamen ab iis nondum seiunxerunt, sed cum illis voluerunt potius concretam atque necessitate prope copulatam. Dum vero de causis rerum atque initiis isto modo est disceptatum, factum est, ut auctis philosophando viribus animi paullatim a rebus sub sensus subiectis avocarentur et ad ea consideranda traducerentur, quae sola mente et intelligentia comprehenduntur. Quo evenit deinde, ut vis illa animandi, quam Thales aliique cum rerum materia concretam putassent, ab ea distingueretur atque seiungeretur. Quanquam hoc pedetentim tantummodo ita factum est. Mittimus alios, qui hoc loco commemorari possunt. Unum Anaxagoram atque Pythagoreos in conspectum producere placet, quorum ratione Plato sic usus est, ut ab iis potissimum suae doctrinae fundamentum sumsisse videatur. Quum igitur philosophi Ionici priores maxime in physicis substitissent, exortus est Hermotimus Clazomenius, qui etsi poëtica et mystica utebatur philosophandi ratione, tamen in perscrutandis ac pervestigandis naturae arcanis tam subtiliter versatus est, ut primus dicatur cogitandi et imaginandi vim clarius exposuisse eamque mentis nomine appellavisse. Quocirca etiam corporis nostri munera et officia censuit ex animi imperio suspendi, in quo uno inesset vis res nobis circumdatas percipiendi atque cognoscendi: quin etiam divinae mentis vim quandam si non intellexisse, at certe divinasse multis visus est. v. Aristot. Met. I. 3. Sext. Empir. adv. Math. IX. 7. al. Sed haec utcunque sese habent, illud quidem certum putamus, hunc aut alium aliquem Anaxagorae viam munivisse ad eam sententiam, quam magno cum philosophiae bono ab eo explicatam esse novimus. Is enim reiectis superiorum philosophorum de rerum natura opinionibus duo posuit rerum principia eaque inter se diversa et opposita: nam et materiae causam primariam indagavit, et mentem statuit ab ea seiunctam atque in se liberam, quae rerum universitatem condidisset. Quamquam in explicandis rebus naturalibus sibi non satis constitisse arguitur, de qua re v. Plat. Phaedon. p. 98. B. C. ibique Wytten-

bachii annotat. Sed hoc certe nihil impedit, quominus Anaxagorae summum fuisse de sapientiae disciplina meritum libenter largiamur, nec dubitari potest ipsum Platonem ad doctrinam suam ab eo aliquantum profecisse. Verum hoc ipsum quale sit, explicata demum Pythagoreorum de ea re sententia perspicue intelligi poterit. Quocirca horum doctrinam ante omnia breviter exponamus.

Quum igitur Ionici philosophi pro gentis suae indole diutius in rerum externarum contemplatione haesissent, qui inter Dorienses extiterunt sapientes, ut ferebat nativa huius gentis ad severitatem gravitatemque inclinatio, maturius ad interiorem rerum naturae pervestigationem pervenerunt. Quod maxime convenit in Pythagoreos, qui ultra rerum sensibus subiectarum contemplationem escendere conati sunt. Hi igitur quum rerum vim naturamque ad numerorum rationes revocarunt, tum animam esse censuerunt per naturam rerum omnem intentam, ex qua animi nostri carperentur. Enimvero animam istam illi voluerunt haud dubie vim esse quamdam in rerum natura perpetuo operantem atque agentem, adeoque dubitari potest, volueritne eam ab ipso numine divino diversam esse. Certe quidem Cicero De Senect. c. 21., audiebam, inquit, Pythagoram Pythagoreosque, incolas paene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse, quin *ex universa mente divina* delibatos animos haberemus. coll. De Nat. Deor. I. 11. et Boeckh. in Philolao p. 171 sqq. Neque huic sententiae adversatur, quod deum subinde ita memorant, ut eum ab ipso mundo seiunctum diversumque esse statuant; v. Boeckh. Philol p. 147. 150. et Musei Rhen. p. 230 sqq. Nam ne animam quidem mundi cum ipso confuderunt. Sed quo certius intelligatur, quid de his rebus senserint, afferenda sunt ea, quae aliunde de iis constant. Itaque Deum, quem eundem putarunt mundi animam, monadem sive unitatem voluerunt esse, vitae omnis causam et quasi fomitem: quem locarunt in centro totius universi, ita quidem, ut universum mundum quasi vinculis quibusdam contineret contentumque sic regeret ac gubernaret, ut finitum et infinitum conciliaretur. v. Philolai fragm. ap. Boeckh. p. 90. 96. p. 151. al. Athenagor. Legat. pro Chr. p. 25. *καὶ Φιλόλαος δὲ ὥςπερ ἐν φρουρᾷ πάντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ περιειλῆφθαι λέγων καὶ τὸ ἕνα εἶναι καὶ*

τὸ ἀνωτέρω τῆς ὕλης δεικνύει. al. Ex hac vero anima divina originem ducunt secundum Pythagoreos humanae animae. Neque tamen eae divinae mentis aequant praestantiam. Divina enim mens ex ipso mundi medio promanat (unde illud μήτηρ θεῶν a Philolao vocatur), ex quo fonte nostrae animae non item proficiscuntur, quae oriuntur potius solis luce, quae est divinae lucis repercussio quaedam. v. Aristot. De Anim. I. 2. ibique Trendelenb. Sunt autem eae compositae ex aethere calido et frigido, ideoque partim e naturae divinae vi partim ex materia conflatae: nam aether calidus intelligitur purus ille ac vere aethereus, qui omnia permeando omnibus vitam motumque affert, hoc est mens divina sive universa mundi anima; aether frigidus autem est aër, qui materiae corporum est cognatus atque similis. Et illa quidem pars animae nostrae immortalis est, utpote divina; haec autem mortalis; illa ratione est praedita corporisque veluti moderatrix et regina, haec cupiditatum (φρενῶν) et affectuum (θυμοῦ) genitrix atque parens, ut illius imperio subiecta esse debeat: illa per se subsistit non aliunde suspensa; haec indiget nutrimento quodam, quod haurit e sanguine: illa simplex est omnique caret forma; haec est composita et extensa imitaturque formam corporis, a quo morte dissoluta in aëre vagatur. v. Diog. Laërt. VIII. §. 30. 31. 31. Plutarch. De Placit. Philos. IV. 4, 5. Theologum. Arithm. p. 22. Archytas apud Stob. I. p. 784. Cicer. Tuscul. I. 17. Atque hae duae animae partes quemadmodum natura sua plane inter se diversae sunt, ita etiam in corpore humano diversam acceperunt sedem. Nam cupiditates cum ratione in cerebro quasi habitant; affectus autem atque perturbationes occupant cor. v. Diog. l. c. Cicer. Tusc. IV. 5. Philolaus ap. Claud. Mamert. II. 7. (Boeckh. p. 177.) Plutarch. Placit. Philos. IV. 5. Pollue. II. 4. §. 226. Plutarch. De virtut. moral. p. 441. D. Omnes vero atque singulae eius partes venarum, arteriarum, nervorum sive ligamentorum vinculis continentur. v. ll. cc. Haec igitur communis certe praestantissimorum huius familiae doctorum sententia fuisse videtur, unde quantum lucis doctrinae Platonicae originibus accedat, dici vix potest. Nam ut illa taceam, quae de partibus animi earumque in corpore humano sede disseruntur quaeque manifesto ex Pythagoreorum doctrina promanarunt, ille ipse locus, qui est de mundi

anima, hinc non parum ad perspicuitatem proficere existimandus est.

Cap. VIII.

Quaedam ad Platonis de anima mundi sententeutiam illustrandam exponuntur.

Et primum quidem apparet Platonem Pythagoreorum animam mundanam bifariam divisisse in Deum et animam mundi, ita ut quod illi in una natura coniunctum putavissent, id ipse duabus naturis inter ipsas diversis assignaverit. Enimvero collocavit ille manifesto mentem divinam Anaxagorae, quam voluit esse *τὸν νοῦν πάντων βασιλέα*, iuxta animam mundanam, ita quidem, ut illam eveheret ad summi numinis dignitatem, hanc vero ipsi mundo tanquam animali attribueret, eoque modo Anaxagorae doctrinam cum Pythagoreorum ratione sapientissime consociavit. Deinde manifestum est Platonicae mundi animae ortum fere eundem esse, qui a Pythagoreis humanae animae esse putabatur. Composita enim apud Platonem mundi anima est ex elemento sensili atque natura divina. Quod si quaeris cur philosophus ita statuerit, in promtu est responsio. Nam primum quidem animam mundi non potuit non facere talem, quae numine divino ipsa natura sua esset inferior; deinde ea mundano corpori praeest, cui profecto ita demum iungi potuit, si ipsa esset ei similis aliqua sui parte. Atque haec quidem quum ex superioribus nullo negotio intelligi liceat, tum etiam illud nunc manifestum erit omnibus, qualis sit materia ista, ex qua anima mundi conflata esse dicitur. Pythagorei enim aërem eam voluerunt esse vel aëri consimilem. Unde rursus intelligitur vera esse quae supra de corporum materia ex mente Platonis disputavimus. Neque enim cogitandum est de crassa terrenae materiae concretione, sed informandum est mente cogitabile quoddam eius substratum, terrenae materiae dispar quidem, sed eius quasi initium atque fons. Ex hoc ipso autem rursus illud erit perspicuum, qui fieri potuerit, ut Plato animas, quantumvis ex partibus conflatas, tamen simplices ac dissolutionis nescias esse voluerit: quae sane primo certe adspectu inter se adversa fronte pugnare videntur. Veruntamen salva res est, si modo men-

tem philosophi accurate perspexerimus. Neque enim animis absoluta ab eo tribuitur immortalitas, sed relativa, cum ipso tempore nata, quaeque a summo numine pendet. Id quod perspicue ex his intelligitur. Primum enim quae ipse summus Deus fecit, praestantiora sunt quam quae idem diis inferioribus, Soli, Lunae, ceteris sideribus, creanda commisit; illuc vero animae pertinent, huc referuntur corpora cum animis humanis coniuncta et quaecunque in terra reperiuntur; v. p. 41. A. sqq. Deinde animae a Deo ex purissimis et maxime sinceris primitivae materiae partibus compositae esse existimari debent; corpora autem confecta et coagmentata sunt ex mundo, h. e. ex terrena hac materia, quae iam a primitiva illa multum diversa fuit; extitit enim densa, concreta, mixta, crassa. v. ibid. Porro animae ab ipso summo Deo, et mundana quidem secundum mathematicas proportiones, firmissimis compositae sunt vinculis; corpora autem *πυκνοῖς γόμφοις* a diis inferioribus sunt colligata et compacta, quorum non ea est firmitas, ut ad animorum vim naturamque comparanda sint. v. p. 37 sqq. 81 sqq. Denique animae summi Dei voluntate interitus expertes extiterunt propterea, quod ipse earum auctor est. Etsi enim *πᾶν τὸ δεθὲν λυτόν*, tamen quae ipse fecit ipsius voluntate sunt indissolubilia. v. p. 41. B. Ex quibus omnibus perspicuum fore putamus cum his placitis immortalitatem animorum utique posse conciliari.

Quum vero ita patere existimemus, ex quibus initiis opinio de anima mundana profecta sit, et quomodo haec doctrina paullatim sit exculta ac perfecta, usque dum Plato superiorum philosophorum decreta quasi inter ipsa conciliavit et ad maiorem probabilitatis virtutem elaboravit; tum quaerendum restat, quorsum pertineat illud, quod summus philosophus animae mundanae vim naturamque cum Pythagoreis certis quibusdam rationibus mathematicis adstrictam indicavit. Haec enim sententia multis adeo mira ac prope absurda visa est, ut eam singularis cuiusdam inertiae argumentum putaverint. Videamus igitur, quid rei sit, atque ipsius Platonis mentem paucis explicare conemur.

Itaque ante omnia recordari debemus illud, de quo dictum est in superioribus, Platonem in Timaeo ita doctrinam suam exponere, ut se non certa, sed probabilia traditurum esse professus sit. Quocirca nec mirabile

cuiquam accidet, quod locum difficillimum, qui est de mundi quasi vita et agitatione, ita est persecutus, ut symbolicam Pythagoreorum disserendi rationem ad rem suam adhibuerit. Quamquam id rursus fecit sic, ut non temere videatur quae ab illis tradita essent arripuisse, sed potius eorum decreta suae ipsius rationi sapienter accommodasse. Quod quale sit, ex iis, quae in Commentariis de hac re disputavimus, facile poterit iudicari: nunc hoc unum maxime animadverti volumus, sequi in his quoque philosophum probabilitatem ideoque more suo de re longe gravissima ita explicare, ut Pythagoreorum omnia ad numeros referentium consuetudinem sequatur. Hoc ipsum autem ideo maxime videtur sibi faciendum putavisse, quod in physicis et astronomicis non haberet, cur magnopere ab eorum doctrina recedendum putaret. Quippe facile pro suo mentis acumine perspexit tantum eorum rationem hoc in genere ceteris omnibus praestare, nihil ut esset, quod cum ea recte comparari posset. Iam vero ex motu et agitatione coeli atque siderum quum Plato ipse sibi persuasisset ipsius animae mundanae vim naturamque optime posse intelligi, facile concessit Pythagoreis, qui harmoniam mundi quandam ad mathematicas proportiones condidissent, atque adeo huius leges protenus ad animae mundanae vim et naturam illustrandam adhibuit. Quod cur ita faciendum putaverit, ubi ipsum audiveris, nullo modo dubium videri poterit. Etenim certissime sibi persuaserat, quemadmodum omnis rerum universitas a mente divina esset profecta, ita etiam vitam quasi vitalem ei allatam esse per animam mundanam, ideoque huius ipsius efficientiam atque vim in mundi adspectabilis motu expressam cerni. Neque enim animam mentemque corporum parere imperio, sed potius corporum molem mente agitari iudicavit. Retulerunt vero Pythagorei huius universi origines atque ordinem ad tetractyn, quam voluerunt esse *κλειδοῦχον τῆς φύσεως* et quasi radicem, ut est in illa iurisiurandi formula, quam usurpabant: *Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν, πάγαν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ᾽ ἔχουσαν.* Nam quaecunque in mundo nascuntur, quum aeterna ipsius naturae lege constitutum sit, ut variis quasi gradibus paullatim ad maiorem virtutem atque praestantiam progrediantur, illos ipsos gradus ad numerorum tetracty comprehensorum rationes audacter quidem, sed ingeniose sane revocarunt.

Cum hac ipsa autem ratione coniunxerunt tonicum systema suum, quo concentum quasi quendam musicum corporum mundanorum (harmoniam sphaerarum vulgo appellant) demonstrare conati sunt, haud dubie propterea, quod per totam rerum universitatem summam partium convenientiam atque pulcerrimum ordinem regnare animadvertissent; quem non melius aptiusque sibi visi sunt declarare posse, quam sic, ut universi vim motumque proportionibus mathematicis iisque simul musicis accommodarent. Hoc ipsum igitur etiam a Platone factum videmus, ita quidem, ut simili modo animae mundanae vim naturamque illustraverit eaque re simul universi ordinem secundum astronomiae rationes patefecerit.

Cap. IX.

Superesse non pauca in Timaeo, de quibus similiter disputari possit. De subsidiis huius editionis.

En habes nostram de his rebus sententiam: quam tamen si accuratius etiam percipere volueris, legenda sunt praeterea, quae in Commentariis fusius de singulis rebus exposuimus.

Possumus nunc similiter de aliis quoque locis explicare, qui in Timaeo attinguntur. Quorsum pertinent maxime qui sunt de elementis, de ortu rerum adspectabilium, de natura hominis, de animarum migratione, alii. Sed primum nolumus nimis longi esse, lubenterque aliis quoque reliqui facimus disputandi materiam: deinde haec omnia nunc ad diiudicandum utique erunt faciliora, praesertim quum in commentariis Platonis orationi subiectis eorum fontes indagare ac monstrare conati simus: denique ex iis maxime, de quibus dictum est, pendere nobis videtur rectum de universo Timaei opere iudicium, ut adeo his dilucidatis magna certe pars reliquae disputationis futura sit supervacanea et inutilis. Quocirca tandem contrahamus vela et potius indicem Commentariorum in Timaeum, et Codicum Platonis adiiciamus, quo certius constet, quibus opibus vel in verborum emendatione vel in sententiarum illustratione usi simus. Licebit autem hic statim fateri nos veteribus Commen-

tariis, exceptis Procli et Chalcidii operibus, omnibus caruisse: neque enim bibliothecae Lipsienses satis hoc in genere instructae sunt. Quamquam fieri potest, ut haec ipsa librorum penuria operae nostrae aliquid profuerit, siquidem ea cautum fuit, ne praeiudicatis opinionibus in fraudem atque errorem induceremur, cui profecto vel maxime obnoxii sunt, qui Platonis scripta, quale est Timaeus, ita interpretanda arbitrantur, ut omnia recentiorum Platonicorum commenta ordine deinceps recenseantur et cum pulvisculo excutiantur. Hoc vero si quis in se recipere negotii voluerit, habebit sane in quo sese exerceat. Nos ad Platonis interpretationem fructuosius esse iudicavimus, ea indagare et componere, unde de origine eius decretorum aliquid colligi probabiliter posse videretur.

INDEX COMMENTARIORUM ET EDITIONUM.

Editiones Timaei peculiares perpaucae factae sunt eaeque omnes praeter unam *Lindavianam* commentariis destitutae. Sunt autem hae:

Platonis Timaeus. Graece. Parisiis ap. Christian. Wechel. 1532. 4.

Platonis Timaeus, Graece. Paris. ap. Ioann. Tiletanum, 1542. 4. Utrumque librum non vidimus.

Platonis Timaeus. Optimarum nunc editionum textum recognovit, adnotatione continua illustravit, (versione Lat. et) indice instruxit *A. F. Lindau.* Lipsiae, 1828. 8. Idem vir doctus antea ediderat *Epistolam critic. de* locis quibusdam Timaei ad *Fr. Lud. Heindorfium.* Berol. 1803. 8. et *Novum in Platonis Timaeum et Critiam coniecturarum atque emendationum specimen.* Uratislav. 1816. 8. postea temporis etiam symbolas quasdam interpretationis dedit in Diario: *Kritische Bibliothek v. Seebode*, u. 1830. m. Iun., et in: *Zimmermanns Zeitschrift für d. Alterthumskunde.* a. 1834. N. 153. quibus quae praetermisisset aut etiam peccavisset, vel suppleret vel emendaret. Horum vero studiorum omnium qui fructus fuerint, significare iis non opus erit, qui libros istos vel leviter inspexerint.

Versiones, quae vulgo dicuntur, hae extant: *Fragmentum interpretationis Ciceronianae*, quod etiam in operibus Ciceronis circumfertur. Illustrare illud instituit *Georgius Valla* ad calcem Commentarii in Ciceronem de fato. Venet. 1492. fol. Cum Graecis Platonis contendit *Ioach. Perionius* ad versionem Nicomacheorum Aristotelis. Paris. 1540. 4. et Basil. 1548. 8. itemque *Henr. Stephanus* in Lexico Ciceroniano.

Platonis Timaeus a **Chalcidio** Latine versus, cum eiusdem in eundem commentario, cura *Io. Meursii.* Lugd. Bat. 1617. 4. iterum edidit *Io. Albert. Fabricius* ad calcem Voluminis II. S. Hippolyti Operum.

Hamburg. 1718. fol. Nec haec interpretatio integra est, ac pertinet tantum usque ad verba p. 53. C. Commentarius, ut hoc statim moneam, tredecim complectitur quaestiones, quae quidem hae sunt: 1) *de genitura mundi;* 2) *de ortu animae;* 3) *de modulatione sive harmonia;* 4) *de numeris;* 5) *de stellis ratis et errantibus;* 6) *de coelo;* 7) *de quatuor generibus animalium; coelestium, praepetum, nantium, terrenorum;* 8) *de ortu generis humani;* 9) *de causa, cur homines plerique sint sapientes, alii insipientes;* 10) *de visu;* 11) *de imaginibus;* 12) *de laude videndi;* 13) *de sylva.* Quatuordecim quaestiones similis argumenti, quas scriptor p. *279. ed. Fabric. significavit, omnino desiderantur.

Praeterea notae sunt Interpretationes Lat. *Ficini, Cornarii, Serrani,* et, quae est omnium optima atque elegantissima, *Friderici Astii.*

Gallice Timaeum vertit illustravitque *Lud. Regius* Paris. 1551. 4. una cum nonnullis scriptis Isocratis, Demosthenis et Xenophontis. v. *Mattaire* Annal. T. III. p. 603. et *Hoffmanni* Lexic. Bibliograph. T. II. p. 34. *Anglice* eum vertit *Sydenhamus*, de quo v. *Hoffmann.* l. c. T. III. p. *314. Italice interpretatus est *Sebastiano Erizzo* Venet. 1556. 4. v. *Hoffmann.* p. 312. T. III.

Germanice reddidit eundem *Dr. Car. F. Windischmann: Platons Timaeus*, eine ächte Urkunde *wahrer Physik.* Hadamar 1804. 8. In compendium redegit *Lud. Hörstel* additis annotationibus quibusdam exigui pretii: *Platons Timaeus nach Inhalt und Zweck mit erklärenden Anmerkungen.* Braunschweig, 1795. 8.

Commentarios de Timaeo scripserunt multi; plurimorum opera tamen vel interciderunt vel adhuc latent in angulis bibliothecarum. Ita scripserat *Adrastus* Peripateticus de Timaeo, cuius affert nonnulla Porphyrius ad Harmonica Ptolemaei lib. I. c. 5. p. 270. item *Aelianus* Platonicus, ex cuius opere apud Porphyrium quum alia laudantur tum l. 3. p. 216. extat locus illustris de natura vocis et soni; porro *Albinus* (cuius hypotheses Platonicae et isagoge περὶ τῶν Πλάτωνι ἀρεσκόντων Romae in Vaticana asservari perhibentur, quemadmodum scriptum eius quoddam *de ordine librorum Platonis* Venetiis ad S. Antonium servari legere meminimus); *Aristo-*

cles, *Asclepiodotus* (de quo v. Olympiodor. in 4 Meteorolog.), alii non pauci, de quibus consulas *Fabricii* Bibl. Graec. libr. III. c. 1. et 15.

Plerosque illos memorat passim *Proclus*, cuius unius ex interpretibus Graecis opus asservatum atque editum est. Prodiit autem sic inscriptum: *Procli Commentarius in Timaeum*. Basil. 1534. fol. Accessit etiam editioni Operum Platonicorum Basileensi secundae, s. Valderianae, descriptus a *Grynaeo* ex codicibus Oxoniensibus. Complectitur vero nec haec Procli scriptio universum Timaeum, sed pertinet tantum usque ad p. 44. *C ed. Steph.* Multa in hoc opere insunt perquam utilia et frugifera; sed prorsus intolerabilis est prolixa loquacitas, quae legentes non potest non fatigare ac prope enecare, praesertim quum bonus Proclus allegoricae interpretationi perquam insulsae mirifice indulgeat.

De *Chalcidii* opere dictum est antea. Continet illud item res non spernendas, sed scriptum est barbare et nimium copiose.

Praeterea Timaei interpretationem multum adiuvant *Plutarchi* opuscula De animae creatione et De musica, itemque liber *Galeni* De Platonis et Hippocr. decretis. Scripserat doctissimus medicus etiam quatuor libros de iis, quae in Timaeo medice dicta sunt, quos dolendum est dudum interiisse.

In bibliothecis, veluti in Bodleiana, reconditum servatur scriptum *Michaëlis Pselli* εἰς τὴν Πλάτωνος ψυχογονίαν; v. *Allatium* De Psellis p. 87 et 91.

Ex recentioribus praeter eos, quos suis locis nominabimus in Commentariis, Timaeum illustrarunt:

Sebastianus Foxius Morzillus Commentar. in Platon. Tim. Basil. 1554. fol. quem librum ipsi non vidimus.

Matth. Fragillani, Bellovac., Commentar. in Timaeum Platonis. Paris. 1560. 4. Nec hunc videre nobis contigit.

Paullus Benius, qui scripsit in Plat. Timaeum Decades tres. Rom. 1594. 4. Titulus decades tres promittit, ipsum opus vero primam tantum decadem continet. Vidimus librum, sed ad intelligendum Platonem nihil omnino facere intelleximus.

The Theology of Plato by Ogilvie. London, 1793. Liber nobis incognitus.

Praeterea memorantur a bibliographis: *Maucini* Ravennatis Synaugia Platonica, s. tractatus de modo, quo fit visio. Ferrar. 1591. 4. *Iani Birckerodii* Schediasma in Platonis Timaeum. Altdorf. 1683. 4. *Casp. Kirchmaieri* Exercitatio de Platonis Atlantide. Wittenberg. 1685. 4. Viri cuiusdam docti Disputatiuncula *De anima mundi Platonica* in Biblioth. Goetting. Philol. vernac. P. I. n. 1. p. 1 — 14. *Tiedemanni* Dissertat. de doctrina Platon. de materia, in Vol. I. Biblioth. Goetting. Philol. nov. Fasc. I. Part. I. *Pet. van Eys* Disp. de Platone Mosaizante. Franequer. 1715. 8. Aliarum eiusmodi scriptionum notitiam, si tanti sit, facile ex eorum operibus petere licebit, qui librorum titulos memoriae posteritatis mandare student.

Nobis hic laudandi sunt ii, quorum opera nobis maxime fuit utilis atque salutaris. Pertinent vero huc ante omnia *Augusti Boeckhii* Commentationes de quibusdam locis Timaei Platonici, sic inscriptae:

Boeckh. Ueber die Bildung der Weltseele im Timaeus des Platon, in *Daubii et Creuzeri* Studiis Vol. III. 1806. 8. p. 1 — 90.

— *Specimen editionis Timaei Platonis dialogi.* Heidelb. 1807. 4. XXXIII. p. (continet commentarium in Timaei initium).

— Progr. acad. *Explicatur Platonica corporis mundani fabrica conflati ex elementis geometrica ratione concinnatis.* Heidelb. 1809. 4.

— Disp. *de Platonico systemate coelestium globorum et de vera indole astronomiae Philolaicae.* Heidelb. 1810. 4. commentat. altera, Heidelb. 1811. 4.

Praeter has *Boeckhii* scriptiones memorandi sunt hi libri: *I. R. Lichtenstaedt: Platons Lehren auf dem Gebiete der Naturforschung und der Heilkunde.* Leipz. 1826. 8. de quo libro conf. *Iahnii* Annal. 1828. Vol. III. p. 115 sqq. *Seebode* Kritisch. Biblioth. 1829. p. 465 sqq. et censuram *Windischmanni* in Diario: *Wiener Jahrbücher* Vol. LIII. p. 165 sqq. et *L. Philippson* Ὕλη ἀνθρωπίνη. Berol. 1831. 8. Ad idem argumentum

spectare videntur *Wedelii* Exercitatt. Medico — Philolog. Decur., quem tamen librum nancisci non potuimus.

CODICES MANUSCRIPTI,

UNDE VARIETATEM LECTIONIS EXCERPSIMUS.

Parisinus n. 1807. quem cum Bekkero signavimus A. Huius varietatem diligentissime enotavit *Bastius*, cuius schedas nobiscum communicavit humanissime *Chr. Felix Baehrius*, Professor Academiae Heidelbergensis celeberrimus. v. Appendic. coll. Bekker Ind. Codd. p. VII.

Vaticanus n. 216. signatus Θ. de quo v. ibid. p. XII.

Veneti ΞΣ s. n. 184. et 185. v. ibid. p. XIII.

Vindobonensis Y. (Nessel. Philos. et Philolog. XXI. Lamb. Philos. 1.) v. ibid. p. XIII. Nobis idem liber alibi Vind. 2. vocatur.

Parisinus F., n. 1812. v. Bekker. p. VIII.

Parisinus S. (n. 2010.) quem tamen Bekkerus p. IX. ita descripsit, ac si Timaeum non contineat; itaque hic errorem aliquem latere suspicamur.

Parisinus Y. n. 2998. v. Bekker. p. X.

Monacensis sig. q. n. 324. v. Bekker. p. XIV.

Ambrosianus x. n. 91. v. Bekker. Indic. Contin. p. V.

— s. n. 71. v. ibid.

Palatinus Vaticanus c. n. 175. v. ibid. p. VII.

Ricardianus n. 65., Bekkero g., quem v. l. c. p. VII.

Vaticanus b. n. 228.

Vaticanus r. n. 1029. v. ll. cc. p. VIII et IX.

Laurentianus a. plut. 59. 1. ab initio a Bekkero adhibitus.

Hae igitur copiae sunt *Bekkerianae*. Quibus accesserunt nostrae, de quibus in Edit. Lipsiensi, quae sumtibus Weigelii prostat, T. XIII. p. XI. diximus.

Florentinus a.
Florentinus b.

Florentinus c.

Florentinus n.

Florentinus o.

Florentinus x.

Florentinus β.

Tubingensis, unde quae excerpta sunt, debentur editoribus Bipontinis.

Corronianus, unde lectiones excerptas dedit *C. Andr. Ducker.* in Miscell. Observatt. T. III. p. 410, sqq.

Horum codicum longe praestantissimus est Par. A. quocum subinde mire consentit Flor. x. Secundas tenent Vat. Θ. et Tubing. Tertias deferimus ad Ven. ΞΣ. Hos deinceps reliqui suo ordine sequuntur.

T I M A I O Σ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΚΡΙΤΙΑΣ, ΤΙΜΑΙΟΣ, ΕΡΜΟΚΡΑΤΗΣ.

Εἷς, δύο, τρεῖς· ὁ δὲ δὴ τέταρτος ἡμῖν, ὦ φίλε Τίμαιε, ποῦ τῶν χθὲς μὲν δαιτυμόνων, τὰ νῦν δ' ἑστιατόρων; 17

P. 17. A. *ὁ δὲ δὴ τέταρτος*] *δὴ* om. Flor. a. b. c. n. o. Vat. Θ. Vind. Y. Paris. S. Y. Ambr. et c g o r. in Σ a prim. man. om. Dein *μὲν* abest a Σ Y S s x a g r. Flor. a. b. c. n. o. Utrumque recte servat optimus Paris A. cum ceteris. Mox Proclus *ξυνέπεσεν*, quod dedit Bekker.

P. 17. ed. Steph.

Εἷς, δύο, τρεῖς· ὁ δὲ δὴ τέταρτος —] Habitum fingitur colloquium postridie quam narrati sunt sermones in libris de optima civitate comprehensi, id quod apparet ex p. 17. C. et 25. D. hoc est die vigesimo secundo mensis Thargelionis, quo die Proclo teste minora Panathenaea celebrabantur. Nam Socrates die huius mensis vigesimo se contulerat in Piraeeum Bendidiorum celebritatem spectaturus, qua opportunitate cum Glaucone, Adimanto, aliis, de optima civitate deque iustitia disputaverat: hanc ipsam autem disputationem postero die coram Timaeo, Critia, Hermocrate et alio quodam familiari, cuius nomen ignoramus, retulerat, sicuti perspicitur ex principio Reipubl. I. p. 327. A. et ex hoc ipso loco. v. Proclus ad Tim. p. 3. p. 9. et p. 27. Quocirca Socrates, qui hesternos convivas rursus expectavisset, praesentes iam dinumerans unum adhuc desiderat: qui quidem quis intelligatur, frustra profecto anquisiveris. Nisi forte verum perspexit Heusdius Init. Philosoph Plat. Vol. III. p. 233. cui Plato videtur semet ipsum significasse: quod sane non a verisimilitudine abhorret. Hoc vero luculentissime apparet, Timaeum, Critiam, Hermocratem et incertum istum convivam Socrati, qui ipsos narratione sermonum de optima civitate habitorum mirifice oblectavisset, promisisse existimari oportere, se ipsum vicissim sermonum epulis excepturos esse. Dicuntur enim *τὰ νῦν ἑστιάτορες*, quum hesterno die fuerint *δαιτυμόνες*. Enimvero sermonum dapes et epulae fre-

TI. Ἀσθένειά τις αὐτῷ συνέπεσεν, ὦ Σώκρατες· οὐ γὰρ ἂν ἑκὼν τῆσδε ἀπελείπετο τῆς ξυνουσίας.

ΣΩ. Οὐκοῦν σὸν τῶνδέ τε ἔργον καὶ τὸ ὑπὲρ τοῦ ἀπόντος ἀναπληροῦν μέρος;

B TI. Πάνυ μὲν οὖν, καὶ κατὰ δύναμίν γε οὐδὲν ἐλλείψομεν· οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη δίκαιον χθὲς ὑπὸ σοῦ

B. ἡμῶν ἀνταφεστιᾶν] Sic dedi ex sxeg. et Flor. a. c. o. Idem Proclus habet. Legebatur ἀντεφεστιᾶν, pro quo Stephanus requirebat ἀνθεστιᾶν. Idem ἡμᾶς ἀντ. coni.
ὅσα ὑμῖν καὶ περὶ ὧν] Codd. sx. ἡμῖν, quod non recte

quens Platoni metaphora est, de qua monuimus ad Phaedr. p. 227. B. Lysid. p. 211. C. Polit. I. p. 352. A. 354. H. IX. p. 571. D. Gorg. p. 522. A. conf. infra p. 27. B. exposuerunt etiam Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 323 sq. Wyttenbach. ad Plut. Mor. p. 40. B. s. T. I. p. 253 sq. ed. Lips. Igitur ἑστιάτορες sunt dicentes, δαιτυμόνες vero audientes, quod imitati sunt Themistius Or. XXVI. p. 313. B. XXXIII. p. 367. A. Libanius Orat. V. p. 200. D. alii. Nam δαιτυμόνες, etsi omnino dicuntur apud Homerum, qui lautius epulantur, tamen apud Platonem et recentiores scriptores plerumque ita usurpatur, ut intelligendi sint qui ab altero epulis excipiuntur. v. ad Rempubl. I. p. 345. C. Quod vero Plato in hoc exordio sermonum de optima civitate institutorum mentionem iniecit atque adeo partem argumenti Politiae summatim quidem denuo tractavit, voluit haud dubie utriusque operis nexum et coniunctionem significare. Qui quidem qualis sit, ipse indicavit p. 27. A. his verbis: ἔδοξε γὰρ ἡμῖν Τίμαιον μέν — πρῶτον λέγειν ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τελευτῶντα δὲ εἰς ἀνθρώπων φύσιν· ἐμὲ δὲ (Critiam) μετὰ τοῦτον, ὡς παρὰ μὲν τούτου δεδεγμένον ἀνθρώπους γεγονότας, παρὰ σοῦ δὲ (Socratem intelligit) πεπαιδευμένους διαφερόντως αὐτῶν τινας κ. τ. λ. Etenim quae de perfecta virtute in humano genere conspicua in Politia disputata sunt, ea in Timaeo ita confirmantur, supplentur, amplificantur, ut posteaquam breviter ostensum est, civitatem istiusmodi etiam adversus externos hostes fore fortissimam, primum rerum universitatis generatio ostendatur, deinde ad naturae humanae originem illustrandam descendatur. Quemadmodum igitur in libris de Republica quae ideae boni vis in vita humana et publica et privata esse possit vel debeat ostenditur, ita in Timaeo docetur eandem ideam per totam regnare rerum universitatem atque in humana natura quoque divino quodam beneficio elucere. Ceterum non attinet hic narrare, quid Athenaeus IX. p. 382. A. p. 837. ed. Dind. et Quintilian. IX. 4, 78. de hoc Timaei initio iudicaverint.
αὐτῷ συνέπεσεν] H. e. in

ξενισθέντας οἷς ἦν πρέπον ξενίοις μὴ οὐ προθύμως σὲ τοὺς λοιποὺς ἡμῶν ἀνταφεστιᾶν.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν μέμνησθε, ὅσα ὑμῖν καὶ περὶ ὧν ἐπέταξα εἰπεῖν;

ΤΙ. Τὰ μὲν μεμνήμεθα, ὅσα δὲ μή, σὺ παρὼν ὑπομνήσεις. μᾶλλον δέ, εἰ μή τί σοι χαλεπόν, ἐξ ἀρχῆς διὰ βραχέων πάλιν ἐπάνελθε αὐτά, ἵνα βεβαιωθῇ μᾶλλον παρ' ἡμῖν.

comprobarunt Bekker. et Ast.

μᾶλλον παρ' ἡμῖν] Pro μᾶλλον Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Y. et libri s x a e g r. Flor. a. b. c. n. o. πάλιν scribunt, male. Dein παρ' ἡμῶν unus r.

eum incidit, eum occupavit; nihil amplius: neque ἐνέπεσεν vel ξυνενέπεσεν corrigendum. De formula σὸν ἔργον ἐστίν, tuum est, tui est muneris, v. ad Lachet. p. 189. C. Menon. p. 75. D. Legitur etiam infra p. 27. B. Pro τὸ ὑπὲρ τοῦ ἀπόντος ἀναπληροῦν μέρος poterat etiam scribi τὸ τοῦ ἀπόντος ἀναπλ. μ. Sed praepositio interposita est propterea, quod verbi ἀναπληροῦν habetur ratio: nam dicitur ἀναπληροῦν μέρος τι ὑπέρ τινος. De Rep. II. p. 371 C. τοῖς δεομένοις τὰ παρ' αὐτοῦ ἀλλάξασθαι. VII. p. 539. C. v. ad Phaed. p. 75. B. 76. D. Apol. p. 32. B. Symp. p. 202. E. Gorg. p. 523. B.

B. τοὺς λοιποὺς ἡμῶν] Stephanus ἡμᾶς coniicit. Nam τοὺς λοιποὺς ἡμῶν, inquit, sonaret: Eos e nobis, qui reliqui sunt; non videtur autem ita loquuturus fuisse, quum unus tantum abesset. Nempe τοὺς λοιποὺς ἡμᾶς ubi scriptum legerimus, hoc dicit Timaeus: nos qui reliqui sumus, videlicet de coetu hesterno. Quod recte sane dictum foret, modo ne ἡμᾶς paullo esset ponderosius. Itaque praeferimus utique τοὺς λοιποὺς ἡμῶν, eos, qui de nobis, h. e. de hesterna societate, reliqui sumus. Quod quidem ita dicitur, quia soli Timaeus, Critias et Hermocrates adsunt, unus familiaris valetudinis causa non comparuit. Dein Stephanus requirebat ἀνθεστιᾶν. Codd. quidam cum Proclo ἀνταφεστιᾶν, quod recte commendavit Boeckhius. Bene Schol. Leid., qui Procli observatione usus est Ἀνταφεστιᾶν, inquit, φησίν, οὐκ ἀνθεστιᾶν. ἡ γὰρ ἀνταφεστίασις τὴν ὁλοτελῆ τῆς ἑστιάσεως ἀποπλήρωσιν συνείληφεν. Minus aptum est quod codd. reliqui cum editt. omnibus suppeditant ἀντεφεστιᾶν.

ὅσα ὑμῖν καὶ περὶ ὧν ἐπ. εἰπεῖν] Num meministis, quanta vobis ac de quibus rebus mandaverim ut diceretis? Quod est modeste suspicantis fore, ut alteri recordentur, quid ipse postulaverit. Quamobrem nihili est quod Proclus habet ἆρ' οὖν οὐ μεμν. Frequens autem est usus verbi ἐπιτάττειν de iis, qui aliquid explicari disputatione iubent. v. Soph. p. 226. C. The-

C *ΣΩ.* Ταῦτ' ἔσται. χθές που τῶν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθέντων λόγων περὶ πολιτείας ἦν τὸ κεφάλαιον, οἵα τε καὶ ἐξ οἵων ἀνδρῶν ἀρίστη κατεφαίνετ' ἄν μοι γενέσθαι.

ΤΙ. Καὶ μάλα γε ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, ῥηθεῖσα πᾶσι κατὰ νοῦν.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ τὸ τῶν γεωργῶν, ὅσαι τε ἄλ-

C. *τῶν προπολεμησόντων*] Ven. Ξ. Par. S. et septem alii *πολεμησόντων*.

καὶ μίαν ἑκάστῳ τέχνην] Vett. editt. *καὶ ἑκάστη τέχνη*. Par. A. in marg. *καὶ μίαν ἑκάστην τέχνην*. Vat. o. *ἐπιτήδευμα μίαν ἑκάστη τέχνην*. unde Bekkerus scite effinxit *μίαν ἑκάστῳ τέχνην*.

aet. p. 146. A. infra p. 26. D. al. Male Bekkerus e duobus libris *ἡμῖν* dedit, quod servavit etiam Astius. Nam etsi Socrates ipse partem disputationis profligaverat, tamen idem ceteros voluerat de iisdem rebus suam ferre sententiam. Neque commode dicitur *ἐμοὶ ἐπέταξα εἰπεῖν*, quod certe inest in isto *ἡμῖν ἐπέταξα*. Quocirca noli audire Lindavium *ἡμῖν* defendentem. Idem vir doctus etiam in eo errat, quod *ὑμῖν* opinatur codicum carere auctoritate. Tuentur enim illud omnes Bekkeriani praeter sx.

C. *χθές που τῶν ὑπ' ἐμοῦ —*] Iungas hunc in modum: *ἦν που τὸ κεφάλαιον τῶν χθὲς ὑπ' ἐμοῦ ῥηθέντων λόγων περὶ πολιτείας κ. τ. λ.* summa eorum, quae heri a me de civitate disputata sunt, redibat opinor eo, ut definiretur, qualis et e qualibus viris optima videretur posse existere. In his ne *χθὲς* ita praemissum tanquam insolens quiddam mireris, alia id genus exempla dedimus ad Phaedon. p. 88. A. Neque quidquam habet offensionis, quod per quandam redundantiam infertur *κατεφαίνετό μοι*, quum simpliciter liceret dici *οἵα τε καὶ ἐξ οἵων ἀνδρῶν ἀρίστη γένοιτο ἄν*. v. ad Phaed. p. 60. C. Ceterum Proclus veterum criticorum de huius loci interpretatione magnam narrat fuisse dissensionem, siquidem qui noluerint extremum operis de Republica finem in describenda optima civitate positum esse, variis artibus studuerint efficere, ut Plato de iustitia potius disseruisse videretur. Quorum commenta nunc refutare non attinet, quum exploratum habeamus, philosophum eadem opera, qua perfectae civitatis imaginem depinxit, etiam optimi hominis virtutem descripsisse, id quod etiam Proclus perspexit. Sed vide quae de hoc argumento copiosissime exposuimus Prolegg. ad Rempubl. p. XL. – LIII. et in Prolegg. ad hunc ipsum dialogum p. 31 sqq.

καὶ μάλα γε — ῥηθεῖσα πᾶσι κατὰ νοῦν] Sc. *ἡ πολιτεία*. Dativus *πᾶσι* pertinet ad *κατὰ νοῦν*, ut Phaedon. p. 97. D. *ταῦτα δὴ λογιζόμενος ἄσμενος εὑρηκέναι ᾤμην διδάσκαλον τῆς αἰτίας πέρι τῶν ὄντων κατὰ νοῦν ἐμαυτῷ τὸν Ἀναξαγό-*

λαι τέχναι, πρῶτον ἐν αὐτῇ χωρὶς διειλόμεθα ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ τῶν προπολεμησόντων;

ΤΙ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ κατὰ φύσιν δὴ δόντες τὸ καθ' αὑτὸν ἑκάστῳ πρόσφορον ἓν μόνον ἐπιτήδευμα καὶ μίαν ἑκάστῳ τέχνην, τούτους οὓς πρὸ πάντων ἔδει πολεμεῖν D
εἴπομεν, ὡς ἄρα αὐτοὺς δέοι φύλακας εἶναι μόνον τῆς πόλεως, εἴτε τις ἔξωθεν ἢ καὶ τῶν ἔνδον ἴοι κα-

In cod. Par. A. et Tub. legitur: καὶ ἀφ' ἑκάστου τῇ τέχνῃ, τούτους οὕς. Flor. x. item ἐπιτήδευμα μίαν ἑκάστῃ τέχνην τούτων οὕς.
D. ἢ καὶ τῶν ἔνδον] ἔνδοθεν Par. A. Vat. 0. Ex Par. tamen Bastius quidem eam lectionem non enotavit. Mox vulg. πραέως, invitis codd.

ραν. Tim. p. 36. D. ἐπειδὴ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο. Ibid. p. 27. C. κατὰ νοῦν ἐκείνοις μὲν μάλιστα ἑπομένως δὲ ἡμῖν. Unde fortasse natum est quod habet Stobaeus Serm. p. XIII. p. 277. = p. 169. II. ed. Lips. κατὰ νοῦν ἅπασιν.

Ἆρ' οὖν οὐ τὸ τῶν γεωργῶν —] Pertinent huc quae secundo, tertio et quarto libro de Republica exposita sunt, quorum librorum summam Vol. I. editionis nostrae retulimus p. 86 sqq. p. 169 sqq. p. 255 sqq. Vide inprimis libr. II. p. 369. E. p. 374. E.

καὶ κατὰ φύσιν δὴ δόντες —] Et secundum naturam unicuique tribuentes unum tantummodo studium, ipsi per se consentaneum, et unam cuique artem, eos, quibus pro omnibus pugnandum esset, diximus custodes esse tantummodo civitatis debere etc. Vett. editt. ἓν μόνον ἐπιτήδευμα ἑκάστῃ τέχνῃ, quod vel ob praegressum ἑκάστῳ absonum. Accedit quod, sicuti vere iudicavit Boeckhius, inepte sane diceretur cuique arti unum opus attributum esse. Nam ubique certe una ars unum opus exercet. Sed aliud est, quot quisque artes exerceat: unus enim potest pluribus sane dare operam, et in eo ipso vis legum posita est, ut definiatur, liceatne an non liceat. Itaque Boeckhius τῇ τέχνῃ tanquam ineptum additamentum abiici voluit. Quod tamen vereor ne non recte fecerit, siquidem omnes codices veteris lectionis vestigia servant. Itaque Bekkerum sequi consultum duximus, qui ex parte codicum suorum veram lectionem revocavit. Pro τούτους εἴπομεν exspectabas περὶ τούτων εἴπομεν. Sed accusativum posuit orationem sic fere continuaturus: τούτους εἴπομεν δεῖν φύλακας εἶναι μόνον τῆς πόλεως. Quamquam hac explicatione ne opus quidem est, siquidem λέγειν τινά et εἰπεῖν τινα pro περί τινος haudquaquam est insolens; de quo loquendi genere diximus ad Apolog. Socrat. p. 23. A.

εἴτε τις ἔξωθεν ἢ καὶ τῶν ἔνδον] De ἢ post εἴτε illato v. ad Phaedrum p. 277. D. Pro τῶν ἔνδον codd. nonnulli

κουργήσων, δικάζοντας μὲν πράως τοῖς ἀρχομένοις
18 ὑπ᾽ αὐτῶν ἅτε φύσει φίλοις οὖσι, χαλεποὺς δὲ ἐν ταῖς μάχαις τοῖς ἐντυγχάνουσι τῶν ἐχθρῶν γιγνομένους.

ΤΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Φύσιν γάρ οἶμαί τινα τῶν φυλάκων τῆς ψυχῆς ἐλέγομεν ἅμα μὲν θυμοειδῆ, ἅμα δὲ φιλόσοφον δεῖν εἶναι διαφερόντως, ἵνα πρὸς ἑκατέρους δύναιντο ὀρθῶς πρᾶοι καὶ χαλεποὶ γίγνεσθαι.

ΤΙ. Ναί.

ΣΩ. Τί δὲ τροφήν; ἆρ᾽ οὐ γυμναστικῇ καὶ μουσικῇ μαθήμασί τε, ὅσα προσήκει τούτοις, ἐν ἅπασι τεθράφθαι;

ΤΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ἅτε φύσει] ἅτέ καὶ φύσει Vat. o. In Par. F. et Tub. pro ἅτε est καί. Flor. x. ἅτε καὶ φίλοις, omisso φύσει. Par. A. καὶ φύσει φιλ. οὖσιν.

P. 18. *Τί δὲ τροφήν*] V. δαί, quod mutavimus ex ΞΣΥ FSYsxaegor. Tub. sex Florentinis et Proclo.

τῶν ἔνδοθεν, quod haud dubie ob praegressum ἔξωθεν refictum, ut scilicet servaretur orationis concinnitas. Sed non opus est ea mutatione. Eandem certe habes orationis formam De Rep. III. p. 415. D. ὅθεν τούς τε ἔνδον μάλιστ᾽ ἂν κατέχοιεν — τούς τε ἔξωθεν ἐπαμύνοιεν. ibid. p. 417. B. πολὺ πλείω καὶ μᾶλλον δεδιότες τοὺς ἔνδον ἢ τοὺς ἔξωθεν πολεμίους. ibid. p. 414. B. τῶν τε ἔξωθεν πολεμίων τῶν τε ἐντὸς φιλίων. Neque necessarium puto cum Boeckhio inserto articulo scribere εἴτε τις τῶν ἔξωθεν, siquidem istiusmodi structurae variatio Graecis haudquaquam displicuit. Enimvero utrumque per se dicitur rectissime, et εἴτε τις ἔξωθεν ἴοι κακουργήσων, et εἴτε τις τῶν ἔνδον ἴοι κακουργήσων, ut certe non intelligatur, cur utrumque coniungi non potuerit. Quod autem in altero membro articulus accessit, eius rei causa in eo ipso cernitur, quod non ἔνδοθεν sed ἔνδον scriptum est. Nam ineptum certe foret ἢ καὶ ἔνδον ἴοι κακουργήσων.

P. 18. *Φύσιν γὰρ οἶμαί τινα* —] V. Reip. II. p. 374. D sqq.

Τί δὲ τροφήν; —] Repete ex antegressis ἐλέγομεν, quod etiam ad infinitivum τεθράφθαι una cum δεῖν intelligendum relinquitur. Quocirca verborum sententiam sic fere declarare licebit: Quid vero de institutione eorum? nonne eos dicebamus gymnastica et musica eruditos esse oportere atque disciplinis, quae ipsis conveniant, omnino omnibus?

ΣΩ. Τοὺς δέ γε οὕτω τραφέντας ἐλέχθη που B
μήτε χρυσὸν μήτε ἄργυρον μήτε ἄλλο ποτὲ μηδὲν κτῆμα ἑαυτῶν ἴδιον νομίζειν δεῖν, ἀλλ' ὡς ἐπικούρους μισθὸν λαμβάνοντας τῆς φυλακῆς παρὰ τῶν σωζομένων ὑπ' αὐτῶν, ὅσος σώφροσι μέτριος, ἀναλίσκειν τε δὴ κοινῇ καὶ ξυνδιαιτωμένους μετ' ἀλλήλων ζῆν, ἐπιμέλειαν ἔχοντας ἀρετῆς διὰ παντὸς τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἄγοντας σχολήν.

ΤΙ. Ἐλέχθη καὶ ταῦτα ταύτῃ.

ΣΩ. Καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ γυναικῶν ἐπεμνήσθη- C
μεν, ὡς τὰς φύσεις τοῖς ἀνδράσι παραπλησίας εἴη ξυναρμοστέον καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα πάντα κοινὰ κατά τε πόλεμον καὶ κατὰ τὴν ἄλλην δίαιταν δοτέον πάσαις.

ὅσα προσήκει τούτοις] V. ὅσοις, quod mutatum ex Par. AF. Flor. b. In Vat. Θ. Flor. x. scribitur οἷα. Dein Ven. Ξ. Par. S. aliique τούτους.

C. καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα πάντα] Sic codd. plerique omnes cum Par. A. et Vat. Θ. itemque Proclus et Stobaeus. Legebatur olim καὶ τὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων πάντα.

De re conf. Reip. II. p. 375. E sqq. et III. usque ad p. 412. A. Haeremus vero in ἐν ante ἅπασι illato. Nam quum praecedat simplex dativus, ne hic quidem recte inculcabitur praepositio. Vide igitur an scribendum sit: ὅσα προσήκει (sc. αὐτοῖς), τούτοισιν ἅπασι κ. τ. λ. De forma dativi Ionica a Platone usurpata v. Ast. ad Legg. p. 11.

B. ἐλέχθη που μήτε χρυσὸν κ. τ. λ.] Respicit ad Reip. III. p. 415. D. — 417. B. — ἀναλίσκειν τε δὴ κοινῇ κ. τ. λ. et sumtus facere communiter et communi vita victuque uti. Dein post διὰ παντὸς comma delevimus vulgo interpositum, siquidem verba hunc in modum accipienda sunt: dum virtutis curam unice gerant a ceteris studiis vacantes. De dictione conf. Reip. II. p. 370. C. ἐκ δὴ τούτων πλείω τε ἕκαστα γίγνεται καὶ κάλλιον καὶ ῥᾴδιον, ὅταν εἷς ἓν κατὰ φύσιν καὶ ἐν καιρῷ, σχολὴν τῶν ἄλλων ἄγων, πράττῃ. Ibid. p. 374. B. καὶ τῶν ἄλλων ἑνὶ ἑκάστῳ ὡσαύτως ἓν ἀπεδίδομεν, πρὸς ὃ πεφύκει ἕκαστος καὶ ἐφ' ᾧ ἔμελλε τῶν ἄλλων σχολὴν ἄγων διὰ βίου αὐτὸ ἐργ. κ. τ. λ. quem locum non erat cur sollicitarem, quandoquidem ἐφ' ᾧ cum σχολὴν ἄγων connectendum est, ut relativi pronominis structura participio accommodata sit.

C. καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ γυναικῶν] Feminas quoque, quamvis viris paulo infirmiores, tamen ad easdem exercitationes natura aptas esse demonstratum est Reip. V. p. 451 — 457.

ΤΙ. *Ταύτῃ καὶ ταῦτα ἐλέγετο.*

ΣΩ. *Τί δὲ δὴ τὸ περὶ τῆς παιδοποιίας; ἢ τοῦτο μὲν διὰ τὴν ἀήθειαν τῶν λεχθέντων εὐμνημόνευτον, ὅτι κοινὰ τὰ τῶν γάμων καὶ τὰ τῶν παίδων πᾶσιν ἁπάντων ἐτίθεμεν, μηχανώμενοι ὅπως μηδείς ποτε τὸ*
D *γεγενημένον αὐτῷ ἰδίᾳ γνώσοιτο, νομιοῦσι δὲ πάντες πάντας αὐτοὺς ὁμογενεῖς, ἀδελφὰς μὲν καὶ ἀδελφοὺς ὅσοιπερ ἂν τῆς πρεπούσης ἐντὸς ἡλικίας γίγνωνται, τοὺς δ' ἔμπροσθεν καὶ ἄνωθεν γονέας τε καὶ γονέων προγόνους, τοὺς δ' εἰς τὸ κάτωθεν ἐκγόνους παῖδάς τ' ἐκγόνων;*

Τί δὲ δὴ τὸ περὶ τῆς παιδ.] Additum *δή* ex codd. omnibus, Stobaeo et Proclo, vulgo temere omissum. Par. A. *δαὶ δή*. Dein *τῆς* articulus, qui et ipse vulgo omittebatur, restitutus est ex Par. AF. Vat. o.

ἐτίθεμεν, μηχανώμενοι ὅπως μ.] Vett. editt. *μηχανωμένους*, quod est in codd. longe plurimis. Buttmannus coni. *μηχανωμένοις*, quod recepit Bekker. Sed recte Stephanus dedit *μηχανώμενοι*, ut scriptum extat in Ambr. s. Vat. o. Flor. x. et corr. o. Deinde vett. editt. *γνώσαιτο, νομίσωσι δέ*. Recte *γνώσοιτο* codd., quod soloecum esse nunc nemo facile crediderit. Indicativum *νομιοῦσι* tuentur Par. A. Vat. Θ. Par. FS. Vind. Y. Mon. Ambr. s. Laur. Vat. or. Flor. a. b. B. c. n. x.

C. cum quo loco comparabis utiliter Legg. VI. p. 781. A. 802. E. 804. E. 814. B.

Τί δὲ δὴ τὸ περὶ τῆς παιδοποιίας] Hunc locum tractavit philosophus Reip. V. p. 457 sqq. p. 466. conf. infra p. 29. A. Pro *μηχανώμενοι* plerique libri habent *μηχανωμένους*, unde Buttmannus eruit *μηχανωμένοις*. qui dativus suspensus esset ex *εὐμνημόνευτον*. Recte vero Stephanus nominativum restituit, quem et ipsum non pauci libri tuentur. Etenim cohaeret ille cum verbis *ὅτι ἐτίθεμεν*, quo non animadverso verae lectionis temerariam fecerunt mutationem. Necessarium esse nominativum etiam verborum structura evincit. Nam dativo de Buttmanni sententia restituto, unde optativus *γνώσοιτο* pendeat, nemo quisquam dixerit. Quod secus habet, ubi *μηχανώμενοι* nominativum cum *ὅτι ἐτίθεμεν* coniunxerimus. Quippe ita recte sane infertur *γνώσοιτο* optativus, qui superioris temporis, quo haec disputata sunt, consilium denotat: cui deinde subiungitur *νομιοῦσιν*, indicativus futuri, quem post verba curandi aliaque similia etiam praecedente tempore praeterito maxime ad significandam pristini consilii perpetuitatem frequentissime adhiberi in vulgus notum est, conf. Matthiae Gr. §. 519. 8. p. 1187 sq. ed. 3. Rost. Gr. §. 122. 10. 6. Exempla similis modorum enallages ad Menexen. p. 240. D. indicavimus. Itaque nec Stephanus vere coniecit *γνώσεται*, nec Boeckhius audien-

ΤΙ. Ναί, καὶ ταῦτα εὐμνημόνευτα ᾗ λέγεις.

ΣΩ. Ὅπως δὲ δὴ κατὰ δυναμιν εὐθὺς γίγνοιντο ὡς ἄριστοι τὰς φύσεις, ἆρ' οὐ μεμνήμεθα, ὡς τοὺς ἄρχοντας ἔφαμεν καὶ τὰς ἀρχούσας δεῖν εἰς τὴν τῶν γάμων σύνερξιν λάθρᾳ μηχανᾶσθαι κλήροις τισὶν ὅπως οἱ κακοὶ χωρὶς οἵ τ' ἀγαθοὶ ταῖς ὁμοίαις ἑκάτεροι ξυλλήξονται, καὶ μή τις αὐτοῖς ἔχθρα διὰ ταῦτα γίγνηται, τύχην ἡγουμένοις αἰτίαν τῆς ξυλλήξεως;

ΤΙ. Μεμνήμεθα.

ΣΩ. Καὶ μὴν ὅτι γε τὰ μὲν τῶν ἀγαθῶν θρε- 19
πτέον ἔφαμεν εἶναι, τὰ δὲ τῶν κακῶν εἰς τὴν ἄλλην

D. *ἐκγόνους παῖδάς τ' ἐκγόνων*] V. *τε καὶ παῖδας*, quod est in Ven. Ξ.

E. *ἑκάτεροι ξυλλήξονται*] V. *ξυλλέξονται* et mox *ξυλλέξεως*, quem errorem, iam a Stephano notatum, vix unus et alter codicum habet. Nam quod in loco Reipublicae, ad quem respicitur, scriptum est *σύνερξιν*, id nemo cum Steph. in Ann. putabit nunc per *ξύλλεξιν* commode exprimi.

P. 19. *τὰ δὲ τῶν κακῶν*] Sic A Θ F S Y. Tub. et alii plurimi. Idem habet Stob. Editt. omnes *φαύλων*. Dein vulgo *ἐπαυξομένων*, quod cum Bekkero e Par. A. Vat. Θ. o. et Flor. x. in *ἐπαυξανομένων* mutavimus.

dus est, qui *ἂν γνώσοιτο* reponendum putabat, quod vel propter particulae *ἂν* collocationem reiiciendum.

D. *Ναί, καὶ ταῦτα εὐμνημόνευτα ᾗ λέγεις*] Fuit qui *ᾗ* eliminandum putaret. Quod tamen rectum esse atque sincerum vel praegressa illa docent: *ἐλέχθη καὶ ταῦτα ταύτῃ* et *ταῦτα καὶ ταύτῃ ἐλέγετο*. Itaque hoc dicit Timaeus: *καὶ ταῦτα ταύτῃ εὐμνημόνευτά ἐστιν, ᾗ λέγεις*, quod brevius enunciatum pro: Haec quoque ita dicta sunt atque eatenus facile memoria retinentur, quatenus dicis, h. e. *διὰ τὴν ἀήθειαν*, quoniam sunt insolentia. De re ipsa conf. Reip. V. p. 458 sqq.

εἰς τὴν τῶν γάμων ξύνερξιν] De Rep. V. p. 460, A. *κλῆροι δή τινες, οἶμαι, ποιητέοι κομψοί, ὥςτε τὸν φαῦλον ἐκεῖνον αἰτιᾶσθαι ἐφ' ἑκάστης συνέρξεως τύχην, ἀλλὰ μὴ τοὺς ἄρχοντας.*

E. *ὅπως οἱ κακοὶ — ξυλλήξεως*] Locutionem *συλλαγχάνειν τινί*, aliquem sorte accipere socium, Boeckhius illustravit ex Plutarch. Vol. VIII. p. 313. ed. Reisk. *ψυχὴν ἄλλῳ δαίμονι συλλαχοῦσαν*. Plat. Legg. VII. p. 819. B. de comparatione pugilum: *καὶ πυκτῶν καὶ παλαιστῶν ἐφεδρείας τε καὶ συλλήξεως ἐν μέρει.*

P. 19. *καὶ μὴν ὅτι γε τὰ μὲν τῶν ἀγ.*] Legendus de hac re locus est de Rep. III. p. 415. A. B. V. p. 461 A sqq. unde apparet *εἰς τὴν ἄλλην πόλιν* esse in reliquam civitatis partem, h. e. in ceteros civium ordines, operarios

λάθρᾳ διαδοτέον πόλιν; ἐπαυξανομένων δὲ σκοποῦντας ἀεὶ τοὺς ἀξίους πάλιν ἀνάγειν δεῖν, τοὺς δὲ παρὰ σφίσιν ἀναξίους εἰς τὴν τῶν ἐπανιόντων χώραν μεταλλάττειν;

ΤΙ. Οὕτως.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν δὴ διεληλύθαμεν ἤδη καθάπερ χθές, ὡς ἐν κεφαλαίοις πάλιν ἐπανελθεῖν; ἢ ποθοῦμεν ἔτι τι τῶν ῥηθέντων, ὦ φίλε Τίμαιε, ἀπολειπόμενον;

ΤΙ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' αὐτὰ ταῦτ' ἦν τὰ λεχθέντα,
B ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀκούοιτ' ἂν ἤδη τὰ μετὰ ταῦτα περὶ τῆς πολιτείας, ἣν διήλθομεν, οἷόν τι πρὸς αὐτὴν πεπονθὼς τυγχάνω. προσέοικε δὲ δή τινί μοι τοιῷδε τὸ πάθος, οἷόν εἴ τις ζῷα καλά που θεασάμενος, εἴτε

Ἆρ οὖν δὴ διελ.] δὴ additum e Tub. Par. A. Vat. Θ. et septem aliis libris. Vulgo aberat.

ἢ ποθοῦμεν ἔτι τι τῶν ῥ.] V. ἢ ποθοίης ἔτι τῶν ῥ. Tub. A Θ F S Y q a c r. Flor. b. x. Proclus ποθοῦμεν. Sed τι addunt A Ξ Σ Y q x a e o. Flor. b. x. Procl. Dein ὡς ante ἀπολειπόμενον inferciunt Stob. Flor. x. b. et nonnulli alii, quod Boeckhius

et agricolas. Itaque θρεπτέον εἶναι est tanquam futuros civitatis custodes educari oportere, neque cogitandum de infantium expositione. Deinde ἐπαυξανομένων (αὐτῶν) praeferendum haud dubie est veteri scripturae ἐπαυξομένων. Neque enim civitatis rectores iam adultos clam possent in pristinum locum restituere, quod adolescentibus facere utique licet. Sententia verborum haec est: adolescentibus autem illis rectores oportere observare eos, qui digni sint, eosque in superiorem rursus locum evehere; eos autem, qui apud se indigni sint (qui custodum ordini non recte accenseantur), vicissim in locum eorum, qui iam rursus ex inferioribus civium ordinibus escendant, transferre.

Ἆρ' οὖν δὴ διεληλύθαμεν ἤδη, καθάπερ χθές] Ad διεληλύθαμεν facile intellexeris αὐτά, h. e. τὰ περὶ τῆς πολιτείας, quae ratio Graecis maxime usitata. — ὡς ἐν κεφαλαίοις πάλιν ἐπ. quantum quidem rursus summatim percurrere licuit. De verbis ἢ ποθοῦμεν ἔτι τι v. ad Reip. IX. p. 571. A.

B. Ἀκούοιτ' ἂν ἤδη τὰ μετὰ ταῦτα —] Rogat nunc Socrates Timaeum et Critiam, ut reliquam disputationis partem, sicuti promiserint, absolvant atque ostendant, qualis eiusmodi civitas, quam ipse descripserit, in pugna et certamine cum hostibus externis fa-

ὑπὸ γραφῆς εἰργασμένα εἴτε καὶ ζῶντα ἀληθινῶς, ἡσυχίαν δὲ ἄγοντα, εἰς ἐπιθυμίαν ἀφίκοιτο θεάσασθαι κινούμενά τε αὐτὰ καί τι τῶν τοῖς σώμασι δοκούντων προςήκειν κατὰ τὴν ἀγωνίαν ἀθλοῦντα. ταὐτὸν καὶ ἐγὼ πέπονθα πρὸς τὴν πόλιν, ἣν διήλθομεν· ἡδέως γὰρ ἄν του λόγῳ διεξιόντος ἀκούσαιμ' ἄν, ἄθλους οὓς πόλις ἀθλεῖ, τούτους αὐτὴν ἀγωνιζομένην πρὸς πόλεις ἄλλας, πρεπόντως εἰς πόλεμον ἀφικομένην καὶ ἐν τῷ πολεμεῖν τὰ προςήκοντα ἀποδιδοῦσαν τῇ παιδείᾳ καὶ τροφῇ κατά τε τὰς ἐν τοῖς ἔργοις πράξεις καὶ κατὰ τὰς ἐν τοῖς λόγοις διερμηνεύσεις πρὸς ἑκάστας τῶν πόλεων. ταῦτ' οὖν, ὦ Κριτία καὶ Ἑρμόκρατες, ἐμαυτοῦ μὲν αὐτὸς κατέγνωκα μή ποτ' ἂν δυνατὸς γενέσθαι τοὺς ἄνδρας καὶ τὴν πόλιν ἱκανῶς ἐγκωμιάσαι. καὶ τὸ μὲν ἐμὸν οὐδὲν

C — D

probare non debebat. Stobaeus om. ὦ Τίμαιε ἀπολειπόμενον.

B. ἀλλ' αὐτὰ ταῦτ' ἦν] Plurimi libri, inter quos optimi sunt Vat. Θ. Ven. ΞΣ., ἀλλὰ ταῦτ' ἦν. Par. A. teste Bastio habet ἄλλα ταὐτὰ ταῦτ' ἦν, quo vulgata firmatur scriptura.

C. πρεπόντως εἰς πόλεμον] Par. AF. εἴς γε πόλ. unde Bekkerus edidit εἴς τε πόλεμον.

tura sit. Quod quidem neque a se ait recte factum iri neque a poetis aut sophistis; solos enim philosophos et viros civiles posse rem ab ipsa rerum veritate seiunctam et animo intueri menteque complecti et oratione eleganter explicare. Ceterum hoc initio orationis Socraticae usus est Athenaeus XI. p. 507. D. E. ut Platonem more suo calumniaretur.

καί τι τῶν τοῖς σώμασι δοκούντων κ. τ. λ.] Iunge: καὶ κατὰ τὴν ἀγωνίαν ἀθλοῦντά τι τούτων, ἃ τοῖς σώμασι δοκεῖ προςήκειν. Similem habes verborum iuncturam Legg. VIII. p. 830. A. ἤ τι τῶν τοιούτων ἕτερον ἀγωνισμάτων ἀθλοῦντας.

C. τὰ προςήκοντα ἀποδιδοῦσαν τῇ παιδείᾳ] H. e. et in bello quae institutioni atque educationi conveniant, reddentem, h. e. exhibentem, exercentem. Nam ἀποδιδόναι τι dicuntur qui dant vel tribuunt sive factis sive alio modo id, quod convenit, vel quod debent. Apte comparavit Boeckhius Legg. II. p. 666. E. λαβὼν δὲ ὑμῶν οὐδεὶς τὸν αὑτοῦ — παιδεύει ψηχῶν τε καὶ ἡμερῶν καὶ πάντα προςήκοντα ἀποδιδοὺς τῇ παιδοτροφίᾳ. v. infra ad p. 20. B.

D. καὶ τὸ μὲν ἐμὸν οὐδὲν θ.] Modeste et urbane Socrates pro more suo loquitur, qui se negat conditae civitatis virtutem in agendo conspicuam dignis modis laudare posse. De qua re quae nugatus est Proclus, ea, sicuti plurima recentiorum Platonicorum com-

θαυμαστόν· ἀλλὰ τὴν αὐτὴν δόξαν εἴληφα καὶ περὶ τῶν πάλαι γεγονότων καὶ τῶν νῦν ὄντων ποιητῶν, οὔτι τὸ ποιητικὸν ἀτιμάζων γένος, ἀλλὰ παντὶ δῆλον, ὡς τὸ μιμητικὸν ἔθνος, οἷς ἂν ἐντραφῇ, ταῦτα μιμήσεται ῥᾷστα καὶ ἄριστα, τὸ δ' ἐκτὸς τῆς τρο-
E φῆς ἑκάστοις γιγνόμενον χαλεπὸν μὲν ἔργοις, ἔτι δὲ χαλεπώτερον λόγοις εὖ μιμεῖσθαι. τὸ δὲ τῶν σοφιστῶν γένος αὖ πολλῶν μὲν λόγων καὶ καλῶν ἄλλων

D. οὔ τι τὸ ποιητικὸν ἀτ.] Ven. Ξ οὔτοι.

τὸ μιμητικὸν ἔθνος] Cod. r. ἔθος. Ss. γένος.

ἑκάστοις γιγνόμενον] Sic codd. omnes cum Proclo, uno excepto Corrau, qui habet ἑκάστῳ. Prave legebatur olim ἑκάστης, quod iam Stephan. in Annot. p. 49. in ἑκάστοις mutandum censuit.

menta, mentione indigna sunt. In proximis unus et alter liber scriptum habet οὔτοι. Quod cave amplectaris. Cratyl. p. 393. B. οὔτι λέγω — ἀλλά. Theaet. p. 156. E. οὔτι ὄψις — ἀλλά. Ibid. p. 161. B. τοῦτο πειράσομαι οὔτι αὐτὸς εἰπεῖν κ. τ. λ. De Rep. II. p. 373. E. μείζονος τῆς πόλεως δεῖ οὔτι σμικρῷ, ἀλλ' ὅλῳ στρατοπέδῳ. Ibid. IV. p. 438. E. καὶ οὔτι λέγω, ὡς τοιαῦτα καὶ ἔστιν — ἀλλ' ἐπειδὴ κ. τ. λ. Sympos. p. 199. B. Sed multa id genus ad Hipp. mai. p. 297. E. congessimus, ubi quid οὔτι et οὔτοι differat, paucis verbis significavimus. Dein pro ἔθνος libri quidam γένος, quod fluxit ex interpretatione. Gorg. p. 455. B. ἢ περὶ ναυπηγῶν ἢ περὶ ἄλλου τινὸς δημιουργικοῦ ἔθνους. De Rep. I. p. 351. C. IV. p. 420. B. p. 421. C. Sophist. p. 242. D. τὸ Ἐλεατικὸν ἔθνος. Politic. p. 290. B. τὸ κηρυκικὸν γένος. Legg. VI. p. 776. D. τὸ Θετταλῶν πενεστικὸν ἔθνος. al.

τὸ δὲ τροφῆς ἑκάστοις γιγν.] Dicuntur poetae ea tantum scite imitari posse, quibus quasi innutriti sint: quae ab ipsius vitae usu et consuetudine sint remota, ea vero imitari non posse. Huius enim generis res, quum actione exprimi vix queant, tum oratione omnium difficillime exprimi solere. Enimvero Platonem constat poesin omnem in imitatione positam iudicavisse, de qua re philosophus explicavit Reip. III. p. 392. C. sqq. p. 398. A. al. Iam vero quoniam qui id, quod non didicerunt et cui disciplina non sunt assuefacti, oratione imitari instituunt, praeter rerum peritiam etiam eloquentiam habeant necesse est, facile est ad intelligendum, quibus causis et rationibus nitatur hoc philosophi iudicium, de quo Proclus rursus multa frustra nugatur.

E. ἄστοχον ἅμα φιλοσόφων ἀνδρῶν ἢ καὶ πολιτ.] Edit. Steph. post ἅμα interpositum habet καί, quod a codicibus omnibus abest. Ac sane aliquis suspicetur καὶ istud servari oportere aut post φιλοσόφων interponi τε particulam. Nam sophistae dicuntur ἄστοχοι eorum esse, qui simul et philosophi sint et in republica tra-

μάλα ἔμπειρον ἥγημαι, φοβοῦμαι δὲ μή πως, ἅτε πλανητὸν ὂν κατὰ πόλεις οἰκήσεις τε ἰδίας οὐδαμῇ διῳκηκὸς, ἄστοχον ἅμα φιλοσόφων ἀνδρῶν ᾖ καὶ πολιτικῶν, ὅσα ἂν οἷά τε ἐν πολέμῳ καὶ μάχαις πράττοντες ἔργῳ καὶ λόγῳ προσομιλοῦντες ἑκάστοις πράττοιεν καὶ λέγοιεν. καταλέλειπται δὴ τὸ τῆς ὑμετέρας ἕξεως γένος, ἅμα ἀμφοτέρων φύσει καὶ τροφῇ μετέχον. 20 Τίμαιός τε γὰρ ὅδε, εὐνομωτάτης ὢν πόλεως

E. *καὶ καλῶν ἄλλων*] Istud *ἄλλων* ex codd. plerisque omnibus nunc additum ante Bekkerum exulabat.

ὅσα ἂν οἷά τε] Par. A. *ὅσ᾽ ἄν.*

τὸ τῆς ὑμετέρας ἕξεως] V. *ἡμετέρας*, quod iam Steph. in Ann. p. 49. correxit. Et praebuerunt *ὑμετέρας* codd. AΘΞΥF. Flor. a. o. alii.

clanda versentur: quales scilicet Plato in Civitate sua voluit esse reipublicae custodes atque principes. Charmid. p. 150. A. *ἐπιτροπου τε ἅμα καὶ ἀνεψιοῦ ὄντος*. Legg. I. p. 626. E. *τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ᾽ αὑτοῦ αἴσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον*. Ibid. p. 634. B. *βουλόμενος ἰδεῖν τό τε ἀληθὲς ἅμα καὶ τὸ βέλτιστον*. Phileb. p. 15. C. *ταὐτὸν καὶ ἓν ἅμα ἐν ἑνί τε καὶ πολλοῖς γίγνεσθαι*. Theaet. p. 182. A. *ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται καὶ οὐ μανθάνεις ἀθρόον λεγόμενον*; ... *τικόν*. al. Verumtamen non necessarium est, ut copula in talibus semper geminetur. Ita certe Phileb. p. 22. D. *τόν γε ἀληθινὸν ἅμα καὶ θεῖον νοῦν*. Ibid. D. *αἱρετὸς ἅμα καὶ ἀγαθός*. Ibid. p. 53. D. *παιδικά που καλὰ κἀγαθὰ τεθεωρήκαμεν ἅμα καὶ ἐραστὰς ἀνδρείους αὐτῶν*. Ibid. p. 64. C. *τί δῆτα ἐν τῇ ξυμμίξει τιμιώτατον ἅμα καὶ μάλιστ᾽ αἴτιον εἶναι δόξειεν ἂν ἡμῖν*. Et sic statim post: *ἅμα ἀμφοτέρων φύσει καὶ τροφῇ μετέχον*.

τὸ ὑμετέρας ἕξεως γένος] H. e. *τὸ γένος τούτων τῶν ἀνδρῶν, οἳ οὕτως ἔχουσι ὥσπερ ὑμεῖς*. Vos enim et reipublicae tractandae estis periti, et in philosophia versati, adeoque ad utramque rem ab ipsa natura facti. Errant igitur qui *ἕξεως* vocabulum putant praecedenti *πλανητὸν* esse oppositum.

P. 20. *Τίμαιός τε γὰρ ὅδε* —] Post *τε* inferri deinde debuit *καὶ Κριτίαν που πάντες*, ubi tamen per anacoluthon quoddam *δὲ* positum est. v. ad Symp. p. 186. E. Cratyl. p. 406. C. Men. p. 9*. C. Hermann. ad Viger. p. 831. De proximis compares Apolog. Socrat. p. 29. D. *ὅτι ὦ ἄριστε ἀνδρῶν, Ἀθηναῖος ὤν, πόλεως τῆς μεγίστης καὶ εὐδοκιμωτάτης εἰς σοφίαν, — οὐκ αἰσχύνει κ. τ. λ.* De Rep. VI. p. 494. C. *μεγάλης πόλεως ὤν*. Quod autem iunguntur *ἀρχαί τε καὶ τιμαί*, nihil utriusque vocabuli copulatione frequentius. Quam in rem laudasse sufficiet Menon. p. 78. C. Apol. p. 35. B. De Rep. VIII. p. 549. C al. De Locris Proclus: *ὅτι δὲ εὐνομοῦντο οἱ Λοκροί, δῆλον· ἦν γὰρ δὴ αὐτῶν νομοθέτης Ζάλευκος*. conf. Legg. I. p. 638. A. Verum hic etiam de ipso Timaeo dicendum. Fuit

τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδενὸς ὕστερος ὢν τῶν ἐκεῖ, τὰς μεγίστας μὲν ἀρχάς τε καὶ τιμὰς τῶν ἐν τῇ πόλει μετακεχείρισται, φιλοσοφίας δ' αὖ κατ' ἐμὴν δόξαν ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλήλυθε· Κριτίαν δέ που πάντες οἱ τῇδ' ἴσμεν οὐδενὸς ἰδιώτην ὄντα ὧν λέγομεν· τῆς δ' Ἑρμοκράτους αὖ περὶ φύσεως καὶ τροφῆς πρὸς ἅπαντα ταῦτ' εἶναι ἱκανῆς
B *πολλῶν μαρτυρούντων πιστευτέον. διὸ καὶ χθὲς ἐγὼ διανοούμενος ὑμῶν δεομένων τὰ περὶ τῆς πολιτείας διελθεῖν προθύμως ἐχαριζόμην, εἰδὼς ὅτι τὸν ἑξῆς λόγον οὐδένες ἂν ὑμῶν ἐθελόντων ἱκανώτερον ἀπο-*

P. 20. *τῶν ἐν τῇ πόλει*] *τῶν* cum Bekkero ex Par. A. inseruimus.

ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλ.] *πάσης* ΘΞΣSY, alii non pauci. Sed vulgatam cum aliis tuetur optimus Par. A.

πρὸς ἅπαντα ταῦτ' εἶναι ἱκαν.] Sic Par. A. Vulgo scribebatur *πρὸς ἅπαντα εἶναι ταῦτα ἱκ.* ordine verborum minus commodo.

B. *ἅπαντ' αὐτῇ*] V. *πάντ'*, quod e Par. A. mutatum.

igitur is Locrus philosophus, ipso Platone teste astronomiae peritissimus, quique summum studium ad naturae cognitionem contulisset. Macrobius Saturn. I. 1. eum negat eodem quo Socratem vixisse saeculo. Sed fallitur ille, siquidem verum est quod Cicero De Fin. V. 20. Tusc. I. 37. De Rep. I. 10. scribit, Timaeum hunc a Platone in Italia esse auditum. Ceterum multos fuisse Timaeos nominis celebritate insignes docuit Ionsius Histor. Philos. Scriptorr. p. 32. et 125. Fabricius Biblioth. Graec. II. c. 13. et III. c. 1.

Κριτίαν δέ που πάντες —] De Critiae gente disputavimus ad Charmidem Prolegg. p. 84 sqq. ubi v. p. 157. E. Fuit ille doctus et eloquens atque Socraticis disputationibus institutus, ut ait Cicero Orat. III. 34. Quum vero multis fortunae atque animi bonis esset ornatus, tum postea ubi in magno potentiae fastigio erat collocatus, constrictus peccandi illecebris, ad gravissima ac turpissima facinora delatus est, v. Xenoph. Hell. II. 3, 18 sqq. Nihilominus facile intelligitur, qui fieri potuerit, ut Plato eum hoc loco honorificentissime commemoraret. Schol. ad h. l. *ὁ Κριτίας ἦν μὲν γενναίας καὶ ἁδρᾶς φύσεως, ἥπτετο δὲ καὶ φιλοσόφων συνουσιῶν, καὶ ἐκαλεῖτο ἰδιώτης μὲν ἐν φιλοσόφοις, φιλόσοφος δὲ ἐν ἰδιώταις.* Sed pluribus de hac re in Prolegomenis ad Critiam disputabimus. Ceterum *ἰδιώτης* est imperitus, ut Demosth. Phil. I. p. 50. *νομίζετε τὴν μὲν τῶν Παναθηναίων ἑορτὴν — ἀεὶ τοῦ καθήκοντος χρόνου γίγνεσθαι, ἄν τε δεινοὶ λάχωσιν, ἄν τε ἰδιῶται οἱ τούτων ἐπιμελησόμενοι.* quem locum comparavit Heindorf. ad Protagor. p. 525.

δοῖεν· εἰς γὰρ πόλεμον πρέποντα καταστήσαντες τὴν πόλιν ἅπαντ' αὐτῇ τὰ προςήκοντα ἀποδοῖτ' ἂν μόνοι τῶν νῦν. εἰπὼν δὴ τὰ ἐπιταχθέντα ἀντεπέταξα ὑμῖν ἃ καὶ νῦν λέγω. ξυνωμολογήσατ' οὖν κοινῇ σκεψάμενοι πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς εἰς νῦν ἀνταποδώσειν C *μοι τὰ τῶν λόγων ξένια, πάρειμί τε οὖν δὴ κεκοσμημένος ἐπ' αὐτὰ καὶ πάντων ἑτοιμότατος δέχεσθαι.*

ΕΡ. Καὶ μὲν δή, καθάπερ εἶπε Τίμαιος ὅδε, ὦ Σώκρατες, οὔτε ἐλλείψομεν προθυμίας οὐδὲν οὔτ' ἔστιν οὐδεμία πρόφασις ἡμῖν τὸ μὴ δρᾶν ταῦτα,

ξυνωμολογήσατ' οὖν] V. *ξυνομολογήσατ' οὖν*, quod etsi tuetur Par. A., tamen recte emendatum est ex ΘΞΣΥS, aliis multis. Non enim iubet illos *ξυνομολογεῖν*, sed dicit *ξυνομολογῆσαι*.

C. *καὶ πάντων ἑτοιμότατος δ.*] Par. A. et Proclus p. 23. post *ἑτοιμότατος* interponunt *ὤν*. Quod tamen vide ne ob praegressum participium inculcatum sit temere. Recepit Bekkerus.

τὸ μὴ δρᾶν ταῦτα] V. *τοῦ*, quod mutavi ex ΘΞΣΥSsx egr. Flor. b. c. n. o. x.

Eodem sensu Cicero dixit idiota, de quo v. Ernesti Clav. Cicer.

τῆς δ' Ἑρμοκράτους —] Proclus et Schol. ad h. l. *ὁ Ἑρμοκράτης Συρακούσιός ἐστι στρατηγός, κατὰ νόμον ζῆν ἐφιέμενος.* Nobilissimus Syracusanorum dux a Thucydide IV. 58. VI. 32. et 72. Xenoph. Hist. Gr. I. 1, 27 sqq. Plutarcho in Vita Niciae, aliis, celebratur. v. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. XII. 46.

B. *εἰδὼς ὅτι τὸν ἑξῆς λόγον* —] sciens eam, quae superest, disputationem nullos melius, quam vos, si volueritis, absoluturos esse. Infra p. 29. C. *λόγους ἀποδοῦναι*. Plutarch. T. I. p. 40. A. *ἀποδοῦναι τὴν διήγησιν*. Aristides T. I. p. 109. 299. *τὸν ἐξ ἀρχῆς ἀποδῶμεν λόγον*. v. Wyttenb. ad Iulian. p. 210. ed. Lips.

C. *οὔτε ἐλλείψομεν προθυμίας οὐδὲν*] Frequens haec apud Platonem loquutio est, de qua v. ann. ad Reip. p. 533. A. Symp. p. 210 A. Men. p. 77. A. Dein pro *τὸ μὴ δρᾶν*, quod ex codd. restituimus, editt. omnes *τοῦ μὴ δρᾶν*. Demosth. De fals. leg p. 392. *οὐδ' ἄρνησίς ἐστιν αὐτοῖς τὸ μὴ πράττειν* Id. adv. Leptin. p. 498. *οὐδὲ γὰρ ἀμφισβήτησις ἔτι καταλείπεται τὸ μὴ πάντα ποιεῖν*. ubi Marklandus *τοῦ* malebat. Eurip. Phoen. v. 1192. Hippolyt. v. 48. ubi item *τοῦ μὴ* correxerunt. Est igitur hic accusativus, quem vulgo vocant absolutum, qui non obiectum nominis proximum, sed relationem tantummodo denotat, quam superioris aetatis grammatici adhibendo *κατὰ* declarare conabantur.

ὥςτε καὶ χθὲς εὐθὺς ἐνθένδε ἐπειδὴ παρὰ Κριτίαν πρὸς τὸν ξενῶνα, οὗ καὶ καταλύομεν, ἀφικόμεθα,
D καὶ ἔτι πρότερον καθ' ὁδὸν αὖ ταῦτα ἐσκοποῦμεν. ὁ δ' οὖν ἡμῖν λόγον εἰςηγήσατο ἐκ παλαιᾶς ἀκοῆς· ὃν καὶ νῦν λέγε, ὦ Κριτία, τῷδε, ἵνα ξυνδοκιμάσῃ πρὸς τὴν ἐπίταξιν εἴτ' ἐπιτήδειος εἴτ' ἀνεπιτήδειός ἐστι.

ΚΡ. Ταῦτα χρὴ δρᾶν, εἰ καὶ τῷ τρίτῳ κοινωνῷ Τιμαίῳ ξυνδοκεῖ.

ΤΙ. Δοκεῖ μήν.

ΚΡ. Ἄκουε δή, ὦ Σώκρατες, λόγου μάλα μὲν ἀτόπου, παντάπασί γε μὴν ἀληθοῦς, ὡς ὁ τῶν ἑπτὰ
E σοφώτατος Σόλων ποτ' ἔφη. ἦν μὲν οὖν οἰκεῖος καὶ

D. *Δοκεῖ μήν.*] V. *μέν*, quod emendatum ex codd., Par. A. Vat. Θ. |Tub. Flor. a. b. B. n. o. x. et reliquis fere omnibus.

μάλα μὲν ἀτόπου] Ald. Bas. 1. 2. *ἀποτόμου*, quod vix unus alterve cod. habet.

ὥςτε καὶ χθὲς εὐθὺς ἐνθένδε ἐπειδὴ —] Male vulgo post *ἐνθένδε* commate distinguunt. Nam *εὐθὺς ἐνθένδε* cohaeret cum *ἐπειδὴ ἀφικόμεθα* atque eodem modo dicitur quo alibi iunctum cum participio, *εὐθὺς ἀφικόμενοι*, statim ut hinc veneramus. Similiter Sympos. p. 174. E. *εὐθὺς ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα.* De v. *ξενὼν* Hesychius: *ξενών. κατάλυμα ἢ μεγάων λέγων*, quae verba a viris doctis varie tentata nos quidem sic emendamus: *ξενών· κατάλυμα, ἢ μέγα ἀνώγεων.* Pollux in v. *καταγώγιον· καὶ τὸ καταγώγιον ξενῶνα Πλάτων.* Mox *εἰςηγεῖσθαι*, ut Lat. inducere, dicitur de eo, qui tanquam auctor aliquid memorare et narrare instituit, ut profecto non opus sit coniectura Lindavii *ἐξηγήσαιο* scribendum putantis.

D. *πρὸς τὴν ἐπίταξιν εἴτ' ἐπιτ.*] num quid valeat ad mandatum ipsius necne. Iusserat enim Socrates explicari hoc, qualem sese civitas ab ipso condita in certamine cum hostibus esset praestitura. Quam quidem rem Critias Atheniensis deinde illustrat illustri de antiquissimorum Atheniensium virtute fabula, quae in Timaeo leviter adumbrata in Critia magis perficitur et absolvitur.

Ἄκουε δή, ὦ Σ.] Proclus: *τοῦτό ἐστι παροιμιῶδες ἐφ' ὧν ἐκκαλέσασθαι βουλόμεθα τὸν ἀκούοντα, ἴσον ὂν τῷ δέχου δὴ τὰ ἄξια ἀκοῆς.* Gorg. p. 522. E. *Ἄκουε δή, φασίν, μάλα καλοῦ λόγου.* Phaedon. p. 110. A. *εἰ γὰρ δεῖ καὶ μῦθον λέγειν καλόν, ἄξιον ἀκοῦσαι, ὦ Σιμμία, κ. τ. λ.* Phaedr. p. 230.

σφόδρα φίλος ἡμῖν Δρωπίδου τοῦ προπάππου, καθάπερ λέγει πολλαχοῦ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ποιήσει· πρὸς δὲ Κριτίαν τὸν ἡμέτερον πάππον εἶπεν, ὡς ἀπεμνημόνευεν αὖ πρὸς ἡμᾶς ὁ γέρων, ὅτι μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τῆσδ' εἴη παλαιὰ ἔργα τῆς πόλεως ὑπὸ χρόνου καὶ φθορᾶς ἀνθρώπων ἠφανισμένα, πάντων δὲ ἓν μέγιστον, οὗ νῦν ἐπιμνησθεῖσι πρέπον ἂν ἡμῖν εἴη 21 σοί τε ἀποδοῦναι χάριν καὶ τὴν θεὸν ἅμα ἐν τῇ πανηγύρει δικαίως τε καὶ ἀληθῶς οἷόνπερ ὑμνοῦντας ἐγκωμιάζειν.

ΣΩ. Εὖ λέγεις. ἀλλὰ δὴ ποῖον ἔργον τοῦτο Κριτίας οὐ λεγόμενον μέν, ὡς δὲ πραχθὲν ὄντως ὑπὸ τῆσδε τῆς πόλεως ἀρχαῖον διηγεῖτο κατὰ τὴν Σόλωνος ἀκοήν;

ὡς ὁ τῶν ἑπτὰ σοφώτατος] Sic AFo. Tub. Flor. x. et corr. Vat. Θ. Vett. editt. ὡς δὴ τῶν ἑπτ. σοφῶν σοφώτατος

P. 21. δικαίως τε καὶ ἀληθῶς] Inserui τε ex Par. A. praeeunte Bekkero.

διηγεῖτο κατὰ τ. Σ.] Sic Par. A. Ven. ΞΣ. Flor. x, Proclus, alii. Legebatur olim διηγεῖται.

E. conf. Boisson. ad Philostr. Her. p. 350.

E. ἦν μὲν οἰκεῖος καὶ σφ. φ.] De his quae exposuimus Prolegg. ad Charmid. p. 84 sq. hic iterare nolumus. Quae Schol. ad h. l. habet, ea ex cod. Parisino hunc in modum refingenda sunt:

Ἐξηκεστίδης
Σόλων Δρωπίδης, οὗ
Κριτίας ὁ πρῶτος
Κάλλαισχρος, οὗ Γλαύκων
Κριτίας ὁ δεύτερος
Περικτιόνη Χαρμίδης
Πλάτων Γλαύκων Ἀδείμαντος.

Conf. Proclus p. 25. Libanius Declamat. XXIV. p. 587. ed. Morell. Οἰκεῖος Solon fuisse dicitur propter cognationem cum gente Critiae, de qua v. Prolegg. ad Charmid. l. c. Bene enim Schol. ad h. l. λέγονται γὰρ οἰκεῖοι καὶ οἱ συγγενεῖς. Hesychius: οἰκεῖοι· οἱ κατ' ἐπιγαμίαν ἀλλήλοις προσήκοντες, καὶ ἴδιοι, καὶ οἱ κατ' οἰκίαν πάντες. Versiculos, in quibus Solon mentionem Critiae iniecit, servavit Schol. ad h. l. Εἰπέμεναι Κριτίῃ ξανθότριχι, πατρὸς ἀκούειν· Οὐ γὰρ ἁμαρτινόῳ πείσεται ἡγεμόνι.

P. 21. καὶ τὴν θεὸν ἅμα ἐν τῇ πανηγύρει] Minervam. V. ann. ad p. 17. A.

ἀλλὰ δὴ ποῖον ἔργον τοῦτο Κρ.] at quale tandem illud opus est, quod Critias, non quidem celebratum, sed tanquam

ΚΡ. Ἐγὼ φράσω παλαιὸν ἀκηκοὼς λόγον οὐ νέου ἀνδρός. ἦν μὲν γὰρ δὴ τότε Κριτίας, ὥς ἔφη,
B σχεδὸν ἐγγὺς ἤδη τῶν ἐνενήκοντα ἐτῶν, ἐγὼ δέ πῃ μάλιστα δεκέτης· ἡ δὲ Κουρεῶτις ἡμῖν οὖσα ἐτύγχανεν Ἀπατουρίων. τὸ δὴ τῆς ἑορτῆς σύνηθες ἑκάστοτε καὶ τότε ξυνέβη τοῖς παισίν· ἆθλα γὰρ ἡμῖν οἱ πατέρες ἔθεσαν ῥαψῳδίας. πολλῶν μὲν οὖν δὴ καὶ πολλὰ ἐλέχθη ποιητῶν ποιήματα, ἅτε δὲ νέα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὄντα τὰ Σόλωνος πολλοὶ τῶν παίδων ᾔσαμεν. εἶπεν οὖν δή τις τῶν φρατέρων, εἴτε δὴ δο-
C κοῦν αὐτῷ τότε εἴτε καὶ χάριν τινὰ τῷ Κριτίᾳ φέ-

B. *τῶν ἐνενήκοντα ἐτῶν*] V. ἐννενήκοντα, quod mutatum ex codd. non paucis, velut Par. A. Vat. Θ.
τὸ δὴ τῆς ἑορτῆς] V. δέ, praeter fidem optimorum librorum.
C. *εἶπεν οὖν δή τις*] δή insertum ex Par. A. Indidem sumsimus *φρατέρων*, quod vulgo erat *φρατόρων*. Probavit et Bekk.

revera ab hacce urbe antiquitus editum secundum Solonis auditionem ac famam narravit! Nam ita illud λεγόμενον μέν accipiendum, quod recte interpretatur Proclus p. 27. μὴ πάνυ μὲν τεθρυλημένον, γενόμενον δὲ ὅμως.

B. *ἐγὼ δέ πῃ μάλιστα δεκέτης*] Sic libri fere omnes: unus et alter vel δεκαετής vel δεκετής, quod quo in numero habendum sit, docebit Lobeckii disputatio ad Phrynich. p. 406 sqq. De μάλιστα numeralibus addito diximus ad Criton. p. 43. A. Ceterum si constaret, quot annos natus fuerit Critias, quum Olymp. 94. 1. in pugna adversus Thrasybulum occideretur, facile etiam posset indagari, quo anno haec narratio a Critia avo exposita fingatur.

ἡ δὲ Κουρεῶτις ἡμῖν οὖσα —] Apaturia quotannis colebant mense Pyanepsione, h. e. Octobri, per triduum celebrari a curialibus atque gentilibus: de quo v. Meurs. Graecia feriat. I p. 34. coll. Xenoph. Hist. Gr. I. 7, 8. Primus dies vocabatur δόρπεια, quia, ut Suidas ait, φράτορες ὀψίας συνελθόντες εὐωχοῦντο. Alter dicebatur ἀνάῤῥυσις, ἀπὸ τοῦ ἄνω ἐρύειν, h. e. θύειν· ἔθυον δὲ Διῒ φρατρίῳ καὶ Ἀθηνᾷ. Tertius erat κουρεῶτις, qui nomen habebat ἀπὸ τοῦ τοὺς κούρους καὶ τὰς κόρας ἐγγράφειν εἰς τὰς φρατρίας. Hoc igitur die, quo puerorum nomina in curialium tabulas referebantur, parentes faciendum putarunt, ut adultioribus praemia (ἆθλα) carminum recitationis proponerentur, quod vel oblectationis causa ita institutum fuit, vel etiam eo factum consilio, ut pueri documentum aliquod atque specimen humanitatis et eruditionis, quam consecuti essent, publice exhiberent. Disputarunt de Apaturiis Meursius l. c. p. 33 — 45. De regno Athen. III. 10. p. 212. Corsin. Fast. Attic. I. P. II. diss. 13. p. 306 sq. Hemster-

ρων, δοκεῖν οἱ τά τε ἄλλα σοφώτατον γεγονέναι Σόλωνα καὶ κατὰ τὴν ποίησιν αὖ τῶν ποιητῶν πάντων ἐλευθεριώτατον. ὁ δὴ γέρων, σφόδρα γὰρ οὖν μέμνημαι, μάλα τε ἥσθη καὶ διαμειδιάσας εἶπεν· Εἴ γε, ὦ Ἀμύνανδρε, μὴ παρέργῳ τῇ ποιήσει κατεχρήσατο, ἀλλ' ἐσπουδάκει καθάπερ ἄλλοι, τόν τε λόγον, ὃν ἀπ' Αἰγύπτου δεῦρο ἠνέγκατο, ἀπετέλεσε, καὶ μὴ διὰ τὰς στάσεις ὑπὸ κακῶν τε ἄλλων, ὅσα εὗρεν ἐνθάδε ἥκων, ἠναγκάσθη καταμελῆσαι, κατά γ' ἐμὴν δόξαν οὔτε Ἡσίοδος οὔτε Ὅμηρος οὔτε ἄλλος οὐδεὶς D
ποιητὴς εὐδοκιμώτερος ἐγένετο ἄν ποτε αὐτοῦ. Τίς

ὁ δὴ γέρων] Vett. editt. δέ, adversantibus codd.

D. κατά γ' ἐμήν] V. κατὰ τὴν ἐμήν. Plerique κατὰ ἐμήν. Par. A. κατά γε ἐμήν. Flor. n. καιά γ' ἐμήν.

οὐδεὶς ποιητὴς εὐδοκ.] V. οὐδεὶς τῶν ποιητῶν, quod ex plurimis optimisque libris mutatum.

hus. ad Polluc. p. 928. n. 98. Wachsmuth. Hellen. Alterthümer T. I. p. 237. Creuzer. Symbol. Vol. III. p. 505 sqq. ed. sec. Hermann. Antiquitt. Att. §. 100. ann. 10. Ceterum Proclus ad h. l., quem sequitur Scholiastes, primum Apaturiorum diem ἀνάῤῥυσιν, secundum δορπίαν (δόρπειαν) vocatum esse narrat, quod non tantum Suidae testimonio adversatur, sed etiam cum iis pugnat, quae Hesychius, Harpocratio, Pollux VI, 102. Schol. Aristoph. ad Acharn. v. 146. Pac. 890. alii, memoriae prodiderunt.

εἴτε δὴ δοκοῦν αὐτῷ —] sive quod ipsi tunc ita videretur, sive Critiae, Solonis familiari, gratum faciens. De casu participii absoluto, quem vocant, vix est quod moneamus. Neque quemquam praeteribit hominem, qui ita indicaverit, deinde appellari Amynandrum.

C. Εἴ γε — μὴ παρέργῳ τῇ ποιήσει κατ.] nisi poesin tanquam subseciva opera tractavisset, sed serio in ea collocasset studium suum. De locutione παρέργῳ τινὶ χρῆσθαι v. Dorvill. ad Chariton. p. 554. ed. Lips. et nostra ad Euthydem. p. 273. D. οὔτοι ἔτι ταῦτα, ὦ Σώκρατες, σπουδάζομεν, ἀλλὰ παρέργοις αὐτοῖς χρώμεθα. Ceterum significat Critias futurum fuisse, ut Solon narrationem de priscorum Atheniensium virtute ab Aegyptiis acceptam poemate aliquo iam inchoato illo celebraret, nisi redux in patriam factus turbis civilibus aliisque malis ab hoc consilio esset avocatus. Senectute eum impeditum esse scribit Plutarchus Vit. Solon. c. 31. De Solonis itineribus v. Plutarch. Solon. c. 26. Herodot. I. 29 sqq. Idem de seditionibus interea coortis exposuit libr. I. c. 59 sqq. Sed haec quoque in vulgus nota.

δ' ἦν ὁ λόγος, ἦ δ' ὅς, ὦ Κριτία; Περὶ μεγίστης, ἔφη, καὶ ὀνομαστοτάτης πασῶν δικαιότατ' ἂν πράξεως οὔσης, ἣν ἥδε ἡ πόλις ἔπραξε μέν, διὰ δὲ χρόνον καὶ φθορὰν τῶν ἐργασαμένων οὐ διήρκεσε δεῦρο ὁ λόγος. Λέγε ἐξ ἀρχῆς, ἦ δ' ὅς, τί τε καὶ πῶς καὶ παρὰ
E τίνων ὡς ἀληθῆ διακηκοὼς ἔλεγεν ὁ Σόλων. Ἔστι τις κατ' Αἴγυπτον, ἦ δ' ὅς, ἐν τῷ Δέλτα, περὶ ὃ κατὰ κορυφὴν σχίζεται τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα, Σαϊτικὸς ἐπικαλούμενος νομός, τούτου δὲ τοῦ νομοῦ μεγί-

Περὶ μεγίστης] Par. A. ἦ περὶ μ. quod rec. Bekk.

ἣν ἥδε ἡ πόλις] V. ὧν, quod libri paucissimi tuentur iique non magnae auctoritatis.

E. *καὶ παρὰ τίνων*] V. περί, quod pauci libri habent.

D. *καὶ ὀνομαστοτάτης πασῶν δικαιότατ' ἂν οὔσης*] H. e. καὶ ἣ δικαιότατ' ἂν εἴη πασῶν ὀνομαστοτάτη. Sic enim ἂν cum participio iunctum explicandum, cuiusmodi exempla adscripsimus ad Reip. libr. V. p. 478. E. VIII. p. 562. A. Quocirca verba sic intelligenda sunt: De re maxima et quae summo iure omnium maxime celebrari possit.

διὰ δὲ χρόνον — ὁ λόγος] Int. περὶ αὐτῆς, quemadmodum saepenumero a relativo ad demonstrativum transitur. Paullo post erunt qui scribendum opinentur: τίνα καὶ πῶς κ. τ. λ. Sed quanquam ὡς ἀληθῆ subiungitur tamen τί non est sollicitandum. Lachet. p. 186. A. τοῦτο μὲν ἀληθῆ λέγεις. Menon. p. 98. B. καὶ τοῦτο μέν μοι δοκεῖς ἀληθῆ λέγειν.

E. *Ἔστι τις κατ' Αἴγυπτον —*] circa quod diffinditur Nili flumen in canalem Canopicum et Pelusiacum. De regione Saitica v. Herod. II. c. 17. et 163. 169. et quae ibi exposuerunt interpretes. De nomis, iam Pharaonum temporibus, ut videtur, institutis, sed vulgo Sesostri auctori adscriptis, disputarunt viri docti ad Herodot. II. 164. et Diodor. Sic. I. 54. Heeren. Ideen über Handel etc. II. p. 571 sqq. Beck. Allgem. Gesch. Vol. I. p. 736. ed. sec.

οἷς τῆς πόλεως ἀρχηγός] Perperam vulgo scribitur οἷ, quod non videmus qua ratione vel defendi vel excusari possit. Verissime libri meliores οἷς, quod per synesin quandam ad incolas nomi Saitici refertur. Herodot. IV. 43. ὁ Σατάσπης ἀπικόμενος ἐς Αἴγυπτον καὶ λαβὼν νέα τε καὶ ναύτας παρὰ τούτων (ab Aegyptiis). Ibid. V, 63. VIII. 121. 227. Plat. Theaet. §. 2. εἰ μὲν τῶν ἐν Κυρήνῃ μᾶλλον ἐκηδόμην — τὰ ἐκεῖ ἄν σε καὶ περὶ ἐκείνων ἀνηρώτων. Multa id genus collegerunt Abreschius Auctar. Thucyd. p. 364. 382. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. v. 502. et 566. Fischer. ad Axioch. §. 1. intpp. ad Sallust. Catil. 16, 2. Iugurth. 13. extr. al. Voc. ἀρχη-

στη πόλις Σάϊς, ὅθεν δὴ καὶ Ἄμασις ἦν ὁ βασιλεύς·
οἷς τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγός τίς ἐστιν, Αἰγυπτιστὶ
μὲν τοὔνομα Νηΐθ, Ἑλληνιστὶ δέ, ὡς ὁ ἐκείνων λό-
γος, Ἀθηνᾶ· μάλα δὲ φιλαθήναιοι καί τινα τρόπον
οἰκεῖοι τῶνδ' εἶναί φασιν. οἷ δὴ Σόλων ἔφη πορευ-
θεὶς σφόδρα τε γενέσθαι παρ' αὐτοῖς ἔντιμος, καὶ
δὴ καὶ τὰ παλαιὰ ἀνερωτῶν τοὺς μάλιστα περὶ ταῦτα 22
τῶν ἱερέων ἐμπείρους σχεδὸν οὔτε αὐτὸν οὔτε ἄλλον
Ἕλληνα οὐδένα οὐδέν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, εἰδότα περὶ

οἷς τῆς πόλεως θ.] Sic AΘFSs, Flor. b. x. Legebatur olim οἷ. Dein Par. A. ἀρχηγός τίς ἐστιν, quod praeeunte Bekkero recepimus. V. τις aberat.

P. 22. ἀνερωτῶν τοὺς μάλιστα] Par. A. ἀνερωτῶντός ποτε τοὺς μ.

γὸς de conditore dictum, ut apud Sophocl. Oedip. Col. v. 55. al. conf. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Agamemn. v. 250. De dea Aegyptia, cui Neith nomen fuit, quamque etiam Herod. II. 169 sq. 175. Strabo XVII. p. 802. Plutarch. de Isid. et Osir. p. 354. pro Minerva habent, copiose disputavit Creuzerus Symbol. T. II. p. 658. 661. 675 sqq. conf. Klopfer Mythol. Wörterb. T. II. p. 300 sq. Cicero De N. D. II. 23. Secunda (Minerva) orta Nilo, quam Aegyptii Saitae colunt. ubi v. intpp. Proclus ad h. l. p. 30. Respexit ad hunc locum Arnobius IV. 16. Ceterum fuit qui verba: τούτου δὲ τοῦ νομοῦ — ἦν ὁ βασιλεύς, e glossemate irrepsisse suspicaretur, vel quod Solon, Amasi rege antiquior, ista non posset afferre, vel quod alia traderet Herodotus II. 172. vel denique, quia οἷς ita non haberet, quorsum commode referretur. Quorum omnium nihil est quod aliquem commovere possit. Nam primum quidem haec verba a Critia, qui Solonis narrationem refert, interponi recte potuerunt. Deinde Plato in his exponendis aliam atque Herodotus secutus esse videtur auctoritatem. Denique nihil impedit, quominus relativum ad primariam potius enuntiati partem quam ad parenthesin referatur: cuius usus exempla quaerentibus neutiquam deerunt. Itaque tenendam censemus librorum omnium lectionem.

τὰ παλαιὰ ἀνερωτῶν] sciscitando exquirens: nam sic ἀνερωτᾶν non raro dicitur. Dein quod ἔμπειρος iungitur cum περὶ et accusativo, eodem modo Legg. XI. p. 917. E. πυθόμενοι τῶν ἐμπείρων περὶ ταῦτα. Erast. p. 137. A. περὶ τὰς τέχνας ἐπιστήμονας εἶναι. Aristot. Polit. I, 7. τὸ περὶ τὰ κτήματα ἔμπειρον εἶναι. conf. Matthiae Gr. §. 346. ann. 2. Mox ὡς ἔπος εἰπεῖν est propemodum dixerim, ut sexcenties, atque pertinet ad σχεδὸν οὐδένα οὐδέν. v. ad Symp. p. 179. A.

τῶν τοιούτων ἀνευρεῖν. καί ποτε, προαγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς περὶ τῶν ἀρχαίων εἰς λόγους, τῶν τῇδε τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖν, περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος καὶ Νιόβης, καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν αὖ περὶ Δευκαλίωνος καὶ Πύῤῥας ὡς διε-
B γένοντο μυθολογεῖν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενεαλογεῖν, καὶ τὰ τῶν ἐτῶν, ὅσα ἦν, οἷς ἔλεγε πειρᾶσθαι διαμνημονεύων τοὺς χρόνους ἀριθμεῖν· καί τινα εἰπεῖν τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιόν· Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. Ἀκούσας οὖν, Πῶς τί τοῦτο λέγεις; φάναι. Νέοι ἐστέ, εἰπεῖν, τὰς ψυχὰς πάντες· οὐδεμίαν γὰρ ἐν

τῶν τῇδε τὰ ἀρχαιότατα] Ed. Bas. 2. τῶν τῇδε ἢ τὰ ἀρχαιότατα.

περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρ.] V. Φωρωνέως, quod emendatum ex optimis ac plurimis codd. conf. Bast. Epist. crit. p. 207. et Append. p. 48.

P. 22. τῶν τῇδε τὰ ἀρχαιότατα] h. e. res antiquissimas *Graecorum*; nam hi intelliguntur οἱ τῇδε, id quod docebunt quae ad Gorg. p. 468. E. de usu demonstrativi observavimus. Ex glossemate fluxit quod habet Clem. Alex. Strom. I. p. 138. et unus de Platonis codicibus τῇδε τῇ πόλει.

περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λ.] Schol. Φορωνεὺς Ἰνάχου καὶ Μελίας, Ἄργει (lege Ἀργείων) βασιλεύς. Νιόβη δὲ τούτου παῖς καὶ Τηλοδίκης τῆς Ξούθου. Δευκαλίων δὲ καὶ Ἐπιμηθεὺς ὁ Προμηθέως καὶ Κλυμένης. Πύῤῥα δὲ Ἐπιμηθέως καὶ Πανδώρας τῆς ὑπὸ θεῶν πεπλασμένης. De Xuthi filia, Phoronei uxore, scholiastes fallitur haud dubie. Vixit enim Phoroneus ante diluvium Deucalionis. Iam vero Xuthus huius nepos fuit; ex quo consequens est, ut eius filia non potuerit esse Phoronei uxor. Apollodor. II. 1, 1. eum narrat ex Laodice nympha Apim atque Nioben procreasse. Pausanias vero II. 21. uxorem eius Cerdo appellat. Merita Phoronei de priscorum hominum cultura et humanitate a Graecis tanti aestimata sunt, ut laudes eius non modo carminibus celebrarentur, sed etiam memoria eius aliis nominibus ad omnem consecrata esset posteritatem. v. Pausan. II, 15. Hygin. Fab. 143. Tertull. adv. gent. 60. Euseb. Praep. Evang. X, 10. et quae notavit Heynius ad Apollodor. p. 96.

B. καὶ τὰ τῶν ἐτῶν, ὅσα ἦν, οἷς ἔλεγε π.] et quot iis, de quibus diceret, anni obtigissent, conatum se esse exputare, tempora memorantem, h. e. aetates distinguentem. Mox εὖ μάλα παλαιός est valde senex, sicuti p. 21. A. οὐ νέος ἀνήρ. Apte comparant

αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν οὐδὲ
μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. τὸ δὲ τούτων αἴτιον C
τόδε. πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀν-
θρώπων καὶ ἔσονται, πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισται,
μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι. τὸ γὰρ οὖν καὶ
παρ' ὑμῖν λεγόμενον, ὥς ποτε Φαέθων Ἡλίου παῖς
τὸ τοῦ πατρὸς ἅρμα ζεύξας διὰ τὸ μὴ δυνατὸς εἶναι
κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ὁδὸν ἐλαύνειν τά τ' ἐπὶ γῆς
ξυνέκαυσε καὶ αὐτὸς κεραυνωθεὶς διεφθάρη, τοῦτο
μύθου μὲν σχῆμα ἔχον λέγεται, τὸ δ' ἀληθές ἐστι
τῶν περὶ γῆν καὶ κατ' οὐρανὸν ἰόντων παράλλαξις D
καὶ διὰ μακρῶν χρόνων γιγνομένη τῶν ἐπὶ γῆς πυρὶ

B. *εὖ μάλα παλαιὸν*] V. *παλαιῶν*. Correctum ex Par. AF. Ven. Σ. Flor. o. et duobus aliis.

Πῶς τί τοῦτο λέγεις;] V. *πῶς τι τοῦτο λ.* quod retinuit etiam Bekker.

Soph. Oed. Col. v. 112. *πορεύονται γὰρ οἵδε δή τινες χρόνῳ παλαιοί.* Ceterum Plutarchus T. I. p. 203. 3. *χρόνον δέ τινα καὶ τοῖς περὶ Ψένωφιν τὸν Ἡλιουπολίτην καὶ Σώγχιν τὸν Σαΐτην, λογιωτάτοις οὖσι τῶν ἱερέων, συνεφιλοσόφησεν, παρ' ὧν καὶ τὸν Ἀτλαντικὸν ἀκούσας λόγον, ὥς Πλάτων φησίν, ἐπεχείρησε διὰ ποιήματος ἐξενεγκεῖν εἰς τοὺς Ἕλληνας.* Saitarum sacerdoti Proclus ad h. l. scribit nomen fuisse *Πατενειθ*.

Πῶς τί τοῦτο λέγεις] h. e. *πῶς λέγεις* (wie meinst du) *καὶ τί ἐστι τοῦθ' ὃ λέγεις.* Perperam scribunt *πῶς τι τοῦτο λέγεις;* Diximus de hac formula ad Hipp. mai. p. 297. E. Vocat autem Aegyptius Graecos ideo pueros, quia rerum priscarum non eam habeant notitiam, quam Aegyptii, ac propter repetitum civitatum suarum interitum veluti semper repuerascant. Locus a multis posterioris aetatis scriptoribus celebratus est, ut ab Euseb. P. Ev. X. in Cyrillo contra Iulian. I. p. 25. Iustino M. ad Gr. p. 10. S. aliis.

D. *τὸ δὲ ἀληθές ἐστι τῶν περὶ γῆν —*] re vera autem eorum, quae circa terram et in coelo feruntur declinatio quaedam significatur et extinctio eorum, quae in terra sunt, longis temporum intervallis eveniens. Enimvero solere certis quibusdam periodis rerum universitatis ordinem immutari philosophus statuit etiam Politic. p. 269 sqq. Legg. III. p. 677. A. sqq Ac simile quiddam placuisse Aegyptiis ex iis colligere licet, quae narrat Herodot. II. 142. Omnino fuit sententia veterum celebratissima, etiam Orphicis, Heraclito, aliis, probata, terras certis quibusdam temporum periodis modo igni modo aqua vastari. v. Plutarch. De def. orac. p. 415. Clem. Al. Strom.

πολλῷ φθορά. τότε οὖν ὅσοι κατ' ὄρη καὶ ἐν ὑψηλοῖς τόποις καὶ ἐν ξηροῖς οἰκοῦσι, μᾶλλον διόλλυνται τῶν ποταμοῖς καὶ θαλάττῃ προσοικούντων· ἡμῖν δὲ ὁ Νεῖλος εἴς τε τὰ ἄλλα σωτὴρ καὶ τότε ἐκ ταύτης τῆς ἀπορίας σώζει λυόμενος. ὅταν δ' αὖ οἱ θεοὶ τὴν γῆν ὕδασι καθαίροντες κατακλύζωσιν, οἱ μὲν ἐν τοῖς
E ὄρεσι διασώζονται βουκόλοι νομεῖς τε, οἱ δ' ἐν ταῖς παρ' ὑμῖν πόλεσιν εἰς τὴν θάλατταν ὑπὸ τῶν πο-

D. σώζει λυόμενος] Aliquot libri, sed ii non magnae auctoritatis, ῥυόμενος.

E. ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν] Bas. 2. ὑμῖν. Aliquot libri ὑμῶν, unus ἡμῶν: cui nihil tribuendum.

κάτωθεν πᾶν ἐπανιέναι] Recepi πᾶν ex Par. A. in ceteris editt. abest.

V. p. 549. = T. II. 640. Potter. Origen. adv. Cels. IV. 20. 62. Procl. in Tim. p. 99. et Iac. Thomasius De exustione mundi Stoic. p. 178 sqq.

καὶ τότε ἐκ ταύτης τῆς ἀπορίας σώζει λυόμενος] Hoc τότε intell. sic: ὅταν παράλλαξις τῶν περὶ γῆν καὶ κατ' οὐρανὸν καὶ φθορὰ τῶν ἐπὶ γῆς γίγνηται. Verbum λύεσθαι est liberare, salvum et incolumem praestare. Xenoph. De Venat. I. 17. ὥστ' ἐν μὲν τῇ Ἑλλάδι εἴ τῳ συμφοραὶ ἐγίγνοντο ἢ πόλει ἢ βασιλεῖ, ἐλύοντο αὐτούς (heroes), ubi frustra librorum lectionem sollicitarunt. Schol. Λυόμενος Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ λύων τῆς ἀπορίας ὁ Νεῖλος ἡμᾶς. Suidas: Λυόμενος· ἀντὶ τοῦ λυτρούμενος καὶ ἀπολύων. οὕτω Πλάτων. Itaque nihili est quod alii habent ῥυόμενος.

E. κατὰ δὲ τήνδε τὴν χώραν —] in hac autem regione neque tum neque alio tempore desuper in arva irruit aqua, sed contra natura sua ab imo emergit. Schol. κατὰ τὴν ἄνω Αἴγυπτον δηλονότι. κατὰ γὰρ τὴν κάτω, ἣν ἔργον τοῦ ποταμοῦ φησὶν Ἀριστοτέλης, ὄμβροι εἰώθασι γίγνεσθαι. ἐπανιέναι δὲ λέγει οὐ τὸ κάτωθεν ἀμβλυσθαίνειν (l. ἀναβλ.) ἀλλὰ τὸ ὕδωρ ἀλλαχόθεν αὐξόμενον ἀνωτέρω τῆς γῆς χωρεῖν, ὑδάτων καταῤῥηγνυμένων εἰς τὸν Νεῖλον ἐξ ἄλλων τόπων τῶν κατα τὰ Σεληναῖα ὄρη, ἀφ' ὧν αἱ τούτου πηγαὶ ἐκ τῆς γιγνομένης πολήσεως τῶν νεφῶν, ὡς Θεόφραστος. Quid rei sit, optime cognosces ex iis, quae de Aegypti natura exposuit Heeren. in libro: Ideen über die Politik, den Verkehr und Handel der alten Welt. Vol. II. P. II. p. 55 sqq. ed. IV. Dein ὅθεν καὶ δι' ἃς αἰτίας est: idcirco et ob has causas.

τὸ δὲ ἀληθές, ἐν πᾶσι τοῖς τόποις —] His verbis declarantur et illustrantur accuratius superiora, ita quidem, ut diligentius ostendatur, qui fiat ut apud Aegyptios semper conservetur rerum olim gestarum

ταμῶν φέρονται· κατὰ δὲ τήνδε τὴν χώραν οὔτε τότε οὔτε ἄλλοτε ἄνωθεν ἐπὶ τὰς ἀρούρας ὕδωρ ἐπιῤῥεῖ, τὸ δ' ἐναντίον κάτωθεν πᾶν ἐπανιέναι πέφυκεν. ὅθεν καὶ δι' ἃς αἰτίας τἀνθάδε σωζόμενα λέγεται παλαιότατα. τὸ δὲ ἀληθές, ἐν πᾶσι τοῖς τόποις ὅπου μὴ χειμὼν ἐξαίσιος ἢ καῦμα ἀπείργει, πλέον, τοτὲ δὲ ἔλαττον ἀεὶ γένος ἐστὶν ἀνθρώπων· ὅσα δὲ ἢ παρ' 23
ὑμῖν ἢ τῇδε ἢ καὶ κατ' ἄλλον τόπον ὧν ἀκοῇ ἴσμεν,

πλέον, τοτὲ δὲ ἔλαττον] Par. F. et corr. Vat. Θ. cum Steph. τοτὲ μὲν πλέον, quod ortum est ex glossemate.

P. 23. **ἢ παρ' ὑμῖν]** V. ἡμῖν, praeter fidem codicum.

ὧν ἀκοῇ ἴσμεν] V. ὅν, quod ex Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. F. Flor. a. c. o. x. aliis, mutatum. Est igitur idem quod ἐκείνων τόπων, οὓς ἀκοῇ ἴσμεν. Verum iam Steph. perspexerat. Dein ἀκοὴν ἴσμ. Par. A. Vat. Θ. et nonnulli alii. Sed unice probandus dativus est.

memoria. Sententia haec est: Vera autem rei ratio haec est: in omnibus locis, in quibus non hiems nimia aut calor prohibet, semper est genus hominum, nunc minus illud numero, nunc copiosius. Iam vero apud nos omnia facta insignia vel domestica vel externa, de quibus fama percrebruit, in locis sacris consignata litteris ad posteritatis memoriam servantur: apud vos autem reliquosque populos quum ea, quae gesta sunt, recens quandoque mandentur litteris atque omnibus iis, quae urbibus opus sunt; tum rursus consuetis annis (constitutis temporum intervallis) tanquam morbus aliquis ingruit in eos irruens flumen coeleste atque eos de vobis, qui sunt litterarum et humanitatis expertes, relinquit, ceteros exstinguit. Itaque mirifice errat Lindavius, qui hanc voluit esse proximorum verborum e mente Platonis correctionem adeoque dubitavit, an ista; τὸ δὲ ἀληθὲς usque ad ἀνθρώπων essent Platonis. Enimvero quod Chalcidius haec verba non expressit, id certe non tanti momenti est, ut de eorum fide et auctoritate dubitandum sit. Ante πλέον vulgo additum erat τοτὲ μέν, quod quum desit in optimis codicibus, dubium non est quin ex glossemate traxerit originem. v. ad Protagor. p. 330. A. Remp. V. p. 451. E. Critiam p. 119. A. Hermann, ad Viger. p. 699. Schaefer, ad Lamb. Bos. De Ellips. p. 329. Dein ὧν ἀκοῇ ἴσμεν restituimus pro ὃν ἀκ. ἴσμεν. Hoc enim dicit Aegyptius; quaecunque vel apud vos vel hic in Aegypto, patria nostra, vel etiam in alia earum regionum, de quibus fama et auditione accepimus, accidunt. Quippe ad ὅσα intelligendum ἐστί. Verba διαφορὰν ἔχον bene Schol. interpretatur per παραδόξως ἐκβεβηκός.

εἴ πού τι καλὸν ἢ μέγα γέγονεν ἢ καί τινα διαφο-
ρὰν ἄλλην ἔχον, πάντα γεγραμμένα ἐκ παλαιοῦ τῇδ'
ἐστὶν ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ σεσωσμένα. τὰ δὲ παρ' ὑμῖν
καὶ τοῖς ἄλλοις ἄρτι κατεσκευασμένα ἑκάστοτε τυγ-
χάνει γράμμασι καὶ ἅπασιν ὁπόσων πόλεις δέονται,
καὶ πάλιν δι' εἰωθότων ἐτῶν ὥςπερ νόσημα ἥκει φε-
B ρόμενον αὐτοῖς ῥεῦμα οὐράνιον καὶ τοὺς ἀγραμμά-
τους τε καὶ ἀμούσους ἔλιπεν ὑμῶν, ὥςτε πάλιν ἐξ
ἀρχῆς οἷον νέοι γίγνεσθε, οὐδὲν εἰδότες οὔτε τῶν
τῇδε οὔτε τῶν παρ' ὑμῖν, ὅσα ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς
χρόνοις. τὰ γοῦν νῦν δὴ γενεαλογηθέντα, ὦ Σόλων,
περὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἃ διῆλθες, παίδων βραχύ τι
διαφέρει μύθων, οἳ πρῶτον μὲν ἕνα γῆς κατακλυ-

B. ἀγραμμάτους τε καὶ ἀμ.] τε additum ex Α Θ Σ Υ S sxaegrq. Flor. a. b. B. c. n. o. x.

ἐξ ἀρχῆς οἷον νέοι γ.] Sic Par. A. Olim erat νέοι ἐξ ἀρχῆς.

ἐν τῇ χώρᾳ τῇ παρ' ὑμῖν] Secundum τῇ om. Tub. Flor.

P. 23. ἄρτι κατεσκευασμένα ἑκ. τ. —] Latine dixeris: vix sunt mandata litteris atque publicis monumentis, *quum* rursus etc. Nam ἅπαντα ὁπόσων πόλεις δέονται omnia ea intelliguntur, quibus opus est civitatibus, ut ne rerum publicarum privatarumque memoria extinguatur. Proclus: τοιαῦτα δὲ (ἀναγκαῖα) ἐστὶν ἐν μὲν ταῖς πόλεσι γράμματα καὶ τέχναι καὶ ἀγοραὶ καὶ λουτρὰ καὶ πάντα τὰ ὅμοια. De verbis ἥκει φερόμενον αὐτοῖς consuluisse iuvabit locum Symposii p. 188. A. ibique ann., unde tamen ne quis suspicetur pro φερόμενον scribendum esse φέρον, tenendum est φέρεσθαι significare vehementer et cum impetu irruere. Dativus αὐτοῖς cohaeret cum ἥκει. Aristoph. Equitt. v. 818. ἥξει σοι δριμὺς ἄγροικος. Plat. Protagor. p. 321. C. ἀποροῦντι δὲ αὐτῷ ἔρχεται Προμηθεύς. Sed notissimus hic dativi usus est ita cum verbis veniendi copulati. v. Musgrav. ad Eurip. Phoen. v. 310. Abresch. Lectt. Aristaen. p. 71. Hermann. ad Lucian. De histor. conscr. p. 179. De aoristo ἔλιπεν v. ad Sympos. p. 188. A. B. Ad sententiam totius loci conf. Legg. III. p. 677. B. οἵ ποτε περιφυγόντες τὴν φθορὰν σχεδὸν ὄρειοί τινες ἂν εἶεν νομῆς ἐν κορυφαῖς που, σμικρὰ ζώπυρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων διασεσωσμένα γένους. καὶ δὴ τοὺς τοιούτους γε ἀνάγκη που τῶν ἄλλων ἀπείρους εἶναι τεχνῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς ἄστεσι μηχανῶν κ. τ. λ. Θῶμεν δὴ τὰς ἐν τοῖς πεδίοις πόλεις καὶ πρὸς θαλάττῃ κατοικούσας ἄρδην ἐν τῷ τότε χρόνῳ διαφθείρεσθαι — ὄργανά τε πάντα ἀπόλλυσθαι καὶ εἴ τι ἦν ἐχόμενον σπουδαίως εὑρημένον ἢ πολιτι-

σμὸν μέμνησθε πολλῶν ἔμπροσθεν γεγονότων, ἔτι δὲ τὸ κάλλιστον καὶ ἄριστον γένος ἐπ' ἀνθρώπους ἐν τῇ χώρᾳ τῇ παρ' ὑμῖν οὐκ ἴστε γεγονός, ἐξ ὧν σύ C
τε καὶ πᾶσα ἡ πόλις ἔστι τὰ νῦν ὑμῶν περιλειφθέντος ποτὲ σπέρματος βραχέος, ἀλλ' ὑμᾶς λέληθε διὰ τὸ τοὺς περιγενομένους ἐπὶ πολλὰς γενεὰς γράμμασι τελευτᾶν ἀφώνους. ἦν γάρ δή ποτε, ὦ Σόλων, ὑπὲρ τὴν μεγίστην φθορὰν ὕδασιν ἡ νῦν Ἀθηναίων οὖσα πόλις ἀρίστη πρός τε τὸν πόλεμον καὶ κατὰ πάντα εὐνομωτάτη διαφερόντως· ᾗ κάλλιστα ἔργα καὶ πολιτεῖαι γενέσθαι λέγονται κάλλισται πασῶν, ὁπόσων ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἡμεῖς ἀκοὴν παρεδεξάμεθα. Ἀκού- D
σας οὖν ὁ Σόλων ἔφη θαυμάσαι καὶ πᾶσαν προθυ-

x. et pauci alii. Quod vero Bekkerus narrat idem etiam in Par. A. omissum esse, id certe Bastii testimonio caret.

C. λέγονται κάλλισται] V. κάλλισται λέγονται. Illum ordinem praeter alios habet Par. A.

ὁπόσων ὑπὸ τῶν οὐρ.] V. ὁπόσων νῦν ὑπὸ τ. οὐρ. Omisimus νῦν cum Par. A. Flor. x. Vat. o. Ambr. s.

κῆς ἢ καὶ σοφίας τινὸς ἑτέρας, πάντα ἔῤῥειν ταῦτα. Aristotel. Polit. VII. 10. ubi de vetustate reipublicae Aegyptiorum disputat.

B. ἔτι δὲ τὸ κάλλιστον καὶ ἄριστον γένος ἐπ' ἀνθρώπους —] *Ficinus*: deinde quod genus maiorum vestrorum in regione vestra clarissimum et optimum ignoretis. *Chalcidius*: deinde quod optimum vestrorum genus maiorum nesciatis, ex quo tu et Athenienses ceteri facti estis, exiguo semine tunc superstite publicae cladi. Neuter istud ἐπ' ἀνθρώπους expressit, quod similiter dictum est atque Critia p. 112. E. ἐπὶ πᾶσαν Εὐρώπην — ἐλλόγιμοι ἦσαν, et fere idem valet quod ἐν ἀνθρώποις. Homer Iliad. XXIV. v. 202. ὤ μοι, πῇ δή τοι φρένες οἴχονθ', ᾗς τὸ πάρος περ ἔκλε' ἐπ' ἀνθρώπους. Ibid. v. 535. πάντας γὰρ ἐπ' ἀνθρώπους ἐκέκαστο ὄλβῳ τε πλούτῳ τε.

C. διὰ τὸ τοὺς περιγενομένους — ἀφώνους] propterea quod qui manserunt superstites, per multas aetates muti litteris interierunt, h. e. sic, ut nihil de sese perscriptum testatumque relinquerent.

ὑπὲρ τὴν μεγίστην φθορὰν ὕδασι] *supra* h. e. *ante* maximam per diluvium extinctionem. Sic ὑπὲρ de tempore dictum Herodot. V. 64. ὑπὲρ τὰ τεσσαρήκοντα ἔτη. Dativum instrumenti cum nominibus iunctum ad Remp. III. p. 397. B. Cratyl. p. 423. A. illustravimus: tetigit etiam Matthiae Gr. §. 396. Deinde notanda est voculae τε traiectio, quae ob sequentia καὶ κατὰ

μίαν σχεῖν, δεόμενος τῶν ἱερέων πάντα δι' ἀκριβείας οἱ τὰ περὶ τῶν πάλαι πολιτῶν ἑξῆς διελθεῖν. τὸν οὖν ἱερέα φάναι, Φθόνος οὐδείς, ὦ Σόλων, ἀλλὰ σοῦ τε ἕνεκα ἐρῶ καὶ τῆς πόλεως ὑμῶν, μάλιστα δὲ τῆς θεοῦ χάριν, ἣ τήν τε ὑμετέραν καὶ τήνδ' ἔλαχε καὶ ἔθρεψε καὶ ἐπαίδευσε, προτέραν μὲν τὴν παρ'
E ὑμῖν ἔτεσι χιλίοις, ἐκ Γῆς τε καὶ Ἡφαίστου τὸ σπέρμα παραλαβοῦσα ὑμῶν, τήνδε δὲ ὑστέραν. τῆς δὲ ἐνθαδὶ διακοσμήσεως παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν ὀκτακισχιλίων ἐτῶν ἀριθμὸς γέγραπται. περὶ

D. *μάλιστα δὲ τῆς θεοῦ χάριν*] Quod vulgo post *δὲ* interponebatur *καί*, id om. Par. AF. Mon. Vat. o. Flor. x.

E. *τῆς δὲ ἐνθαδὶ διακ.*] Sic Par. A. corr. Ante Bekkerum erat *ἐνθάδε*.

πάντα εὐνομωτάτη post *ἀρίστη* interponenda fuit. Sed collocata ea est alio loco perinde, ac si tantummodo subiungeretur *καὶ κατὰ πάντα*, neque additum esset *εὐνομωτάτη διαφερόντως*: in quo non est cur haereamus, siquidem similis traiectionis exempla non ita rara sunt. Neque singulare est illud, quod superlativo *εὐνομωτάτη* additur *διαφερόντως*. Prorsus eodem modo Protagor. p. 349. D. *εὑρήσεις γὰρ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἀδικωτάτους μὲν ὄντας καὶ ἀνοσιωτάτους καὶ ἀκολαστοτάτους καὶ ἀμαθεστάτους, ἀνδρειοτάτους δὲ διαφερόντως*, h. e. qui maxima fortitudine maxime excellant. Mox *ὑπὸ τὸν οὐρανὸν* est per totum orbem terrarum; *πολιτεῖαι* autem sunt status civitatis, quod Procli causa monemus, qui in his interpretandis mire argutatur.

D. *φθόνος οὐδείς*] h. e. lubenter vero dicam. Phaedo p. 61. D. *ἃ μέντοι τυγχάνω ἀκηκοώς, φθόνος οὐδεὶς λέγειν.* Legg. I. p. 641. D. *ἀλλ' οὐδεὶς φθόνος αὐτῷ διελθεῖν αὐτά.* Sophist. p. 217. A. al. v. Viger. p. 153 sq. — *τῆς θεοῦ χάριν*, Neith. s. Minervam intelligit, de qua v. ad p. 21. E.

ἐκ Γῆς τε καὶ Ἡφαίστου] h. e. e terra et igne. Enimvero haec primaria corporum elementa fuisse philosophus ipse statuit infra p. 31. B. *σωματοειδὲς δὲ δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι. χωρισθὲν δὲ πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ, στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς· ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος ξυνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει.* Quae scholiastes ad hunc locum annotavit, a re aliena sunt, ut mentione indigna videantur. Proclum autem ipsi inspiciant allegoricae interpretationis eiusque subinde admodum insulsae amici et patroni.

E. *τῆς δὲ ἐνθαδὶ διακοσμήσεως —*] Huius autem nostrae constitutionis apud nos in libris sacris perscriptus est numerus octies mille annorum. Ver-

δὴ τῶν ἐνακιςχίλια ἔτη γεγονότων πολιτῶν σοι δηλώσω διὰ βραχέων νόμους τε καὶ τῶν ἔργων αὐτοῖς ὃ κάλλιστον ἐπράχθη· τὸ δ' ἀκριβὲς περὶ πάντων 24
ἐφεξῆς εἰςαῦθις κατὰ σχολήν, αὐτὰ τὰ γράμματα λαβόντες, διέξιμεν. τοὺς μὲν οὖν νόμους σκόπει πρὸς τοὺς τῇδε· πολλὰ γὰρ παραδείγματα τῶν τότε παρ' ὑμῖν ὄντων ἐνθάδε νῦν ἀνευρήσεις, πρῶτον μὲν τὸ τῶν ἱερέων γένος ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρὶς ἀφωρισμένον, μετὰ δε τοῦτο τὸ τῶν δημιουργῶν, ὅτι καθ' αὑτὸ ἕκαστον ἄλλῳ δὲ οὐκ ἐπιμιγνύμενον δημιουργεῖ,

περὶ δὴ τῶν ἐνακιςχ.] δὴ pro vulg. δὲ praebuerunt Par. AF. Tub. Flor. x. Dein ἐνακισχίλια scribunt Par. AS. Ambr. s. Vat. o. Legebatur ἐνναχιςχίλια. Ordinem vulg. ἔτη γεγονότων ex Par. Vat. b. mutavimus.

P. 24. καὶ τῶν θηρευτῶν] Par. A. καὶ τὸ τῶν θηρευτῶν.

bum διακοσμεῖν Anaxagoras ad mentem divinam omnia in ordinem adducentem transtulerat, ut intelligitur e Phaedon. p. 97. C. et Phileb. p. 28. E. Similiter igitur nunc Minervae tanquam rerum Aegyptiarum et Atticarum auctori tribuitur διακόσμησις. Sic p. 24. C. ταύτην — τότε ξύμπασαν τὴν διακόσμησιν καὶ σύνταξιν ἡ θεὸς διακοσμήσασα κ. τ. λ.

P. 24. αὐτὰ τὰ γράμματα λ.] Intelligit sacerdos libros sacros, in quibus haec omnia dicuntur accuratius fuisse exposita. — τοὺς μὲν οὖν νόμους κ. τ. λ. considera igitur leges (priscorum illorum hominum), eas cum his, quae nunc sunt, comparans; multa enim exempla (Proben) eorum, quae tunc apud vos fuerunt, hic nunc reperies. Vult igitur priscam illam Atheniensium civitatem Aegyptiorum reipublicae, qualis nunc viguisse dicitur, fuisse simillimam. Quocirca huius instituta appellat παραδείγματα, de quo vocabulo Proclus: παραδείγματα νῦν τὰς εἰκόνας καλεῖ, ἐπείπερ αὗται γίγνονται παραδείγματα τοῖς ἀπ' αὐτῶν ἀναπεμπομένοις καὶ δι' αὐτῶν τὰ πρῶτα γιγνώσκουσιν. Imo παραδείγματα dicuntur quasi specimina quaedam, unde qualis fuerit priscae illius reipublicae status et condicio, iudicari queat.

πρῶτον μὲν τὸ τῶν ἱερέων γένος] Tres enumerat incolarum ordines, sacerdotum, opificum, ad quos refert pastores, venatores et agricolas, denique militum. Eodem fere redeunt quae habet Strabo l. XVII. p. 1135. ed. Casaub. s. T. VI. p. 477. ed. Tsch. Alii tamen aliter, veluti Herodot. II. 164. Diodor. I. 73 sqq. Exposuerunt de hac re praeter alios Meiners in libro: Neues Götting. histor. Magazin. I. p. 500 sqq. (über den Unterschied der Kasten im alten Aegypten und im heutigen Hindostan) et Heeren. l. c. II. p. 553 sqq. — ὅτι καθ' αὑτὸ ἕκαστον κ. τ. λ. i. e. ὅτι αὐτὸ (τὸ τῶν

τό τε τῶν νομέων καὶ τῶν θηρευτῶν τό τε τῶν γε-
B ωργῶν. καὶ δὴ καὶ τὸ μάχιμον γένος ᾔσθησαί που τῇδε ἀπὸ πάντων τῶν γενῶν κεχωρισμένον, οἷς οὐδὲν ἄλλο πλὴν τὰ περὶ τὸν πόλεμον ὑπὸ τοῦ νόμου προςετάχθη μέλειν. ἔτι δὲ ἡ τῆς ὁπλίσεως αὐτῶν σχέ-

καὶ δὴ καὶ τὸ μάχιμον] καὶ post δὴ add. Par. A F. Vat.

δημιουργῶν) καθ' αὑτὸ ἕκαστον δημιουργεῖ. Ita enim haec intelligenda, quae vulgo perperam accepta sunt.

B. *τὸ μάχιμον γένος — οἷς οὐδὲν ἄλλο*] Pronomen relativum per synesin ad τὸ μάχιμον γένος referendum, in quo nomine utpote collectivo multitudinis notio continetur. Quo in genere constructionis quantam Graeci licentiam usurpaverint, maxime ex eo apparet, quod eiusmodi nominibus adeo numerum pluralem praedicati adiunxerunt. Xenoph. Anab. II. 1, 6. τὸ δὲ στράτευμα ἐπορίζετο σῖτον ὅπως ἐδύνατο ἐκ τῶν ὑποζυγίων, κόπτοντες τοὺς βοῦς καὶ ὄνους. Ibid. II. 2, 21. ὄχλος — φοβούμενοι. VI. 3, 11. τὴν μὲν (τάξιν) ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἐπέτρεψεν ἐφέπεσθαι ἀπολιπόντας ὡς πλέθρον. Ibid. III. 4, 45 IV. 1, 20. V. 5, 7. 14. Hellen. II. 3, 55. Demosthen. adv. Mid. §. 45. παντὸς δὲ τοῦ στόλου πλεόντων ἐν τάξει. Alia consimilia dabit Matthiae Gr. §. 302. ed. III. conf. ad Critiam p. 112. B.

ἔτι δὲ ἡ τῆς ὁπλίσεως αὐτῶν σχέσις ἀσπίδων καὶ δ.] praeterea gestant armaturam clypeorum atque hastarum. Cohaerent enim verba sic: ἔτι δὲ ἡ σχέσις αὐτῶν τῆς ὁπλίσεως (ἐστι σχέσις) ἀσπίδων καὶ δοράτων. Quocirca pessime vulgo post σχέσις commate interpungitur. Interpretes quam temere in his explicandis versati sint, uno alterove exemplo demonstrasse iuvabit, ut intelligatur, quanta cum cautione eorum opera utendum sit. Chalcidius igitur: ipsorumque insignium idem usus et eadem differentia tam hic, quam apud vos, etiam nunc habetur, clypeorum tegmen, thoracum indumenta, iaculorum amentata missilia. Videtur igitur ille, praeterquam quod a loci sententia aliquantum aberravit, etiam θωράκων de suo intrusisse. Ficinus: armatura etiam, ut clypeorum iaculorumque usus, apud utrosque persimilis, his primi nos in Asia usi sumus, et Dea, ut illis in locis, sic vobis primis haec tradidit. Cornarius: Insuper autem et armaturae modus similis est in scutis et hastis etc. Qui ita verterunt locum, ac si scriptum legeretur ἔτι δὲ ἡ αὐτὴ τῆς ὁπλίσεως αὐτῶν σχέσις, quem errorem tenuerunt etiam alii. Sed satis haec in praesenti. Magis etiam lapsi sunt quidam in interpretandis verbis proximis: οἷς ἡμεῖς πρῶτοι τῶν περὶ Ἀσίαν ὡπλίσμεθα. Nempe ignorarunt isti Aegyptum a veteribus pro Asiae parte habitam esse, siquidem multi totius orbis terrarum duas fecerunt partes, Asiam et Europam, Libyam nunc Asiae nunc Europae accensentes. Hanc rationem Plato nunc ex parte sequitur, quan-

σις ἀσπίδων καὶ δοράτων, οἷς ἡμεῖς πρῶτοι τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν ὡπλίσμεθα, τῆς θεοῦ, καθάπερ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, παρ' ὑμῖν πρώτοις ἐνδειξαμένης. τὸ δ' αὖ περὶ τῆς φρονήσεως, ὁρᾷς που τὸν νόμον τῇδε ὅσην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο εὐθὺς κατ' ἀρχάς, C

o. Flor. x.

doquidem mox: πορευομένην ἅμα ἐπὶ πᾶσαν Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν; quanquam ibidem Libyam ab Asia discernit verbis: ἡ δὲ νῆσος ἅμα Λιβύης ἦν καὶ Ἀσίας μείζων. secutus est etiam in Gorgia p. 523. E. ἐποιησάμην δικαστὰς υἱεῖς ἐμαυτοῦ, δύο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, Μίνων τε καὶ Ῥαδάμανθυν, ἕνα δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης, Αἰακόν. v. quae de hac re disputarunt Wesseling. ad Herodot. p. 111. intpp. ad Sallust. Ingurth. c. 20. Schaefer. Melett. Critt. p. 37 sq. Sed vel iis, quibus probata est tripartita terrae divisio, subinde placuit Aegyptum Asiae potius quam Africae contribuere. Id quod recte observavit Schol. Apollonii Rhod. IV. 1571. ἡ δὲ Αἴγυπτος κατὰ μέν τινας τῆς Ἀσίας ἐστί, κατὰ δέ τινας τῆς Λιβύης. quocum convenit scriptor libri de Mundo, quem vulgo Aristotelem perhibent, cap. 3. Itaque sacerdotem liquet hoc dicere: nos primi inter Asiae incolas his armis induti sumus. Dein καθάπερ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις referendum ad τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν, ut valeat idem quod καθάπερ ἐν Ἀσίᾳ.

τὸ δὲ αὖ περὶ τῆς φρονήσεως] Quod autem attinet ad sapientiam. De περὶ absoluto v. ad Cratyl. p. 403. A. Proxima verba, vulgo parum recte distincta illa, hunc in modum iungenda sunt: ὁρᾷς που τὸν νόμον τῇδε ὅσην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο εὐθὺς κατ' ἀρχάς, ἅπαντά τε περὶ τὸν κόσμον ἀνευρὼν μέχρι μαντικῆς καὶ ἰατρικῆς πρὸς ὑγίειαν, ἐκ τούτων θείων ὄντων εἰς τὰ ἀνθρώπινα (sc. ἐξευρών), πάντα τε ἄλλα μαθήματα κτησάμενος, ὅσα τούτοις ἕπεται; h. e. vides, opinor, quantum curae hic (apud nos) lex adhibuerit statim ab initio, quum primum quidem omnia ad mundum pertinentia usque ad artem vaticinandi et medicandi ad sanitatem, ex divinis illis ad res humanas, traduxerit; deinde ceteras omnes, quae cum illis coniunctae sunt, artes ac disciplinas comparaverit. Enimvero τὰ περὶ τὸν κόσμον sunt quae ad rerum universitatis ordinem et quasi ornatum pertinent: ex quorum observatione natae sunt primum artes, quae valent ad tuendam corporis valetudinem. Cur vero artes vaticinandi et sanandi copulentur, non male explicat Proclus p. 49. ἔστι δὲ μῖξις, inquit, τῶν δύο τούτων φρονήσεων, τῆς τε μαντικῆς καὶ ἰατρικῆς, παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις. διότι καὶ ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ὀχετοὶ πλείους μερίζονται περὶ τὸν κόσμον. Pro κτησάμενος fuerunt qui mallent καταστησάμενος. Qua mutatione mihi quidem non opus videtur. Nam lex dicitur artes ipsa comparavisse, quatenus per eam effectum est, ut eae vel colerentur vel invenirentur.

περί τε τὸν κόσμον ἅπαντα μέχρι μαντικῆς καὶ ἰατρικῆς πρὸς ὑγίειαν, ἐκ τούτων θείων ὄντων εἰς τὰ ἀνθρώπινα, ἀνευρών, ὅσα τε ἄλλα τούτοις ἕπεται μαθήματα πάντα κτησάμενος. ταύτην οὖν δὴ τότε ξύμπασαν τὴν διακόσμησιν καὶ σύνταξιν ἡ θεὸς προτέρους ὑμᾶς διακοσμήσασα κατῴκισεν, ἐκλεξαμένη τὸν τόπον ἐν ᾧ γεγένησθε, τὴν εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν ἐν αὐτῷ κατιδοῦσα, ὅτι φρονιμωτάτους ἄνδρας οἴσοι.
D ἅτ' οὖν φιλοπόλεμός τε καὶ φιλόσοφος ἡ θεὸς οὖσα τὸν προςφερεστάτους αὐτῇ μέλλοντα οἴσειν τόπον

C. ἀνευρών, ὅσα τε] V. ἐξανευρών, quod testimoniis librorum fere destituitur.

εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν] Prave v. ὀρῶν, quod nec codd. habent. Dein vulg. οἴσει, quod ex Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. Flor. x. mutavimus.

D. προςφερεστάτους αὐτῇ] Sic Ambr. x. Flor. o. x. Corr. pro vulg. προφερεστάτους, quod etiam Steph. Ann. p. 49. in προςφερεστάτους mutandum vidit.

C. τὴν εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν —] Sic vere correxit Stephanus vulgatum ὀρῶν, probante Valckenario ad Herodot. I. 142. Atticam eo nomine praedicat philosophus etiam in Critia p. 111. E. Epinom. p. 587. D. praedicaverat etiam Aristophanes in Horis, ut patet ex Athen. IX. p. 372. cuius locum tractavit Casaub. Anim. IX. c. 3. (s. c. 14.). Pulcherrimum est fragmentum Euripidis a Plutarcho De exilio p. 604. E. ed. Wech. servatum, quod tractavit A. Matthiae Euripid. Tragg. T. IX. p. 172. ubi inter alias Atticae laudes etiam haec commemorantur: Οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ συγκεκραμένον, Ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ· Ἅ τε Ἑλλὰς Ἀσία τε τρέφει κάλλιστα Τῆς γε δέλεαρ ἔχοντες συνθηρεύομεν: quae postrema Valckenarius l. c. in hunc modum corrigenda censet: ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε κάλλιστα τρέφει, Γῆς τῆςδε δέλεαρ ἔχοντες οὐ θηρεύομεν. Ceterum alias universae Graeciae solet saluberrima coeli temperies tribui, ut ab Herodot. III. c. 106. qui Graecia, inquit, τὰς ὥρας πολλόν τι κάλλιστα κεκραμένας ἔλαχεν. Ex recentioribus, qui ea de re scripserunt, digni sunt qui legantur: *Bartholdy* Bruchstücke zur nähern Kenntniss Griechenlandes p. 214 sqq. Clarke travels etc. II. p. 782. Ceterum inest in his verbis notissima forma attractionis, siquidem ἡ εὐκρασία τῶν ὡρῶν subiectum est verbi οἴσοι: quod non monerem, nisi res pervulgata ab uno alterove interpretum temere esset neglecta.

D. τὸν προςφερεστάτους — τόπον ἄνδρας, τοῦτον] Pronomen ita post ipsum no-

ἄνδρας, τοῦτον ἐκλεξαμένη πρῶτον κατῴκισεν. ᾠκεῖτε δὴ οὖν νόμοις τε τοιούτοις χρώμενοι καὶ ἔτι μᾶλλον εὐνομούμενοι πάσῃ τε πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβηκότες ἀρετῇ, καθάπερ εἰκὸς γεννήματα καὶ παιδεύματα θεῶν ὄντας. πολλὰ μὲν οὖν ὑμῶν καὶ μεγάλα ἔργα τῆς πόλεως τῇδε γεγραμμένα θαυμάζεται, πάντων μὴν ἓν ὑπερέχει μεγέθει καὶ ἀρετῇ· λέγει γὰρ E τὰ γεγραμμένα, ὅσην ἡ πόλις ὑμῶν ἔπαυσέ ποτε δύναμιν ὕβρει πορευομένην ἅμα ἐπὶ πᾶσαν Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν, ἔξωθεν ὁρμηθεῖσαν ἐκ τοῦ Ἀτλαντικοῦ

πρῶτον κατῴκισεν] V. τὸ πρῶτον. Sed om. τὸ Par. A. Vat. o. Flor. x. Dein Par. ᾠκεῖτε Flor. A. n. δὴ οὖν pro vulg. ᾠκ. οὖν δή. Mox ὑπερβεβληκότες Vat. Θ. Par. FSY. Mon. Ambr. s. Laur. Vat. o. r. Tub. Flor. β'. n. quod pro ὑπερβεβηκότες non recipies comparatis illis De Rep. V. p. 478. C. ὑπερβαίνουσα ἢ γνῶσιν σαφηνείᾳ ἢ ἄγνοιαν ἀσαφείᾳ.

καὶ μεγάλα ἔργα] ἔργα vulgo post γεγραμμένα collocatum hic interponunt Par. A. Flor. x. Mox Flor. x. μεγέθει τε καὶ ἀρετῇ.

men interpositum ad Charmid. p. 163. C. illustravimus.

καθάπερ εἰκὸς — ὄντας] Intell. ὑπερβεβηκέναι πάντας ἀνθρώπους ἀρετῇ. Male quidam post εἰκὸς comma fecerunt, quo structurae ratio perturbatur. Deinde quod Athenienses vocantur θεῶν γεννήματα καὶ παιδεύματα, nihil hoc usu substantivorum in μα exeuntium frequentius est; id quod praeter alios demonstrarunt Porsonus ad Eurip. Orest. v. 1051. Monck. ad Hippolyt. V. 11.

E. ὅσην — ἔπαυσέ ποτε δύναμιν] Memorabilis profecto hic locus est. Narratur enim fuisse olim insulam quandam ultra columnas Herculis, Atlanticam cognominatam, opibus et imperio universae Asiae et Europae praepotentem, tota Libya atque Asia maiorem, ex qua ad alias insulas et vero etiam ad continentem e regione obiectam facilis fuerit traiectio: eam vero insulam denique post ingentes terrae motus et eluviones aquarum unius diei spatio fluctibus submersam esse, unde factum sit, ut iam totum illud mare propter lutum ex insulae submersione natum non amplius habeatur navigabile. Eadem Strabo refert ex Platone libr. II. p. 102. tetigerunt etiam Plinius Hist. Nat. II. 92. et Tertullian. Apolog. c. 40. De veritate huius narrationis quid iudicari oporteat, iam antiquitus disceptatum est. Narrat enim Proclus p. 24. Crantorem, primum Platonis interpretem, statuisse rem ipsi veritati convenienter esse expositam, eius autem sententiam ab aliis esse reiectam et impugnatam. Neque tamen Strabo vel Posidonius ausi sunt Platoni fidem abrogare. v. Strab. II. p. 102. quod nostra aetate praeter alios fecit Hissmannus in libro: Neue Welt- u. Menschen-

πελάγους. τότε γὰρ πορεύσιμον ἦν τὸ ἐκεῖ πέλαγος· νῆσον γὰρ πρὸ τοῦ στόματος εἶχεν, ὃ καλεῖτε, ὥς φατε ὑμεῖς, Ἡρακλέους στήλας· ἡ δὲ νῆσος ἅμα Λιβύης ἦν καὶ Ἀσίας μείζων, ἐξ ἧς ἐπιβατὸν ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους τοῖς τότ' ἐγίγνετο πορευομένοις, ἐκ δὲ τῶν νήσων ἐπὶ τὴν καταντικρὺ πᾶσαν ἤπειρον τὴν περὶ τὸν ἀληθινὸν ἐκεῖνον πόντον. τάδε μὲν γάρ, ὅσα ἐντὸς τοῦ στόματος οὗ λέγομεν, φαίνεται λιμὴν στενόν τινα εἴςπλουν ἔχων· ἐκεῖνο δὲ πέλαγος ὄντως

E. *ὃ καλεῖτε*] *καλεῖται* Ven. ΞΣ. Vind. Par. FSY. Mon. Ambr. s. x. Laur. Ricard. Vat. εοr. et Florentini. v. infra.

P. 25. *εἴςπλουν ἔχων*] Sic Par. A. Ceteri cum vett. editt. *ἔχων εἴςπλουν*. Mox in eodem libro *ἀληθῶς* erasum. Vat. Θ. Vind. Par. SY. Ambr. s. x. Laur. Pal. Ricard. Flor. a. b. c. n. o. x. *περιέχουσα αὐτόν*.

ἐν δὲ δὴ τῇ Ἀτλαντίδι] *δὴ* add. Par. AF. Vat. o. Flor.

geschichte, aus dem Franz. Vol. I. (Münster. 1781.) p. 173 — 186. qui totam rem licenter confictam esse arbitratur. Sed non est profecto, cur Platonem dubitemus revera usum esse fontibus alienis, (hoc est, Aegyptiis,) unde hauserit hanc narrationem. Fieri autem potest, ut iam prisci Aegyptii notitiam aliquam habuerint Americae, praesertim quum fama quaedam de insulis Atlanticis usque ad citeriora antiquitatis tempora propagata sit: de qua re vide Diodor. III. p. 207. cap. 54 sqq. Plutarch. Sector. c. 8. Ammian. Marcellin. l. XVII. Marcellum in Aethiopicis apud Proclum ad Tim. p. 54. Salmas. in Exercitt. Plin. p. 916. Perizonium ad Aelian. Varr. Hist III. 18. p. 183. T. I. ed. Kühn. intpp. ad Pomponium Melam III. 10. Quidquid rei est, illud quidem negari non potest, quae de situ et regione, de magnitudine, de potentia denique atque opibus huius insulae a Platone narrantur, ea mirifice in Americam convenire, ut si non ex historiae fontibus ducta, certe singulari quadam ac prorsus divina animi praesagitione conficta sint. Ceterum eam narrationis partem, qua de priscorum Atheniensium virtute exponitur, ne nos quidem dubitamus quin philosophus consilio suo convenienter vel ipse excogitaverit vel certe magnam partem confinxerit et immutaverit.

ὃ καλεῖτε, ὥς φατε ὑμεῖς, Ἡρακλέους στήλας] Intolerabilis haec est tautologia, ac certe a Platone haudquaquam profecta. Codd. plerique omnes *καλεῖται*. Recte, opinor; modo iam pro accusativo *στήλας* reponatur quod ratio postulat *στῆλαι*: ita omnis sponte evanescit offensio. De variis opinionibus, quas ipsi iam veteres de columnis Herculis habuerunt, docte exposuit Io. Fr. Fischerus in Indice ad Palaephatum v. *Ἡράκλειαι στῆλαι*. Nos igitur unum audiamus He-

ἥ τε περιέχουσα αὐτὸ γῆ παντελῶς ἀληθῶς ὀρθότατ' ἂν λέγοιτο ἤπειρος. ἐν δὲ δὴ τῇ Ἀτλαντίδι νήσῳ ταύτῃ μεγάλη συνέστη καὶ θαυμαστὴ δύναμις βασιλέων, κρατοῦσα μὲν ἁπάσης τῆς νήσου πολλῶν τε ἄλλων νήσων καὶ μερῶν τῆς ἠπείρου· πρὸς δὲ τούτοις ἔτι τῶν ἐντὸς τῇδε Λιβύης μὲν ἦρχον μέχρι B πρὸς Αἴγυπτον, τῆς δὲ Εὐρώπης μέχρι Τυῤῥηνίας. αὕτη δὴ πᾶσα ξυναθροισθεῖσα εἰς ἓν ἡ δύναμις τόν τε παρ' ὑμῖν καὶ τὸν παρ' ἡμῖν καὶ τὸν ἐντὸς τοῦ

x. Dein νήσῳ ταύτῃ pro vulg. ταύτῃ νήσῳ codd. praeter Ven. Σ. fere omnes.

B. μέχρι πρὸς Αἴγ.] V. ἄχρι, quod e Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Tub. Flor. a. c. o. x. aliisque correctum.

αὕτη δὴ πᾶσα] V. δέ. Recte δὴ Par. A. Ven. Σ. Vind. Ambr. s. Flor. a. c. o. x. Pal. Ricard.

sychium: Στήλας διστόμους, inquit, τινὲς μὲν τὰς Ἡρακλείους στήλας· ἔνιοι αὐτὰς νήσους φασίν, οἱ δὲ προσχώματα, οἱ δὲ τῶν ἠπείρων ἄκρας, οἱ δὲ πόλεις· καὶ οἱ μὲν δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ γὲ μίαν, οἱ δὲ τέσσαρας. Platonem apparet eo nomine designare omnino fretum Gaditanum; hoc est enim istud στόμα sive ostium, cujus mentionem iniicit. Proxima respiciuntur in Critia p. 108. E. οἱ τῆς Ἀτλαντίδος νήσου βασιλῆς, ἣν δὴ Λιβύης καὶ Ἀσίας μείζω νῆσον οὖσαν ἔφαμεν εἶναί ποτε, νῦν δὲ ὑπὸ σεισμῶν δῦσαν ἄπορον πηλὸν τοῖς ἐνθένδε ἐκπλέουσιν ἐπὶ τὸ πᾶν πέλαγος.

P. 25. τάδε μὲν γὰρ ὅσα ἐντὸς τοῦ στ.] Intelligit mare internum, quod vulgo appellant mediterraneum. Similiter Phaedon. p. 109. B. ἔτι τοίνυν, ἔφη, πάμμεγά τι εἶναι αὐτό, καὶ ἡμᾶς οἰκεῖν τοὺς μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος ἐν σμικρῷ τινὶ μορίῳ, ὥσπερ περὶ τέλμα μύρμηκας ἢ βατράχους περὶ τὴν θάλατταν οἰκοῦντας. Deinde iungas verba in hunc modum: ἐκεῖνο δὲ πέλαγος ὄντως ὀρθότατ' ἂν λέγοιτο πέλαγος, ἥ τε περιέχουσα αὐτὸ γῆ παντελῶς ἀληθῶς ἤπειρος, (sc. ὀρθότατ' ἂν λέγοιτο): in qua verborum structura frustra se torsit Lindavius. Dicit autem verum illud esse πέλαγος, quoniam πέλαγος, Hesychio interprete, proprie est μέγεθος, πλῆθος, πλάτος θαλάσσης. de quo usu vocabuli disseruit Stanleius ad Aeschyl. Prom. v. 745. Et terram illi mari circumiectam item verissime appellari ait ἤπειρον, h. e. immensam, infinitam, ἄπειρον: ludit enim in vocabuli originatione, quo vult significari terram, quae quasi nullos terminos ac fines habeat.

B. τῶν ἐντὸς τῇδε Λιβύης —] Τὰ ἐντὸς τῇδε dictum est δεικτικῶς, interiores hae Libyae partes: sunt enim haec verba Aegyptii. De μέχρι πρός v. ad Cratyl. p. 412. E.

στόματος πάντα τόπον μιᾷ ποτ' ἐπεχείρησεν ὁρμῇ δουλοῦσθαι. τότε οὖν ὑμῶν, ὦ Σόλων, τῆς πόλεως ἡ δύναμις εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαφανὴς ἀρετῇ τε καὶ ῥώμῃ ἐγένετο· πάντων γὰρ προστᾶσα εὐψυχίᾳ καὶ τέχναις ὅσαι κατὰ πόλεμον, τὰ μὲν τῶν Ἑλλή-
C νων ἡγουμένη, τὰ δ' αὐτὴ μονωθεῖσα ἐξ ἀνάγκης τῶν ἄλλων ἀποστάντων, ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους ἀφικομένη κινδύνους, κρατήσασα μὲν τῶν ἐπιόντων τρόπαια ἔστησε, τοὺς δὲ μήπω δεδουλωμένους διεκώλυσε δουλωθῆναι, τοὺς δὲ ἄλλους, ὅσοι κατοικοῦμεν ἐντὸς ὅρων Ἡρακλείων, ἀφθόνως ἅπαντας ἠλευθέρωσεν.

C. τρόπαια ἔστησε] Sic Par. A. Vat. ρ. Flor. x. Editt. omnes τρ. ἀνέστησε.

χαλεπῆς ἐπελθούσης] Sic scripsi ex Par. A. Flor. x. Editt. omnes ἐλθούσης. Proprium est ἐπελθεῖν de malis subito adventantibus.

D. τό τε παρ' ὑμῖν μάχιμον] V. παρ' ὑμῶν, quod ex Ven. Ξ. Par. YS. Mon. Ambr. s. x. Laur. Ricard. Par. Flor. a. b. c. β. n. o. Tub. correximus. Etiam Par. A. ὑμῖν, teste Bastio.

εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαφανής] Constructionem illustravimus ad Gorg. p. 526. B. Protagor. p. 312. A. Sympos. p. 179. B.

C. τὰ δ' αὐτὴ μονωθεῖσα] h. e. partim a sociis deserta. Menex. p. 245. D. ὅμως δ' οὖν ἐμονώθημεν πάλιν. Quemadmodum vero alibi dicitur αὐτὸς μόνος et εἷς μόνος, Lat. unus solus, ut Phaedr. p. 267. B. μόνος αὐτὸς εὑρηκέναι ἔφη ὧν δεῖ λόγων τέχνη. De Rep. VII. p. 527. B. μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται: sic nunc iungitur αὐτὴ μονωθεῖσα. Mox ne quis requirat potius hoc: τοὺς δὲ οὔπω δεδουλωμένους, recte μήπω dicitur, quoniam sententia haec est: εἰ δέ τινες μήπω δεδουλωμένοι ἦσαν, τούτους διεκώλυσε δουλ.

D. τό τε παρ' ὑμῖν μάχιμον] Sic dudum reposuimus pro vulg. ὑμῶν, quod ita demum aliquam excusationem haberet, si verbum esset adiunctum, quod genitivum ferret aut requireret. Itaque non video, cur nuperi editores dativum, nec in paucis codicibus repertum illum, revocare noluerint.

πηλοῦ κάρτα βραχέος —] Vett. editt. καταβραχέος, quod vel ideo reiiciendum putamus, quia καταβραχὺς ab usu loquendi alienum est. Edit. Bas. 2. κάρτα βραχέος, quod tuetur Lindavius. Sed etsi κάρτα verum est, quod etiam Schol. habuit, qui interpretatur λίαν, μεγάλως, tamen βραχέα dicitur de brevibus quidem et syrtibus, h. e. de locis vadosis, non item de coeno et luto. Quocirca Bekkerus κάρτα βαθέος dedit ex uno codice. Id autem vereor ne ex praepostera fluxerit emendatione. Scribe πηλοῦ κάρτα τραχέος, h. e. quum lutum

ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ σεισμῶν ἐξαισίων καὶ κατακλυσμῶν γενομένων, μιᾶς ἡμέρας καὶ νυκτὸς χαλεπῆς ἐπελθούσης, τό τε παρ' ὑμῖν μάχιμον πᾶν ἀθρόον ἔδυ κατὰ D γῆς, ἥ τε Ἀτλαντὶς νῆσος ὡσαύτως κατὰ τῆς θαλάσσης δῦσα ἠφανίσθη· διὸ καὶ νῦν ἄπορον καὶ ἀδιερεύνητον γέγονε τὸ ἐκεῖ πέλαγος, πηλοῦ κάρτα βραχέος ἐμποδὼν ὄντος, ὃν ἡ νῆσος ἱζομένη παρέσχετο.

Τὰ μὲν δὴ ῥηθέντα, ὦ Σώκρατες, ὑπὸ τοῦ παλαιοῦ Κριτίου κατ' ἀκοὴν τὴν Σόλωνος, ὡς συντό- E μως εἰπεῖν, ἀκήκοας· λέγοντος δὲ δὴ χθὲς σοῦ περὶ πολιτείας τε καὶ τῶν ἀνδρῶν, οὓς ἔλεγες, ἐθαύμα-

Idem confirmant Bas. 2. et Flor. x. in quibus παρ' ἡμῖν scriptum extat.

κατὰ τῆς θαλάσσης] Par. S. Vat. Ο. Flor. n. x. θαλάττης. v. ad Menex. p. 241. A.

πηλοῦ κάρτα βραχέος ἐμποδὼν] Vett. editt. καταβραχέος. Ambr. x. καταβραχέως. Edit. Bas. 2. κάρτα βραχέος. Par. A. κάρτα βαθέος, et in marg. καταβραχέος.

E. περὶ πολιτείας τε καὶ τῶν ἀνδρῶν] Florentini τε omittunt. Sed iidem cum Par. A. Vat. Θ. Tub. ceteris plurimis τῶν addunt, quod vulgo aberat.

admodum scabrum et confragosum impedimento sit, quod in Critia ἄπορος πηλός. Schol. τοῦτο καὶ οἱ τοὺς ἐκείνη τόπους ἱστοροῦντες λέγουσιν, ὡς πάντα τεναγώδη τὸν ἐκεῖ εἶναι χῶρον. τέναγος δέ ἐστι ἰλύς τις ἐπιπολάζοντος ὕδατος οὐ πολλοῦ καὶ βοτάνης ἐπιφανομένης τούτῳ, ἢ πηλώδη πελάγη ἢ διάβροχοι καὶ κάθυγροι τόποι. Ad rem ipsam pertinent quae scripsit Perizonius ad Aelian. V. H. III. 18. Quod illuc navigantes, inquit, luto dein inhibitos tradiderunt Aegyptii, etiam hoc firmatur aliquatenus ex Aristotele De Mirab. Audit. p. m. 1165. ubi narrat Gaditanos quosdam aliquando ventis iactatos devenisse in quaedam loca deserta, alga et iunco obsita, quae minima exundatione mergerentur. Verisimile prorsus, illos, qui Aegyptiis retulerunt Atlantidem a se inveniri non potuisse, et luto ac coeno inhibitam suam navigationem, in eadem appulisse loca.

E. λέγοντος δὲ δὴ χθὲς σοῦ περὶ π.] Apparet ex his verbis luculentissime, quid propositum sit illi Critiae fabulae. Voluit enim Plato per eam declarare ac patefacere, civitatis perfectae imaginem, quam depinxerit, utique in homines convenire perfectiores ac diis ipsis propinquiores, quales viderint priscae aetatis tempora. conf. p. 26. D. — οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, non aberrans a fine et proposito; v. ad Phaedrum p. 278. D. quod alibi est πρὸς λόγον, accommodate ad disputationem, ut Phileb. p. 42. E. Mox διὰ χρόνου est propter longum temporis intervallum.

ζον ἀναμιμνησκόμενος αὐτά, ἃ νῦν λέγω, κατανοῶν ὡς δαιμονίως ἔκ τινος τύχης οὐκ ἄπο σκοποῦ ξυνηνέχθης τὰ πολλὰ οἷς Σόλων εἶπεν. οὐ μὴν ἐβουλή-
26 θην παραχρῆμα εἰπεῖν· διὰ χρόνου γὰρ οὐχ ἱκανῶς ἐμεμνήμην. ἐνενόησα οὖν, ὅτι χρεὼν εἴη με πρὸς ἐμαυτὸν πρῶτον ἱκανῶς πάντα ἀναλαβόντα λέγειν οὕτως. ὅθεν ταχὺ ξυνωμολόγησά σοι τὰ ἐπιταχθέντα χθές, ἡγούμενος, ὅπερ ἐν ἅπασι τοῖςδε μέγιστον ἔργον, λόγον τινὰ πρέποντα τοῖς βουλήμασιν ὑποθέσθαι, τούτου μετρίως ἡμᾶς εὐπορήσειν. οὕτω δή, καθάπερ ὅδ' εἶπε, χθές τε εὐθὺς ἐνθένδε ἀπιὼν
B πρὸς τούςδε ἀνέφερον αὐτὰ ἀναμιμνησκόμενος, ἀπελθών τε σχεδόν τί ἅπαντα ἐπισκοπῶν τῆς νυκτὸς ἀνέλαβον. ὡς δή τοι, τὸ λεγόμενον, τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνημεῖον, ἐγὼ γὰρ ἃ μὲν

αὐτὰ, ἃ νῦν λέγω] Vat. 0. Flor. b, c, x. ταῦτα. quod cave probaveris. v. ad Lysid. p. 204. B. Charmid. p. 166. B. Mox Laur. ὡς δαιμονίου ἔκ τινος τ.

P. 26. B. ὡς δή τοι, τὸ λεγόμενον] V. ὡς δή τι, quod correctum ex Par. ASY. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Ambr. x. Laur. Ricard. Pal. Vat. ϙ. Flor. a. c. n. o.

P. 26. πρὸς ἐμαυτὸν — ἀναλαβόντα λέγειν οὕτως] Saepenumero οὕτως ita post participium inferri tralaticium; v. ad Phaedon. p. 61. C. Locutione vero ἀναλαμβάνειν τι πρὸς ἑαυτὸν, secum denuo aliquid reputare, memoria repetere, Plato usus est etiam Hipp. mai. p. 288. A. φέρε δή, ὦ Ἱππία, πρὸς ἐμαυτὸν ἀναλάβω ἃ λέγεις. Sic dein ἐπισκοπῶν τῆς νυκτὸς ἀνέλαβον. Mox pro βουλήμασιν Stephanus προβλήμασιν legendum censuit. Ac sane Ficinus: Quod propositae rei congrueret. Neque tamen veterem lectionem improbaverim. Sunt enim βουλήματα ea, quae spectantur. Legg. VII. p. 802. C. ἐξημούμενος — τὰ τοῦ νομοθέτου βουλήματα. — πρὸς τούςδε ἀνέφερον αὐτὰ ἀναμ., ad hosce retuli illa repetens eorum memoriam.

B. ὡς δή τοι, τὸ λεγόμενον, τὰ π.] quippe revera; nam profecto. v. ad Reip. II. p. 366. C. Phaedr. p. 242. C. Ac ne hoc loco τοι suspectum habeas, recordandum est voculam maxime in afferendis sententiis generalioribus et communibus frequentari solere, qua de re scripsimus annot. ad Sympos. c. 219. A. In proximis, οὐκ ἂν οἶδ' εἰ δυναίμην, istud ἂν paullulum traiectum ad optativum pertinet. Neque enim audiendus Hartungius est De particulis linguae Graecae T. II. p. 310. natum illud existimans ex ἄρ', quo restituto optativi rationem nullam reddere poteris. Eandem ha-

χθὲς ἤκουσα, οὐκ ἂν οἶδ᾽ εἰ δυναίμην ἅπαντα ἐν μνήμῃ πάλιν λαβεῖν· ταῦτα δὲ, ἃ πάμπολυν χρόνον διακήκοα, παντάπασι θαυμάσαιμ᾽ ἂν εἴ τί με αὐτῶν διαπέφευγεν. ἦν μὲν οὖν μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ παιδιᾶς τότε ἀκουόμενα, καὶ τοῦ πρεσβύτου προ- C
θύμως με διδάσκοντος, ἅτ᾽ ἐμοῦ πολλάκις ἐπανερωτῶντος, ὥςτε οἷον ἐγκαύματα ἀνεκπλύτου γραφῆς ἔμμονά μοι γέγονε. καὶ δὴ καὶ τοῖςδε εὐθὺς ἔλεγον ἕωθεν αὐτὰ ταῦτα, ἵνα εὐποροῖεν λόγων μετ᾽ ἐμοῦ. νῦν οὖν, οὗπερ ἕνεκα πάντα ταῦτα εἴρηται, λέγειν εἰμὶ ἕτοιμος, ὦ Σώκρατες, μὴ μόνον ἐν κεφαλαίοις, ἀλλ᾽ ὥςπερ ἤκουσα καθ᾽ ἕκαστον. τοὺς δὲ πολίτας καὶ τὴν πόλιν, ἣν χθὲς ἡμῖν ὡς ἐν μύθῳ διήεισθα σύ, μετενεγκόντες ἐπὶ τἀληθὲς δεῦρο θήσομεν ὡς D
ἐκείνην τήνδε οὖσαν, καὶ τοὺς πολίτας, οὓς διενοοῦ,

C. ἀνεκπλύτου γραφῆς] V. μοι post ἐγκαύματα interpositum, quod recte om. libri plurimi iique etiam praestantissimi. Pro γραφῆς Flor. n. x. Vat. o. βαφῆς. male.

πάντα ταῦτα εἴρηται] ταῦτα inserui ex Par. A.

διήεισθα σύ, μετ.] Addunt σύ Par. AF. Vat. Θ. Tub. In aliis est lacuna. Pro σύ Flor. a. b. c. x. νῦν.

hes orationis formam Eurip. Med. v. 911. οὐκ οἶδ᾽ ἂν εἰ πείσαιμι, πειρᾶσθαι δὲ χρή. Alcest. v. 49. οὐ γὰρ οἶδ᾽ ἂν εἰ πείσαιμί σε. Aristoph. Avv. v. 1018. νὴ Δί᾽, ὡς οὐκ οἶδά γ᾽ εἰ φθαίης ἄν. quae exempla attulerunt A. Matthiae Gr. §. 598. et P. Elmsleius ad Med. l. c. Xenoph. Cyrop. V. 4, 12. cod. manuscr. Guelferb. οὐκ οἶδ᾽ ἂν εἰ ἐκτησάμην παῖδά ποτε τοιοῦτον. ubi vulgo οὐκ οἶδα εἰ ἐκτησάμην παῖδ᾽ ἄν ποτε scribunt. Demosth. De falsa leg. p. 441. 21. οὐδ᾽ ἂν εἷς εὖ οἶδ᾽ ὅτι φήσειεν. Quippe adhaesit in talibus ἂν principali enuntiati parti, ut statim a principio animadvertatur sententiam hypotheticam, quae infertur, aliunde esse suspensam. Quae orationis forma simillima est illi, qua ἂν verbis putandi, existimandi, credendi, vel etiam negationi iis iunctae adiicitur, licet ad infinitivum inde pendentem referendum sit. Recte de his iudicavit Hermannus De Particula ἄν p. 195. cui Hartungius ut saepe iniuria oblocutus est.

C. καὶ τοῦ πρεσβύτου προθύμως με δ.] quum etiam senex me lubenter edoceret quippe saepenumero cupide sciscitantem. Nihil igitur egit qui coniecit scribendum esse: ἅτε τοῦ πρεσβύτου προθύμως με διδάσκοντος καὶ ἐμοῦ πολλάκις ἐπ. De proximis confer Themist. Orat. XVI. p. 259. ed. Dind. καὶ ταῦτα μάλιστα προςκαθεδεῖται καὶ ἐμμενεῖ τῇ μνήμῃ ἀνεξέ-

φήσομεν ἐκείνους τοὺς ἀληθινοὺς εἶναι προγόνους ἡμῶν, οὓς ἔλεγεν ὁ ἱερεύς· πάντως ἁρμόσουσι, καὶ οὐκ ἀπᾳσόμεθα λέγοντες αὐτοὺς εἶναι τοὺς ἐν τῷ τότε ὄντας χρόνῳ. κοινῇ δὲ διαλαμβάνοντες ἅπαντες πειρασόμεθα τὸ πρέπον εἰς δύναμιν οἷς ἐπέταξας ἀποδοῦναι. σκοπεῖν οὖν δὴ χρή, ὦ Σώκρατες, εἰ
E κατὰ νοῦν ὁ λόγος ἡμῖν οὗτος, ἤ τινα ἔτ' ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ ζητητέον.

ΣΩ. Καὶ τίν' ἄν, ὦ Κριτία, μᾶλλον ἀντὶ τούτου μεταλάβοιμεν, ὃς τῇ τε παρούσῃ τῆς θεοῦ θυσίᾳ διὰ τὴν οἰκειότητα ἂν πρέποι μάλιστα, τό τε μὴ

D. οὐκ ἀπᾳσόμεθα] V. ἀπωσόμεθα, quod recte Steph. in Ann. p. 49. mutari voluit in ἀπᾳσόμεθα. Id ipsum Par. A. Flor. x. exhibuerunt.

ἅπαντες πειρασόμεθα] V. πάντες. Par. A. ἅπαντες. Idem ex corr. διαλαμβάνοντας ἅπαντας τοὺς ἄνους πειρασόμεθα.

σκοπεῖν οὖν δὴ χρή] Pro δή χρή, quod suppeditavit Par. A., vulgo δεῖ scribebatur.

E. καὶ τίν' ἄν, ὦ Κρ.] ἂν vulgo post μεταλάβοιμεν interpositum cum Par. A. hoc loco interposuimus.

ἂν πρέποι μάλιστα] Vat. ο. Flor. x. πρέποι ἄν.

ἄλλους ἀνευρήσομεν] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. Σ. Vulgo λειπτα καὶ ἀνέκπλυτα. De Rep. IV. p. 429. E. ὅπως ἡμῖν ὅ τι κάλλιστα τοὺς νόμους πεισθέντας δέξοιντο ὥςπερ βαφήν, ἵνα δευσοποιὸς αὐτῶν ἡ δόξα γίγνοιτο. Hierax apud Stob. p. 221. ἡ κακία τὸν ἀδικεῖν διανοούμενον λυμαίνεται καὶ τῷ ἐπ' αὐτῆς ἰῷ χρώζει δευσοποιῷ τῇ βαφῇ. unde patet origo scripturae βαφῆς. v. Ruhnk. ad Tim. Gloss. p. 76. Ceterum de picturae genere encausto nuper multi inter nostrates scripsere; hic sufficiet laudasse Plinium H. XXXV. N. 4. 7. et 11. ex quo perspicuum est ceras super loco pingendo expansas atque variis coloribus tinctas inuri solitas esse. Itaque Critias hoc dicit, omnia quae ab avo tum temporis audiverit, in animo suo tanquam inustos colores picturae indelebilis firmiter haesisse.

D. πάντως ἁρμόσουσι—] De hoc asyndeto, quod in asseveratione frequens est, conf. Apol. p. 33. D. Sympos. p. 173. B. Politic. p. 268. E. Heindorf. ad Theaet. p. 143. A. Ast. ad Legg. p. 10. — οὐκ ἀπᾳσόμεθα, h. e. πλημμελήσομεν. Hipp. mai. p. 292. C. ὅςτις — οὕτως ἀμούσως πολὺ ἀπῇσας ἀπὸ τοῦ ἐρωτήματος. Similiter Phaedon. p. 92. C. οὗτος οὖν σοι ὁ λόγος ἐκείνῳ πῶς ξυνᾴσεται; Utitur autem hac imagine propter antegressum πάντως ἁρμόσουσιν, quod qui non animadverterunt, temere scripserunt ἀπωσόμεθα.

E. μᾶλλον ἀντὶ τούτου μεταλάβοιμεν] V. Matthiae Gr. 9. 365. ann. 1. In proximis constructio paullulum inflexa est, quae sic fere proce-

πλασθέντα μῦθον ἀλλ' ἀληθινὸν λόγον εἶναι πάμμεγά που. πῶς γὰρ καὶ πόθεν ἄλλους ἀνευρήσομεν ἀφέμενοι τούτων; οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀγαθῇ τύχῃ χρὴ λέγειν μὲν ὑμᾶς, ἐμὲ δὲ ἀντὶ τῶν χθὲς λόγων νῦν 27
ἡσυχίαν ἄγοντα ἀντακούειν.

ΚΡ. Σκόπει δὴ τὴν τῶν ξενίων σοι διάθεσιν, ὦ Σώκρατες, ᾗ διέθεμεν. ἔδοξε γὰρ ἡμῖν Τίμαιον μέν, ἅτε ὄντα ἀστρονομικώτατον ἡμῶν καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιημένον, πρῶτον λέγειν ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τελευτᾶν δὲ εἰς ἀνθρώπων φύσιν· ἐμὲ δὲ μετὰ τοῦ-

εὑρήσομεν. Florentini et alii non pauci ἂν εὑρήσομεν, quo scriptura recepta confirmatur.

P. 27. ἄγοντα ἀντακούειν] Sic Par. A. Mon. Ambr. s. x. Laur. Ricard. Palat. Vat. or. Florentini. Legebatur olim ἀκούειν.

ἅτε ὄντα ἀστρονομ.] ὄντα ex Par. A. Vat. Θ. Vind. Par. FSY. Ambr. s. x. Laur. Pal. Ricard. Vat. or. Florentinis nunc restitutum in vett. editt. desideratur.

τελευτᾶν δὲ εἰς ἀνθρ. φ.] Sic Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Laur. Vat. or. Flor. b. β. o. x. Legebatur olim τελευτῶντα.

dere debebat: ὃς — ἂν πρέποι μάλιστα καὶ μὴ πλασθεὶς μῦθός ἐστιν, ἀλλ' ἀληθινὸς λόγος. Sed nimirum ut ab inchoato recederetur orationis tenore, istud πάμμεγά που effecit. — ἄλλους, sc. λόγους.

ἀλλ' ἀγαθῇ τύχῃ χρὴ λέγειν] Similiter Sympos. p. 177. D. ἀλλ' ἀγαθῇ τύχῃ καταρχέτω Φαῖδρος καὶ ἐγκωμιαζέτω τὸν Ἔρωτα.

P. 27. καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς μάλιστα ἔργον πεποιημένον] et qui maxime id dedit operam, ut naturam rerum universitatis cognosceret. Aristides De rhetor. Orat. XLV. T. II. p. 55. ed. Dind. εἰ δὲ ἃ δοκοίη τοῖς ἀκροωμένοις, ταῦτ' ἔργον ἐπεποίηντο λέγειν οἱ ῥήτορες καὶ ταῦτ' ἐπηῦξον, κ. τ. λ. Vides autem vel ex hoc loco et ex p. 28. B. mundum vel rerum universitatem promiscue variis appellari nominibus. Vocatur enim τὸ πᾶν, ut p. 29. B. D. 31. B. 37. D. 41. D. E. 47. A. 48. A. E. 53. A. 55. C. 81. B. 88. D. E. 90. D., quod item fit in aliis libris, veluti Phileb. p. 27. E. 29. B. C. 30. A. D. 64. A. Cratyl. p. 412. D. al. Porro dicitur ὁ οὐρανός, ut p. 31. A B. 32. B. 41. B. 36. E. 38. B. 48. B. 62. C. 63. B. 81. A. 92. qui usus etiam alibi observari potest, ut Legg. X. p. 886. C. 905. E. 906. A. 902. B. Denique frequentissimum est nomen τοῦ κόσμου, quod Platoni prorsus idem esse evincit locus p. 28. B. conf. p. 294. B. 30. B. 55. C. 40. A. 92. al. Quanquam proprie illis temporibus κόσμος appellatum est coelum cum sideribus, cuius

τον, ὡς παρὰ μὲν τούτου δεδεγμένον ἀνθρώπους τῷ B λόγῳ γεγονότας, παρὰ σοῦ δὲ πεπαιδευμένους διαφερόντως αὐτῶν τινάς, κατὰ δὲ τὸν Σόλωνος λόγον τε καὶ νόμον εἰςαγαγόντα αὐτοὺς ὡς εἰς δικαστὰς ἡμᾶς ποιῆσαι πολίτας τῆς πόλεως τῆςδε ὡς ὄντας τοὺς τότε Ἀθηναίους, οὓς ἐμήνυσεν ἀφανεῖς ὄντας ἡ τῶν ἱερῶν γραμμάτων φήμη, τὰ λοιπὰ δὲ ὡς περὶ πολιτῶν καὶ Ἀθηναίων ὄντων ἤδη ποιεῖσθαι τοὺς λόγους.

ΣΩ. Τελέως τε καὶ λαμπρῶς ἔοικα ἀνταπολήψεσθαι τὴν τῶν λόγων ἑστίασιν. Σὸν οὖν ἔργον

B. ὡς εἰς δικαστὰς ἡμᾶς] Editt. omnes ἡμᾶς, quod in ὑμᾶς mutant Flor. β. κ. Par. S. Mon. Ambros. s.

λέγειν ἂν εἴη] εἴη om. Par. A. Vat. Ο ϛ. Flor. x. male. Sed nimirum solet alibi εἶναι apud formulam σὸν ἔργον fere omitti.

C. ἐπικαλέσαντα κατὰ νόμον] Sic Par. A. Vett. editt. καλέσαντα.

appellationis auctor fertur Pythagoras fuisse. v. Ernesti ad Xenoph. Memorab. I. 1, 11. Stanlei. et Blomfield. ad Aeschyl. Agam. v. 6. intpp. ad Diog. Laert. VIII. 48. Plin. H. N. II. 1. Bentlei. Respons. ad Boyl. p. 347. ed. Lips. Naeke Sched. Critt. p. 10 sqq.

ἀνθρώπους τῷ λόγῳ γεγονότας] V. ad Remp. II. p. 361. B. p. 370. D. VIII. p. 564. D. unde istud τῷ λόγῳ suam lucem accipiat.

κατὰ δὲ τὸν Σόλωνος λόγον —] Hic eluenda macula est, quae nescio quo modo in libris omnibus haeret. Neque enim video, quid sibi nunc hoc δὲ velit, quod molestissime turbat orationis decursum. Repone igitur κατὰ δὴ τὸν Σ. λόγον. Visum est nobis, inquit, me post Timaeum tanquam homines oratione formatos ab hoc accipientem, a te vero quosdam eorum insigniter institutos, iam eosdem secundum Solonis orationem et legem ad nos tanquam iudices adductos cives huius civitatis exhibere, perinde ac si hi essent, qui tunc fuissent Athenienses. Istud ὡς εἰς δικαστὰς ἡμᾶς noto Graecismo dictum pro εἰς ἡμᾶς ὡς εἰς δικαστάς. v. Legg. IV. p. 714. E. V. p. 735. E. X. p. 905. B. Reip. VIII. p. 545. E. infra p. 79. A. Protagor. p. 337. E. et quae collegit Schaefer. Praefat. ad Iulian. p. XX. et Dionys. De compos. verbor. p. 328.

Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε δὴ πάντες — μετέχουσιν] Post μετέχουσιν intelligas ποιοῦσι, quo facto quae deinceps adiiciuntur, per epexegesin quandam accedunt, haudquaquam illam infrequentem, sicuti docebunt quae consignavimus ad Apolog. p. 22. A. Men. p. 95. C. Symp. p. 198. C. Phaed. p. 61. A. Ion. p. 533. D. E. Reip. III. p. 416. B. al. conf. Matthiae Gr. §. 632. 2. et ann. ad Eurip. Hecub. v. 777. Ad huius loci similitu-

λέγειν ἂν εἴη, ὦ Τίμαιε, τὸ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, C ἐπικαλέσαντα κατὰ νόμον θεούς.

ΤΙ. Ἀλλ᾽, ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε δὴ πάντες, ὅσοι καὶ κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσιν, ἐπὶ παντὸς ὁρμῇ καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος θεὸν ἀεί που καλοῦσιν· ἡμᾶς δὲ τοὺς περὶ τοῦ παντὸς λόγους ποιεῖσθαί πῃ μέλλοντας, ᾗ γέγονεν ἢ καὶ ἀγενές ἐστιν, εἰ μὴ παντάπασι παραλλάττομεν, ἀνάγκη θεούς τε καὶ θεὰς ἐπικαλουμένους εὔχεσθαι πάντα κατὰ νοῦν ἐκείνοις μὲν μάλιστα, ἑπομένως δὲ ἡμῖν

ἐπὶ παντὸς ὁρμῇ] Sic Par. AF. Vat. o. Flor. x. et rec. Vat. Θ. Legebatur olim *ἐπὶ πάσῃ*.

περὶ τοῦ παντὸς λ. π.] *τοῦ* insertum ex Par. A. Vat. o. Dein *ᾗ γέγονεν* Par. AS. Ven. Σ. Mon. Ambr. s. Flor. β'. Olim scribebatur *εἰ γέγονεν*. Plurimi libri *ἢ γέγονεν*.

πάντα κατὰ νοῦν] V. *πάντας*, quod unus Ven. Ξ. tenet.

dinem proxime accedit Sophocl. Aiac. v. 1038 sq. quem verissime explicuit Hermann.

ᾗ γέγονεν ἢ καὶ ἀγενές ἐστι] De huius loci lectione iam a veteribus multum dubitatum est. Audiamus Proclum I. p. 61. *οἱ μέν*, inquit, *ἐξηγήσαντο τὸ μὲν πρότερον ἢ δασύνοντες, τὸ δὲ δεύτερον ψιλώσαντες· οἱ δὲ ἀμφότερα ἐδάσυναν. Πορφύριος δὲ καὶ Ἰάμβλιχος ἀμφότερον ψιλοῦσιν, ἵνα ᾖ τὸ λεγόμενον, πότερον γέγονε τὸ πᾶν ἢ ἀγενές ἐστιν. ἔσονται ἄρα οἱ λόγοι περὶ τοῦ παντὸς διδασκαλίας ἕνεκα προϊόντες ἀπ᾽ ἀρχῆς ὁρμώμενοι ταύτης, εἴτε γέγονεν ὁ κόσμος εἴτε ἀγέννητός ἐστιν.* Videntur igitur Porphyrius et Iamblichus non quidem *εἰ γέγονεν* probavisse, quod vulgo legebatur, sed duplex *ἢ* pro *πότερον — ἢ* accepisse: in quo tamen lapsi sunt mirifice, siquidem illud epicae tantum linguae convenit, a prosa oratione abhorret; v. Elmsl. ad Sophocl. Oed. Col. v. 80. Hermann. ad Med. 480. Itaque optio relinquitur inter *ᾗ γέγονε* et *εἰ γέγονε*. Ex quibus utrum praeferendum sit, nobis quidem non videtur dubium esse posse. Nam primum quidem *εἰ* a codicibus parum habet commendationis. Deinde Procli narratio antiquitus *ᾗ* potius quam *εἰ* lectum fuisse luculentissime demonstrat. Denique ipsa sententia *ᾗ* requirit. Neque enim Timaeus de eo tantum disputaturus est, utrum rerum universitas ortum habuerit necne, sed illud potius explicare constituit, quatenus res originem habuerint et quatenus ea careant. Distinguit enim duo genera rerum, alterum earum, quae sempiternae sint nec umquam ortae, alterum illarum, quae quoniam mutabiles sint atque fluxae, etiam natae esse aliquando censeri debeant. Quod vero inter veteres criticos fuerunt, qui etiam alterum *ᾗ* scribi vellent *ᾗ*, isti non intellexerunt, quod sane mirabile dictu est, post *ᾗ* denuo ex antecedentibus *ᾖ* esse assumendum.

D εἰπεῖν. καὶ τὰ μὲν περὶ θεῶν ταύτῃ παρακεκλήσθω· τὸ δ' ἡμέτερον παρακλητέον, ᾗ ῥᾷστ' ἂν ὑμεῖς μὲν μάθοιτε, ἐγὼ δὲ ᾗ διανοοῦμαι μάλιστ' ἂν περὶ τῶν προκειμένων ἐνδειξαίμην.

D. ὑμεῖς μὲν μάθοιτε] V. soloece μάθητε, quod ex optimis libris emendatum.

καὶ τὰ μὲν περὶ θεῶν ταύτῃ —] Duplici ludit verbi παρακαλεῖν significatione, quod de diis dictum invocandi ac precandi vim habet, ut Legg. II. p. 666. B. X. p. 893. B. alias advocandi, provocandi, cohortandi potestate usurpatur, veluti Phaedr. p. 233. D. Itaque sententia verborum haec est: Atque ita dii quidem invocati sunto; quod autem ad nos attinet, ad eam viam sumus sevocandi, qua vos quidem rem facillime intelligere possitis, ego autem, quomodo sentiam maxime de proposito argumento declarare valeam. Sed nimirum rursus hic labes insedit aliqua. Nam pro ᾗ διανοοῦμαι haud dubie scribendum ἃ διανοοῦμαι. Alioquin certe duplex istud ᾗ molestiam creabit.

D. Ἔστιν οὖν δὴ κατ' ἐμὴν δόξαν —] Incipit ab hoc loco Ciceronis interpretatio, quam hic statim profiteri licebit parum fidam atque diligentem nobis videri, ut usum criticum paene nullum aut saltem perexiguum habeat. Quocirca paucis tantum locis eius habebimus rationem, praesertim quum tanta sit rerum illustrandarum copia et multitudo, ut examinandis antiquis versionibus operam perdere piaculum ducamus. Atque statim hic in limine disputationis a Timaeo ordiendae quaedam exposuisse iuvabit, quae ad sententiarum vim auctoritatemque illustrandam nonnihil valeant. Videmur enim iure quodam nostro arbitrari Platonem hic suam rationem cum Philolai de rerum natura decretis sapientissime in unum coniunxisse. Censet enim Timaeus, quod tanquam universae disputationis ponit fundamentum, duo esse rerum genera, quorum alterum sempiterna, immutabilia, et ab oriendi intereundique vicissitudine libera atque immunia habeat; alterum ea, quae generationi et mutationi subiecta sint, complectatur. Horum illud mente et ratione cognosci; hoc percipi tantum sensu et opinione. Quodcunque vero fiat, id a causa aliqua effici necesse esse. Opificem denique vel auctorem alicuius rei, si aeternum ob oculos exemplar habeat, rem pulcram perfectamque esse effecturum; sin exemplar ab vicissitudinis et mutationis necessitate non immune respiciat, vile quiddam et imperfectum in lucem producturum. Iam vero rerum universitatem in numero eorum esse, quae sensibus percipiantur atque mutationi obnoxia sint. Quaeri ergo de eius exemplari. Non posse vero dubitari, quin eius auctor atque conditor respexerit exemplar praestantissimum ad eiusque similitudinem eam formaverit. Enimvero distinxit hic Plato atque more suo seiunxit mundum, ut ita dicam, adspectabilem ab intelligibili vel cogitabili, atque hunc

"Εστιν οὖν δὴ κατ' ἐμὴν δόξαν πρῶτον διαιρετέον τάδε, τί τὸ ὂν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν ἀεί, ὂν δὲ οὐδέποτε; τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν, τὸ δ',

τὸ γιγνόμενον μὲν ἀεί] ἀεί ex Par. AF. et rec. Vat. Θ. additum.

voluit eorum, quae natura fierent, esse aeternum exemplar. Quod philosophi placitum admodum est pervulgatum. conf. infra p. 50. C. Phaedon. p. 99. A sqq. De Rep. V. p. 479. VI. 509. Sophist. p. 248. A. Iam vero deum mundum intelligibilem, h. e. ideas, facit intuentem, ad eiusque exemplum hanc rerum universitatem procreantem. Enimvero ea est numinis divini vis et maiestas, ut, quemadmodum deus in libris sacris sola voluntate sua eaque absoluta et perfecta omnia procreat, ita idem apud Platonem cogitando et intelligendo rerum vim naturamque efficiat. Sunt enim ideae aeternae numinis divini cogitationes, obiective spectatae, quae in hac adspectabili rerum natura illius vi et efficientia expressae cernuntur. Iam vero consideres quaeso, quam prope haec accedant ad Philolai sententiam. Is enim rerum naturam ortam voluit esse ex finito atque infinito, quae moderante aliqua causa conflata atque iusto temperamento mixta sint. Enimvero quod ille τὸ πέρας ἔχον (finiens atque finitum) esse statuit, id Plato retulit ad ideas: infinitum porro illius voluit esse materiam corporum: mixtum rerum universitatem sive hunc mundum interpretatus est; denique τὸ αἴτιον Philolai est Platonis deus, qui materiae moli ad idearum similitudinem formam rationemque attribuit eoque modo eidem impertiit οὐσίαν. Confudisse Platonem isto modo suam de ideis doctrinam ex Heracliteorum et Eleatarum placitis repetitam cum decretis Pythagoreorum, copiose docebimus in Prolegg. ad Parmenidem, quem librum etiam nunc a nullo interprete satis intellectum ad doctrinae Platonicae illustrationem ipso adeo Timaeo multo graviorem esse arbitramur. Ceterum totum qui sequitur locum multi vel commemorarunt vel respexerunt, veluti Clemens Alex. Strom. V. p. 253. et in Protrept.; Iustinus Mart. Cohortat. ad Graecos, et in Dialogo cum Tryphone Iudaeo; Cyrillus libr. I. contra Iulian. Theodoretus in Sermone de Materia et Mundo; et in Sermon. sec. de Princip. Euseb. Praep. Evang. XI. c. 9. 19. 20. 29. XIII. c. 14. Origenes c. Cels. VII. p. 725. Stob. Eclogg. phys. I. p. 334. Simplicius ad Aristot. De coelo I. p. 71.

νοήσει μετὰ λόγου] Phileb. p. 62. A. φρονῶν ἄνθρωπος αὐτῆς περὶ δικαιοσύνης, ὅ τί ποτ' ἔστι, καὶ λόγον ἔχων ἑπόμενον τῷ νοεῖν. Enimvero νοῦς in universum est veri intelligentia, cogitatio; λόγος autem significat intelligendi rationem et quasi instrumentum. Spectavit hunc Timaei locum Proclus ad Alcib. I. p. 22. ed. Creuz. Phaed. p. 79. A. est τῷ τῆς διανοίας λογισμῷ.

28 αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστὸν γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι· παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. ὅτου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεί, τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν αὐτοῦ ἀπεργάζηται,
B καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν· οὗ δ',

P. 28. ὅτου μὲν οὖν ἂν ὁ δ.] V. scribebatur ὅπου, mero errore. Recte iam Bas. 2. Mox αὐτοῦ post τὴν ἰδέαν interponunt Flor. β. Mon. et post δύναμιν Par. [illegible] Flor. x. Vulgo temere erat omissum.

B. γεννητῷ παραδείγματι] Sic Par. A. pr. Par. F.

P. 28. πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον — ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι] Stephanus ἀνάγκη vel γίγνεται scribendum censuit. Sed eodem modo statim post: καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν; ubi item libri tenent infinitivum. Etenim ad ἐξ ἀνάγκης intelligendum relinquitur ἐστίν, quod reticetur sicuti alias apud ἀνάγκη et ἀναγκαῖον more fere constanti fieri solet. De locutione ἐξ ἀνάγκης ἐστί pro ἀναγκαῖόν ἐστι conf. Sophist. p. 256. D. ἔστιν ἄρα ἐξ ἀνάγκης τὸ μὴ ὂν ἐπί τε κινήσεως εἶναι καὶ κατὰ πάντα τὰ γένη. Ibid. p. 259. A. ἕτερον δὲ τοῦ ὄντος ὄν ἐστι σαφέστατα ἐξ ἀνάγκης εἶναι μὴ ὄν. Demosthenica eius exempla collegerunt Reiskius Indic. in v. ἀνάγκη p. 34. et Schaeferus Appar. T. II. p. 256. quem etiam adi in Steph. Thesaur. c. 1994. C. Verba τὸ δ' αὖ δόξῃ κ. τ. λ. Cicero interpretatur: quod affert opinionem per sensus rationis expertes; de qua interpretatione multus est Henricus Stephanus Annot. p. 50. Repetendum ad δόξῃ praegressum περίληπτον.

ὅτου μὲν οὖν — τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ δύναμιν ἀπεργάζηται] Quod vulgo scribebatur ὅπου, id natum exinde est, quod deinde infertur αὐτοῦ. At enim vero hodie quidem satis constare arbitramur αὐτοῦ non raro sic post ipsum subiectum interponi, cuiusmodi exempla ad Sympos. p. 195. A. collegimus. Quocirca nihil est, cur librorum scripturam deseramus. Dein τοιούτῳ referas ad τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον ἀεί, quam formam orationis tetigi ad Phaedon. p. 80. C. et alibi. Quod vero ἰδέα καὶ δύναμις iungitur, illud quidem est species et forma, sed δύναμις vis ac natura rei. Protagor. p. 356. D. ἡ τοῦ φαινομένου δύναμις. Gorg. p. 447. C. τίς ἡ δύναμις τῆς τέχνης; Phaedr. p. 237. C. De Rep. V. p. 477. B. al.

B. ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος —] Symp. p. 212. B. τοῦτον οὖν τὸν λόγον, ὦ Φαῖδρε, εἰ μὲν βούλει, ὡς ἐγκώμιον εἰς Ἔρωτα νόμισον εἰρῆσθαι· εἰ δέ, ὅ τι καὶ ὅπῃ χαίρεις ὀνομάζων, τοῦτο ὀνόμαζε. Protagor. p. 358. A. εἴτε γὰρ ἡδὺ εἴτε τερπνὸν λέγει, εἴτε

ἂν εἰς τὸ γεγονός, γεννητῷ παραδείγματι προσχρώμενος, οὐ καλόν. ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ τί ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω —, σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεί, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινὸς ἀρξάμενος. γέγονεν· ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων,

Flor. x. Scribebatur γενητῷ. v. Schaefer. ad Apollon. Rhod. II. p. 119. Etiam infra C. γενητὰ legebatur.

σκεπτέον δ' οὖν] V. σκ. οὖν δή. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Vind. Ambr. x. Pal. Ricard. δὴ οὖν. Recte Par. A. δ' οὖν, quod in epanalepsi locum suum obtinet.

ὁπόθεν καὶ ὅπως χαίρεις τὰ τοιαῦτα ὀνομάζων. Legg. I p. 633. A. εἴτε μερῶν εἴθ' ἅττα αὐτὰ καλεῖν χρεὼν ἐστιν. Parmenid. p. 133. D. Hipp. min. p. 369. A. Euthydem. p. 288. A. Criton. p. 50. A. Phil. p. 11. C. Phaedon. p. 100. D. ad quem locum multa id genus collegit Wyttenbachius. Relinquitur vero inde a verbis ἢ καὶ ἄλλο τι — ὠνομάσθω susceptae orationis filum; unde per epanalépsin subiicitur σκεπτέον δ' οὖν. Nam inchoatae tenor orationis hic fere fuerat: ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος δεῖ σκοπεῖν πότερον ἦν ἀεὶ κ. τ. λ. De particulis δ' οὖν usurpatis ubi oratio ad superiora revertitur v. ad Cratyl. p. 415. C. p. 426. D. infra p. 38. B. Loquutionem ὀνομάζειν τι τοῦτο, hoc nomine aliquid appellare, illustravimus ad Phaedon. p. 105. D.

ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκ.] Ὑποκεῖσθαι dicuntur quae disputantibus de aliqua re tanquam fundamentum proposita debent esse, unde universa disputatio proficiscatur. Quocirca sensum bene expressit Cicero: de quo id primum considerēmus, quod principio est in omni quaestione considerandum. Sed laboratur de verborum structura: quae Astio visa est adeo impedita esse et inextricabilis, ut legendum coniecerit: ὃ περὶ παντός, ὅπερ ὑπόκειται, ἐν ἀρχῇ δεῖ σκοπεῖν. Aliquanto leniorem adhibueris medicinam scribendo: ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ σκοπεῖν. Sed vide tamen, ne nulla opus sit mutatione. Quid enim prohibet, quo minus verba hunc in modum interpretemur: ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ, ὥστε δεῖν αὐτὸ σκοπεῖν? Et certe libri omnes cum Proclo in tuenda vulgari lectione mirifice consentiunt: quod sane magnopere suadet, ut in loco tractando caute prudenterque versemur.

γέγονεν. ὁρατὸς γὰρ ἁπτ.] Ponit Timaeus mundum ortum esse, ac deinde huius sententiae affert argumentum, quod Cicero his verbis enuntiavit: Ortus est: quandoquidem cernitur et tangitur et est undique corporatus. Omnia autem

πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα αἰσθητά, τὰ δὲ αἰσθητά, δόξῃ
C περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν· τόδε δ' οὖν πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο, πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἢ πρὸς τὸ

C. τόδε δ' οὖν πάλιν] V. τόδε δ' αὖ πάλιν. quod pauci libri tuentur. Verum iam Bas. 2. habet.
P. 29. εἰ δέ, ὃ μηδ' εἰπεῖν] Steph. coni. εἰ δὲ μή.

talia sensum movent: sensus autem moventia quae sunt, eadem in opinione considunt, quae ortum habere gignique diximus: nihil autem gigni posse sine causis. In his quam vim asyndeton habeat, vix declarare attinet iis, qui γέγονεν οὖν senserint loquentis alacritatem et argumentandi quasi calorem minus graviter designaturum esse. Pro τῷ δ' αὖ γενομένῳ — γενέσθαι quod Stephanus praesens tempus γιγνομένῳ — γίγνεσθαι requisivit, id quanquam Ciceronem ac Ficinum auctorem habet, tamen nec per sententiae rationem est necessarium neque per librorum fidem atque auctoritatem restitui recte potest.

C. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα —] Haec Platonis sententia dici non potest quantopere a posterioris aetatis scriptoribus maximeque Christianis celebrata sit. v. praeter eos quos paullo ante nominavimus, Apuleium Doctr. Plat. I. p. 572. ed. Elmenh. Minuc. Fel. Octav. c. 19. Ioseph. in Apion. II. 31. Origen. c. Cels. VII. p. 360. Cyrill. in Iulian. I. p. 30. Max. Tyr. Diss. I. p. 15. Clemens Al. Strom. V. p. 585. B=T. II. p. 692. ed. Pott. Lactantius I. 8. Dei vim et maiestatem tantam esse dicit in Timaeo Plato, ut eam neque mente concipere neque verbis enarrare quisquam possit ob nimiam et inaestimabilem potestatem. Cicero De Nat. Deor. I. 12. Iam de Platonis inconstantia longum est dicere, qui in Timaeo patrem huius mundi nominari neget posse, in legum autem libris quid sit omnino deus anquiri oportere non censeat. Enimvero mens ipsius Platonis haec est: difficile esse huius mundi conditorem ac parentem indagare, quandoquidem summam rerum omnium causam mente et animo complecti aegre possimus; illud autem omnino fieri non posse, ut eum inventum cognitumque omnibus indicemus, quum vulgus quidem atque multitudo hominum, qui sapientiae sint expertes, ad tantae rei cogitationem sese attollere non posse videatur. Quaenam Platonis de re gravissima sententia

γεγονός. εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος ὅ τε 29
δημιουργὸς ἀγαθός, δῆλον, ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν· εἰ δέ, ὃ μηδ' εἰπεῖν τινὶ θέμις, πρὸς τὸ γεγονός. παντὶ δὴ σαφὲς ὅτι πρὸς τὸ ἀΐδιον· ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων. οὕτω δὴ γεγενημένος πρὸς τὸ λόγῳ καὶ φρονήσει περιληπτὸν καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχον δεδημιούργηται. τούτων δὲ ὑπαρχόντων αὖ πᾶσα ἀνάγκη τόνδε τὸν κό- B

παντὶ δὴ σαφές] Steph. δέ.
B. αὖ πᾶσα ἀνάγκη] V. αὖ καὶ πᾶσα ἀν. Om. καὶ Par. AF. Ven. Σ. Mon. Vat. ο. Flor. x.

fuerit, cognoscere licebit etiam e Philebo p. 28. C. D. ubi inter alia haec leguntur: πάντες γὰρ συμφωνοῦσιν οἱ σοφοί —, ὡς νοῦς ἐστὶ βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς. — τὸ δὲ νοῦν πάντα διακοσμεῖν αὐτὸ φάναι καὶ τῆς ὄψεως τοῦ κόσμου καὶ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων καὶ πάσης τῆς περιφορᾶς ἄξιον. conf. Legg. X. p. 904. Ceterum πατὴρ deus ut mundi auctor et fabricator etiam infra p. 37. C. p. 41. A. al. vocatur; est igitur πατὴρ idem quod ποιητὴς et δημιουργός, quod certe longe aliud quid est atque nomen patris Deo in libris Christianorum sacris tributum, de qua re non male iudicavit Iustinus Cohortat. ad Gr. 23. c. d.

P. 29. εἰ δέ, ὃ μηδ' εἰπεῖν τινὶ θέμις] Falluntur qui in talibus εἰ δέ pro εἰ δὲ μή dictum putant, quod post Fr. A. Wolfium ad Sympos. p. 94. et Heindorf. ad Hipp. mai. p. 134. etiam Lindavio ad h. l. placuit. Et hunc quidem locum sic interpreteris, ut ad εἰ δέ ex praegressis repetas ἐστίν, hoc sensu: εἰ δέ ἐστι τοῦθ' ὃ μηδ' εἰπεῖν τινὶ θέμις, ut non opus sit coniectura Stephani εἰ δὲ μή reponendum putantis. De aliis autem locis explicatum est ad Sympos. p. 212. C. et Menon. p. 79. D.

οὕτω δὴ γεγενημένος — δεδημιούργηται] quum igitur *ita* sit generatus (ut et ipse sit pulcerrimus et auctorem habeat optimum), effectus est ad exemplar eius, quod ratione et mente comprehenditur atque est sempiternum. Post κατὰ ταὐτὰ ταὐτὰ ἔχον Stephano inserendum videbatur ἀεί, ut quod Cicero expressisset. Is vero in talibus versatus est liberius. Nec desunt alii loci, in quibus ea vocula non addita reperitur.

B. τόνδε τὸν κόσμον εἰκόνα τινὸς εἶναι] Clausula Ciceronianae interpretationis haec est: simulacrum aeternum esse alicuius aeterni. Unde Stephanus, aliquid desiderari ratus, legendum coniecit: εἰκόνα τινὸς ἀϊδίου εἶναι. Quod quamvis vehementer placuerit Angelo Mariae Quirino in Decade Epistolarum p. XIV sq., tamen nobis quidem a mente Platonis prorsus abhorrere videtur. Colligit enim

σμον εἰκόνα τινὸς εἶναι. μέγιστον δὴ παντὸς ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ἀρχήν. ὧδε οὖν περί τε εἰκόνος καὶ περὶ τοῦ παραδείγματος αὐτῆς διοριστέον, ὡς ἄρα

καὶ περὶ τοῦ παραδείγματος αὐτῆς] περί, quod olim deerat, nuper additum ex Par. A. Vat. Θ. Par. FSY. Tub. Mon. Ambr. s. Laur. Vat. or. Flor. b. β'. x. Dein pro vulg. αὖ ex

Timaeus et concludit ex antegressis, mundum esse alius cuiusdam rei imaginem, hoc est, ita comparatum, ut ad exemplar aliquod factus sit. Quibus ita exploratis deinde ipsi naturae ait esse consentaneum, ut etiam orationes simulacro et exemplari respondeant, ideoque nonnulla disserit de disputationis ab ipso ordiendae natura et ratione. Vult enim illam tantummodo ad efficiendam aliquam verisimilitudinis probabilitatem, non item ad demonstrandam rei veritatem valere. Quocirca facile est ad intelligendum, aeterni notionem hic non fuisse inculcandam, recteque commemorari tantum imaginis rationem.

μέγιστον δὴ παντὸς ἄρξασθαι—ἀρχήν] iam vero maximum est cuiusque rei exordium naturae convenienter facere, h. e. in omni autem re maximum est, ut initium eius secundum naturam fiat. Quod nos quoque faciemus demonstraturi, disputationem nostram pro ipsius rei explicandae natura non posse ultra probabilitatem et verisimilitudinem exsurgere. Ita si haec acceperimus, vix quidquam valebunt dubitationes ab interpretibus miro studio excitatae. Stephanus quidem certe in Adnotationibus: Locum hunc multum negotii mihi facessere mirari desii, postquam ex iis, quae a Proclo disseruntur, aliis etiam multum exhibuisse intellexi. His verbis duas ex Proclo addit loci lectiones vel potius distinctiones. Prioris sensum esse dicit: Omnium maximum est facere, ut quod secundum naturam est principium, ipsius etiam sermonis principium sit; alterius vero rationem verbis hoc modo dispositis apparere: μέγιστόν ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν ἄρξασθαι παντός. Posterior haec interpretatio Stephano magis placet, addit tamen Ciceronem hunc locum vertisse, ac si aliud potius quam κατὰ φύσιν legisset, quum haec eius sint verba: Difficillimum autem est in omni conquisitione (!) rationis exordium. Quae omnia quam falsa sint, nunc demonstrare non attinet. Temere etiam Serranus ruit, cuius haec sunt verba: Difficillimum est atque maximum ad rem ex sui natura explicandam opportunum primordium tribuere. Non melius Ficinus: Rationem vero originis naturaliter explicare difficillimum est. Hos omnes vero insigni inertia sua superavit Angelus Maria Quirinus, qui l. c. ex Vaticano quodam codice μεγίστου restituendum censet atque totum locum hunc in modum iubet concinnari: τούτων δὲ ὑπαρχόντων αὖ πᾶσα ἀνάγκη τόνδε τὸν κόσμον εἰκόνα τινὸς εἶναι μεγίστου δὴ παντὸς ἄρξασθαι κατὰ φύσιν κ. τ. λ. quorum verborum

τοὺς λόγους, ὧνπερ εἰσὶν ἐξηγηταί, τούτων αὐτῶν καὶ ξυγγενεῖς ὄντας. τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς μονίμους καὶ ἀμε-

iisdem fere libris repositum est *αὐτῆς*, quod iam ed. Bas. 2. suppeditat.

hunc vult sensum esse: Ex quo efficitur hunc, quem cernimus mundum, simulacrum esse alicuius, maximi utique, quod inde ortum trahat origo universi, sicut naturae consentaneum est. His talibus cupediis scilicet addere denique licebit recentissimi interpretis commentum, qui Platonem censet ob oculos habuisse notissimum illud: *ἀρχὴ δή τοι ἥμισυ παντός*, ideoque pro *κατὰ φύσιν* legendum proponit *καθ' ἃ φάσιν*. Hoc scilicet est criticen factitare, idque non sine doctrinae apparatu, siquidem etiam Galenus de Dogm. Hipp. et Plat. VIII. in. Platonis verba arguitur eodem modo accepisse. Ita error errorem gignere solet.

ὥς ἄρα τοὺς λόγους — ὄντας] Ad haec Lindavius: „Structura loci sane paulum suspensa, quae tamen necti potest a verbo *διοριστέον*." Cui aenigmati solvendo vix Oedipus par fuerit. Quid rei sit, docebit annotatio nostra ad Phaedon. p. 109. D. vel etiam Grammatica Matthiae §. 565. 3. et Rostii §. 131. 4. Sensus est: Itaque de simulacro et exemplari eius ita statuendum, ut orationes iis rebus, quarum sint interpretes, cognatas esse atque similes existimemus.

τοῦ μὲν οὖν μονίμου — ἐκείνων ὄντας] Hunc locum nunc primum ex codicibus restituisse in pristinam integritatem nobis videmur. Qua in re quid adminiculi habuerimus, in annotatione critica expositum est. Hoc loco nostra ratio confirmanda est verborum interpretatione. Est autem totius loci sententia, quantum iudicare possum, haec fere: De eo igitur, quod constans est et firmum et mentis intelligentia perspicuum, orationes convenit esse constantes et immutabiles et quantum fieri possit inexpugnabiles atque immobiles neque quidquam hac in re reliqui facere; de eo autem, quod ad illud est comparatum et eius simulacrum quoddam, easdem decet esse probabiles illisque alteris ex proportione respondere, ut videlicet eodem intervallo a veritatis firmitate et constantia distent, quo simulacrum ab ipso rei exemplari remotum est. Et haec quidem in universum. Nunc explicandum paucis de singulis enuntiati partibus. Hic vero primum illustrandum venit istud *μετὰ νοῦ καταφανές*. Quod ne cui mirum accidat, reputandum est proprie id intelligi, quod certum clarumque est sic, ut mens in eo cognoscendo iudicandoque adhibeatur. Unde explicationem habet usus praepositionis *μετά*, de quo conf. ann. ad Phaedon. p. 66. B. Deinde observandum est diligen-

ταπτώτους καὶ καθ' ὅσον οἷόν τε ἀνελέγκτους προσήκει λόγους εἶναι καὶ ἀκινήτους, τούτου δὲ μηδὲν ἐλλείπειν· τοὺς δὲ τοῦ πρὸς μὲν ἐκεῖνο ἀπεικασθέντος, ὄντος δὲ εἰκόνος, εἰκότας ἀνὰ λόγον τε ἐκείνων
C ὄντας. ὅ τί περ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. ἐὰν οὖν, ὦ Σώκρατες, πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντῃ πάντως αὐτοὺς αὐτοῖς

καὶ καθ' ὅσον οἷόν τε —] Totum hunc locum nunc primum integritati suae videmur restituisse. Vulgo *καὶ* ante *καθ'* *ὅσον* atque *οἷόν τε* omittebatur. Illud revocavimus e Ven. ΞΣ. Vind. Mon. Ambr. x. Palat. Ricard. Flor. a. β. c. et Vat. o. rec. *οἷόν τε* autem inseruimus auctoritate Par. AF. Mon. Vat. o. Flor. β. Corron. Ven. Σ. corr., Procli. Ciceronis, Ficini. Dein pro *ἀνελέγκτοις — λόγοις — ἀκινήτοις* accusativum posui, quem suppeditant Mon. Vat. b. Denique pro *τούτου δεῖ μηδὲν ἐλλείπειν* cum Par. A. corr. Proclo et Vat. b. scripsi *τούτου δὲ μηδὲν ἐλλ.* quod firmant quodammodo etiam Vat. Θ. Par. F. Ambr. x. Pal. qui *τούτου δὴ μηδὲν ἐλλ.* scriptum exhibent.

C. *ὅ τί περ πρὸς γένεσιν οὐσία*] Tenui aliquando *γάρ*, pro quo codd. plerique omnes cum Bas. 2. *περ* scriptum exhibent. Verum nunc satius duco libris obtemperare, quandoquidem *γὰρ* manifesto originem habet ex correctione. Quippe ignotum fuit criticis, sententias eas, quae praegressorum verborum explicationem continent, ita sine coniunctionum vinculis subiici solere: de quo loquendi usu v. ad Symp. p. 219 E. 173. B. Gorg. p. 472.

ter, *τούτου* referri ad totam sententiae praegressae partem hanc: *μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους καὶ ἀνελέγκτους καὶ ἀκινήτους εἶναι*, ad quae recte potuit *τούτου* adiici, quum unam eandemque efficiant notionem generaliorem. Itaque *τούτου δὲ μηδὲν ἐλλείπειν* significat: neque hac in re ullo modo deficere s. quidquam reliqui facere, inferius esse. Nam ita *μηδὲν ἐλλείπειν τινός* usurpari solere, quum alia docent, de quibus v. ad Alcib. I. p. 122. B. D., tum illa p. 90. B. *τούτου μηδὲ σμικρὸν ἐλλείπειν.* Tum *πρὸς ἐκεῖνο* est *πρὸς τὸ βέβαιον καὶ μόνιμον καὶ μετὰ νοῦ καταφανές*, ut non intelligam Boeckhium in Disputatione de Platonica corporis mundani fabrica p. XVIII. requirentem *τούτων δὲ μηδὲν ἐλλείπειν τὸ παράδειγμα*, atque *τὸ παράδειγμα*, quod Proclus utique de suo adiecit, prorsus necessarium dicentem propter istud *πρὸς μὲν ἐκεῖνο.* Denique *ἀνὰ λόγον τε ἐκείνων ὄντας* idem valet quod *ἀναλόγους τε ἐκείνους* s. *ἐκείνων.* Unde mirabile non est, quod *ὄντας* additum videmus, quum tamen *εἶναι προσήκει* ex antecedentibus repetendum sit. Ita igitur in loco usque ad hunc diem impeditissimo, quem vexavit etiam P. Leopardus Emendatt. libr. VIII. c. 20., omnia nunc plana

ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς, ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή, μεμνημένον, ὡς D
ὁ λέγων ἐγὼ ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥςτε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους πρέπει τούτου μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν.

ΣΩ. Ἄριστα, ὦ Τίμαιε, παντάπασί τε ὡς κελεύεις ἀποδεκτέον. τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμασίως

A. 474. D. 483. E. 492. A. Protagor. p 330. A. 343. D. 348. A. In Ambr. x. et Ricard. περ vel γὰρ abest. conf. p. 32. B. 64. D.

αὐτοὺς αὐτοῖς ὁμολογουμένους] Sic Par. A. Vat. o. Vulgo vitiose scribebatur *ἂν τοὺς αὐτοὺς αὑτοῖς ὁμ.* Ceteri libri vel *αὐτοὺς ἑαυτοῖς* vel *αὖ τοὺς αὐτοῖς* vel *αὖ τοῖς αὐτοῖς* scriptum exhibent: pauci tuentur quod in vett. editt. perscriptum est. Dein hic olim erat ordo verborum: *ὁμολ. καὶ ἀπηκρ. λόγους*, quem protenus sustulimus utpote librorum testimoniis adversantem.

D. *μεμνημένον, ὡς ὁ λέγων ἐγὼ*] Flor. x. Vat. o. et corr. Par. A. *μεμνημένους*, quod etiam Proclus habet atque Cicero interpretando expressit. Sed hoc si verum esset, antea scriptum certe oportuit *μὴ θαυμάσητε*. Pronomen *ἐγὼ* ex Par. A. Ambr. s. Vat. o. Flor. x, restituimus.

τούτου μηδὲν ἔτι] *τούτου*, vulgo omissum illud, codices fere omnes tuentur. Habet etiam Proclus.

et expedita esse censemus.

C. *ὅ τι πρὸς γένεσιν οὐσία — ἀλήθεια*] Quae enim ratio intercedit inter *γένεσιν* et *οὐσίαν*, eadem locum habet inter *ἀλήθειαν* et *πίστιν*. Quum igitur ego de rebus generatis disputaturus sim, tota mea oratio non tam ad demonstrandam rei veritatem, quam ad faciendam fidem sive verisimilitudinem pertinebit. Eodem modo De Rep. VI. p. 511. E. *πίστις* et *εἰκασία* ut cognata coniunguntur, iisque opponuntur *νόησις* et *διάνοια*; nimirum illa ad fluxa et incerta pertinent. De asyndeto v. annot. critic.

πολλὰ πολλῶν εἰπόντων —] Intelligendi sunt maxime philosophi Ionici: quos deinde Eleatici et Pythagorei secuti sunt. De *πάντῃ πάντως*, usquequaque, v. ad Phaedon. p. 78. D. — *μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας*, si non minus quam ullus alius exhibeamus probabiles s. verisimiles. Tum *ἀγαπᾶν* est contentum esse, acquiescere, ut Menon. p. 75. C. De Rep. V. p. 450. A. al.

D. *φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν*] quae in rebus istiusmodi ultra probabilitatem non possit exsurgere.

τὸ μὲν οὖν προοίμιον —] Eundem prorsus lusum habes De Rep. VII. p. 531. D. ἢ οὐκ

ἀπεδεξάμεθά σου, τὸν δὲ δὴ νόμον ἡμῖν ἐφεξῆς πέ-
ραινε.
ΤΙ. Λέγωμεν δή, δι' ἥντινα αἰτίαν γένεσιν καὶ
E τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. ἀγαθὸς ἦν, ἀγα-
θῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθό-
νος· τούτου δ' ἐκτὸς ὢν πάντα ὅ τι μάλιστα γενέ-
σθαι ἐβουλήθη παραπλήσια ἑαυτῷ. ταύτην δὴ γενέ-
30 σεως καὶ κόσμου μάλιστ' ἄν τις ἀρχὴν κυριωτάτην
παρ' ἀνδρῶν φρονίμων ἀποδεχόμενος ὀρθότατα ἀπο-
δέχοιτ' ἄν. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα,

δι' ἥντινα αἰτίαν] V. *δι' ἣν αἰτίαν.* Illud debemus Par. AF. Vat. Θ. Tub. Flor. x. Nonnulli alii habent *δι' ἣν τὴν αἰτίαν*, quo lectio a nobis recepta confirmatur.

E. *γενέσθαι ἐβουλήθη*] V. *ἐβουλήθη γενέσθαι*, quod ex Par. A. Vat. b. cum Bekkero immutavimus. Dein vett. editt. *ταύτην δὲ γενέσεως*, quod etsi praeter alios Par. A. tuetur, tamen

ἴσμεν, ὅτι πάντα ταῦτα προοίμιά ἐστιν αὐτοῦ τοῦ νόμου, ὃν δεῖ μαθεῖν; ubi v. annot. Proclus: *Ὁ δὲ νόμος εἴληπται ἀπὸ τῶν κιθαρῳδικῶν νόμων. οὗτοι δέ εἰσι μέλη τινά, τὰ μὲν ἐνθουσιαστικά, τὰ δὲ σκωμματικὰ τῶν ἠθῶν. πρὸ δὴ νόμων τούτων προοίμια προτάττειν εἰώθασιν, ἃ καὶ διὰ τοῦτο προψηλαφήματα ἐκάλουν.* conf. Wernsdorf. ad Himer. p. 571. Manifestum est igitur alteram lectionem *τὸν δὲ δὴ λόγον* ex glossemate natam esse.

E. *ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς — φθόνος*] Ita Phaedr. p. 247. A. *φθόνος γὰρ ἔξω θείου χόρου ἵσταται.* de quo v. Marcland. ad Maxim. Tyr. Diss. XLI. §. 3. p. 277 sq. T. II. ed. Reisk. Aristotel. Metaphys. p. 8. ed. Brand. *εἰ δὴ λέγουσίν τι οἱ ποιηταὶ καὶ πέφυκε φθονεῖν τὸ θεῖον, ἐπὶ τούτου συμβαίνειν μάλιστα εἰκὸς καὶ δυστυχεῖς εἶναι πάντας τοὺς περιττούς. ἀλλ' οὔτε τὸ θεῖον φθονερὸν ἐνδέχεται εἶναι ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί, οὔτε τῆς τοιαύτης ἄλλην χρὴ νομίζειν τιμιωτέραν. ἡ γὰρ θειοτάτη καὶ τιμιωτάτη.* Laudant haec Plutarch. De fato p. 650. Stobaeus Eclogg. Eth. T. I. p. 422. ed. Heeren. Euseb. Praep. Ev. XI. 21. Cyrillus ad v. Iul. p. 60. Sextus Empir. adv. Mathem. IX. §. 105 sq. al.

παρ' ἀνδρῶν φρονίμων ἀποδεχόμενος] Diogenes Laert. I. 35. de Thalete: *φέρεται δὲ ἀποφθέγματα αὐτοῦ τάδε. πρεσβύτατον τῶν ὄντων, θεός· ἀγέννητον γάρ. κάλλιστον, κόσμος· ποίημα γὰρ θεοῦ.*

P. 30. *βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς — πάντως ἄμεινον*] Respexerunt ad hunc locum Plutarch. Symp. I. p. 615. F. De Defect. Orac. p. 430. E. De Sera Num. Vind. p. 13. ubi v. Wyttenb. p. 28. Philo T. II. p. 367. et 397. eundem recitavit integrum Themistius p. 8. ed. Dind. Plotin. Enn. IV. 8. 1. et p. 372. D. p. 397. D. Repetiit autem philosophus

φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν, ὅσον ἦν ὁρατόν, παραλαβὼν οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. θέμις δὲ οὔτ' ἦν οὔτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ δρᾶν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον· λογισάμενος οὖν εὕρισκεν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν οὐδὲν ἀνόητον B τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον, νοῦν δ' αὖ χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῳ. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὲν ἐν

et plurimorum librorum auctoritate destituitur nec per se sententiae satis videtur accommodatum esse. Statim post καὶ ante κόσμον inseruimus ex Par. A. Vat. ϧo. Tub. Flor. a. b. c. n. o. Nam vett. quidem editt. omnes illud omittunt.

οὔτ' ἦν οὔτ' ἔστι] Par. A. rec. et Vat. o. ἔσται.

hoc placitum ab Anaxagora, de cuius dicto: πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ, εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε, praeter alios legendus est Valckenar. Diatrib. in Eurip. fragm. p. 40.

δρᾶν ἄλλο πλὴν τὸ κ.] Ne quis cum Astio requirat ἄλλο τι, diximus de hoc loquendi usu ad Symp. p. 175. B. ubi multa id genus exempla coacervavimus. Mox C. ἀτελεῖ γὰρ ἔοικος.

B. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε —] Tractavit haec Plutarchus Quaestt. Platon. III. ubi quaerit, qui fiat, ut Plato, quum alibi (Legg. X.) animum non solum corpore priorem sed etiam causam eius et principium esse statuerit, tamen hoc loco censeat neque animum sine corpore neque mentem ac rationem sine animo esse posse, sed potius animum in corpore, mentem vero in animo inesse oportere. Quam dubitationem facile est ita componere, ut Platonem meminerimus nunc de τοῖς κατὰ φύσιν ὁρατοῖς disputare. Recte Diog. Laert. Vit. Plat. §. 17. ἔμψυχόν τε εἶναι (ἐνόμισεν) τὸν κόσμον διὰ τὸ κρεῖττον εἶναι τοῦ ἀψύχου τὸ ἔμψυχον. Macrobius in Somn. Scip. I. c. 14. p. 77 sqq. ed. Zeune. Prope ad Platonis rationem accesserunt Stoici. Seneca I. 65. Universa ex materia et deo constant. Quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in homine animus. Quod est illi materia, id nobis corpus est. Id. De benef. IV. 7. Quid enim aliud est natura, quam deus et divina ratio toti mundo et partibus eius inserta? Ceterum conf. Plotin. Ennead. IV. 3. in. Procl. Institutt. Theol. Plat. c. CXX. p. 174 sqq. et quos ibi laudavit Creuzerus. Ipse Plato Phileb. p. 30. C. σοφία μὴν καὶ νοῦς ἄνευ ψυχῆς οὐκ ἄν ποτε γενοίσθην. Nimirum ψυχὴ ex philosophi sententia media est inter corpora atque mentem s. νοῦν, qui

ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι ξυνιστὰς τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅ τι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γε-
C νέσθαι πρόνοιαν.

Τούτου δ' ὑπάρχοντος αὖ τὰ τούτοις ἑφεξῆς ἡμῖν λεκτέον, τίνι τῶν ζώων αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησε. τῶν μὲν οὖν ἐν μέρους εἴδει πεφυκότων μηδενὶ καταξιώσωμεν· ἀτελεῖ γὰρ ἐοικὸς οὐδέν

C. *τούτῳ πάντων ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι*] τούτῳ, quod in vett. editt. desideratur, nuper restitutum ex Par. A F. Tub. Mon. Ambr. x. Flor. β. o. x. Dein *αὐτὸν εἶναι* pro vulg. *αὐτῷ εἶναι* praebuerunt Par. A. Vat. b. Flor. x. Multi praeterea libri *αὐτὸ εἶναι*. Mox Bas. 2. *περιλαβὼν ἔχει*, male. Nam ἐκεῖνο est sempiternus, in se absolutus et prorsus indelebilis (v. p. 52. A. Legg. X. p. 897. D. sqq. Phileb. p. 28. D sqq.), adeoque quasi vinculum quoddam horum atque illius efficit. Nam haec corporis molem, quacum conjuncta est, movet et agitat, quum tamen etiam cum τῷ νῷ arctissima contineatur necessitudine. Neque enim mens sine anima mundum agitaret. Itaque ipsa menti pariter atque corporibus similis sit necesse est. Capax est igitur intelligentiae et veritatis. Neque vero ea, quanquam numinis divini voluntate est indelebilis, vi ac natura sua sempiterna est; est enim composita, eoque nomine iis, quae fiunt ac generantur, similis evasit. v. p. 35. A. Legg. X. p. 904. A. coll. 891. A sqq. 899. C. 897. A.

C. *Τούτου δὲ ὑπάρχοντος* —] Hoc ita posito, tanquam fundamento sententiae nostrae, sequitur ut de eo dicendum sit, quod cum his proxime cohaeret, ad cuiusnam animantium similitudinem mundum composuerit. Sic p. 29. B. *τούτων δὲ ὑπαρχόντων αὖ πᾶσα ἀνάγκη* κ. τ. λ. Nam *ὑπάρχειν* dicuntur quaecunque vel orationi vel disputationi et argumentationi fundamenti loco subjecta esse debent. v. ad Symp. p. 198. D. Menex. p. 237. B. Dein *τὰ ἐν μέρους εἴδει πεφυκότα* sunt quae partis habent naturam s. quae particulae sunt totius alicuius, non ipsum totum efficiunt, Cratyl. p. 394. D. *ἐν τέρατος εἴδει γενέσθαι*, Hipp. mai. p. 297. B. *ἐν πατρός τινος ἰδέᾳ εἶναι*. ubi v. ann. Phaedon. p. 91. D. *ἐν ἁρμονίας εἴδει οὖσα*. De Rep. III. p. 389. B. *ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει*. Infra p. 48. B. *ἐν συλλαβῆς εἴδεσιν ἀπεικασθῆναι*. Proclus interpretatur *ἐν μέρους τάξει*, atque Iamblicho placuisse narrat addi particulam *ὡς* ante *ἐν εἴδει*: quae lectio

ποτ' ἂν γένοιτο καλόν· οὗ δ' ἔστι τἆλλα ζῶα καθ' ἓν καὶ κατὰ γένη μόρια, τούτῳ πάντων ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι τιθῶμεν. τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνο ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς ὅσα τε ἄλλα θρέμματα ξυνέστηκεν ὁρατά. D
τῷ γὰρ τῶν νοουμένων καλλίστῳ καὶ κατὰ πάντα τελέῳ μάλιστ' αὐτὸν ὁ θεὸς ὁμοιῶσαι βουληθεὶς ζῶον ἓν ὁρατόν, πάνθ' ὅσα αὐτοῦ κατὰ φύσιν ξυγγενῆ ζῶα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ, ξυνέστησε. Πότερον οὖν ὀρ- 31
θῶς ἕνα οὐρανὸν προςειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδει-

nunc de mundo intelligibili dicitur ita, ut ex ζῶα πάντα assumendum sit ζῶον. v. infra p. 32. B.

D. αὐτὸν ὁ θεὸς ὁμ.] Articulum inseruimus ex Par. A. Vaticanis, Tub. Mon. Florr., aliis plurimis.

non magis quam Stephanus videmus quomodo tolerari possit. Fortasse Iamblicho placuerat ὡς ἐν μέρους εἴδει. Ad καταξιώσωμεν intell. εἰς ὁμοιότητα αὐτὸν ξυστῆσαι.

οὗ δ' ἔστι τἆλλα ζῶα — τιθῶμεν] Mundum intelligibilem, ut ita dicam, intelligit, h. e. universum idearum complexum, quem vult esse ζῶον quoddam, omnia reliqua καθ' ἓν καὶ κατὰ γένη in se continens, eaque et ipsa ζῶα νοητά. Hinc infra p. 39. E. ᾗπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας τῷ ὃ ἔστι ζῶον, οἷαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι, καθορᾷ, τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε σχεῖν. Enimvero ζῶον illum mundum cogitabilem appellat, quoniam exemplar est mundi adspectabilis, qui animalis naturam refert. Similiter etiam Empedocles posuerat κόσμον νοητόν, qui esset παράδειγμα ἀρχέτυπον κόσμου αἰσθητοῦ atque σφαῖρος κυκλοτερής. v. Simplic. in Aristot. Phys. p. 7. et Lib. de coelo p. 128. post. Peyron. Emp. et Parm. frgg. p. 27.

καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος —] Int. περιλαβὼν ἔχει ἡμᾶς καὶ τἆλλα θρέμματα, ὅσα ξυνέστηκεν ὁρατά, et quaecunque alia animantia sunt sub sensus subiecta. Quod monui Lindavii gratia, qui in ξυνέστηκεν offendit.

P. 31. Πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν —] Unum tantummodo mundum esse argumentatur ex eo, quod idea mundi una sit, quae omnia complectatur. Disputant de hac Platonis sententia Plutarchus De oraculor. def. p. 423 sqq. De placitis philosoph. I. 5. Origenes De princip. 2, 3. Theodoret. Curat. Graec. aff. IV. 15. qui etiam Anaxagoram et Pythagoram ita sensisse memoriae prodiderunt. Philolaus ap. Stob. Eclogg. Phys. p. 360 ὁ κόσμος εἷς ἐστιν. de quo v. Boeckh. p. 90 sq.

γμα δεδημιουργημένος ἔσται. τὸ γὰρ περιέχον πάντα, ὁπόσα νοητὰ ζῶα, μεθ' ἑτέρου δεύτερον οὐκ ἄν ποτ' εἴη· πάλιν γὰρ ἂν ἕτερον εἶναι τὸ περὶ ἐκείνω δέοι ζῶον, οὗ μέρος ἂν εἴτην ἐκείνω, καὶ οὐκ ἂν ἔτι ἐκείνοιν ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ περιέχοντι τόδ' ἂν ἀφωμοιω-
B μένον λέγοιτο ὀρθότερον. ἵνα οὖν τόδε κατὰ τὴν μόνωσιν ὅμοιον ᾖ τῷ παντελεῖ ζώῳ, διὰ ταῦτα οὔτε δύο οὔτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν κόσμους, ἀλλ' εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς ἔστι τε καὶ ἔτ' ἔσται.

P. 31. τὸ περὶ ἐκείνω δέοι ζῶον] τὸ περὶ ἐκείνω perperam Stephanus iudicavit tolerari non posse. Cicero locum vertit perinde ac si περιέχον ἐκεῖνο legisset. Par. A. ἐκείνῳ, teste quidem Bekkero: nam Bastius nihil discrepantiae notavit. Sed ἐκεῖνο habent Vat. Θ. Vind. Par. S Y. Ambr. x. Pal. Ricard. Vat. r. Tubing. Tenui vulgatum. v. interpretat. Mox εἴτην Par. A. Vat. b. Flor. x. Vulgo ἤτην. Tub. εἴην. De forma εἴτην v. Phileb. p. 41. D. Parmenid. p. 143. D. 149. E. 155. A. al. Nimirum sicuti εἶμεν pro εἴημεν Platoni frequentatur, cuius formae exempla bene multa ad Parmenid. p. 127. A. consignavimus, ita ne εἴτην quidem spernendum, sicubi in bonis codd. servatum est.

τὸ γὰρ περιέχον πάντα—] His verbis ratio exponitur, cur unum tantum mundum cogitabilem esse existimare liceat. Quod cuncta, inquit, complectitur animalia, quae ratione intelliguntur, id non potest esse cum altero secundum. Rursus enim aliud esse oporteret animal, quod duo illa (primum et secundum) includeret, (nam τὸ περὶ ἐκείνω ζῶον idem fere quod τὸ ἐκείνω περιέχον ζῶον), cuius pars (illa) duo essent, neque iam illis duobus, sed illi, quod ea includeret et circumdaret, hocce (adspectabile) rectius simile factum diceretur. Pro μεθ' ἑτέρου apud Proclum inter ipsa commentarii verba semel μεθ' ἕτερον, quod placuit Boeckhio in Min. p. 97. Neque tamen eo adducor, ut μεθ' ἑτέρου intolerabile existimemus. Nam cum altero secundum est, quod ita est secundum, ut una cum eo aliud quiddam extet. Mox κατὰ τὴν μόνωσιν i. q. μόνον.

B. Σωματοειδὲς δὲ δὴ καὶ ὁρατὸν —] Duo ponit primitiva rerum elementa. Dyas enim philosophis fuit prima contrarietatis et diversitatis forma. v. Sext. Emp. Pyrrh. Hypot. III. 153. ibique Fabricius. et Ast. ad Theol. Arithm. p. 162. Ignem vero et terram illa vult esse propterea, quod rerum natura et adspectabilis debeat esse et vero etiam tractabilis, ut cum Cicerone loquar. Alterum autem igne, alterum terra effici arbitratur. v. Aristotel. Part. Animal. II. 1. 2. Ignem et terram rerum generatarum principia fecerunt etiam Democritus, Ana-

Σωματοειδὲς δὲ δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι. χωρισθὲν δὲ πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ, στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς· ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος ξυνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει. δύο δὲ μόνω καλῶς ξυνίστασθαι τρίτου χωρὶς οὐ δυνατόν· δεσμὸν γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινὰ ἀμφοῖν ξυνα- C
γωγὸν γίγνεσθαι. δεσμῶν δὲ κάλλιστος, ὃς ἂν αὑτὸν καὶ τὰ ξυνδούμενα ὅ τι μάλιστα ἓν ποιῇ. τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία κάλλιστα ἀποτελεῖν· ὁπόταν γὰρ

f. Nemes. nat. hom. c. p. 73.

B. *καὶ ἔτ' ἔσται*] Sic Par. A. Vat. Θ. ꝺ. ọ. Mon. Flor. x. V. *καὶ ἔσεται.* Dein *δὲ* post *σωματοειδὲς* additum ex Par. A. Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Par. SY. Mon. Ambr. sx. Pal. Ric. Vat. ọr. Flor. a. b. β. c. n. o. Procl.

χωρισθὲν δὲ πυρὸς] V. *δέ τε π.* quod correctum ex Par. A. Mon. Vat. ọ. Tub. Flor. β. o. x.

μόνω καλῶς ξυν.] *καλῶς* add. Par. AFS. Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Mon. Ambr. s. Tub. Florentini omnes, et quinque alii.

C. *δεσμῶν δὲ κάλλιστος*] V. *δ' ὁ κάλλιστος.* Nostram lectionem suppeditarunt Par. AF. Vat. Θ. ꝺ. ọ. Flor. x.

xagoras, Parmenides, de quo v. Karsten. p. 221 sqq. 229 sq. Ex his igitur elementis deum dicit ab initio mundum componere instituisse. Quoniam autem duo diversa coniungi nequeant nisi copula aliqua intercedente, propterea opus fuisse vinculo quodam, quo et illa inter se continerentur. Vinculorum autem optimum illud esse arbitratur, quod et semet ipsum et ea, quae cum ipso copulata sint, quam arctissime in unum coniungat. Quod quale sit, deinde mathematice demonstratur.

C. *τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία —*] Interpretari hunc locum, sanequam difficilem et impeditum, conati sunt Nicomachus Arithm. II. p. 69. Iamblich. in Nicom. p. 148. C. sq. Chalcidius in Tim. p. 279 sqq. ed. Fabricii (ad calcem Operum S. Hippolyti T. II. Hamb. 1718. fol.) Proclus in Tim. p. 145 sqq. Macrobius in Somn. Scip. I. 6. p. 33 sqq. ed. Zeune. II. 2. Ioachim. Camerarius Quaestionn. Promiscuar. Decur. II. probl. 2. in Gruteri Lampad. Crit. Vol. III. p. 18 sq. Aug. Boeckhius Commentat. Academ. De Platonica corporis mundani fabrica conflati ex elementis geometrica ratione concinnatis. Heidelbergae, 1810. 4. et Lindavius in Commentariis p. 36 sq. Nobis quid videatur, paucis exposuisse iuvabit, quippe quum credamus, non rem abstrusam aut impeditam hic memorari, sed fere in medio positam et quae facilem habeat intellectum. Vult igitur Timaeus illam, quam memorat vinculi firmitatem atque praestantiam effici per analogiam.

ἀριθμῶν τριῶν εἴτε ὄγκων εἴτε δυνάμεων ὡντινωνοῦν
32 ἧ τὸ μέσον, ὅ τί περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτό, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον, καὶ πάλιν αὖθις ὅ τι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τοῦτο τὸ μέσον πρὸς τὸ πρῶτον, τότε τὸ μέσον μὲν πρῶτον καὶ ἔσχατον γιγνόμενον, τὸ δὲ ἔσχατον καὶ τὸ πρῶτον αὖ μέσα ἀμφότερα, πάνθ' οὕτως ἐξ ἀνάγκης ταὐτὰ εἶναι ξυμβήσεται, τὰ αὐτὰ δὲ γενόμενα ἀλλήλοις ἓν πάντα ἔσται.

P. 32. ταὐτὰ εἶναι ξυμβ.] V. ταῦτα, invitis plurimis optimisque libris.

B. στερεοειδῆ γὰρ αὐτὸν προςῆκεν] V. στερεόν. Par. A. στεροειδῆ. Par. F. Vat. o. Flor. x. Tub. στερεοειδῆ, quod etiam

Quae qualis intelligatur, discimus a Iamblicho in Nicomach. p. 146. ed. Tennul. Boëthio II. 44. Proclo III. p. 147. qui uno ore testantur eo nomine designari proportionem geometricam eamque continuam. Sit ergo proportio haec: 2 : 4 = 4 : 8, vel 3 : 9 = 9 : 27. Vides hic τὸ μέσον eodem modo se habere ad τὸ ἔσχατον atque τὸ πρῶτον ad medium, et rursus eandem rationem inter τὸ ἔσχατον et medium intercedere, quae inter medium et primum obtinet. Quocirca priora quidem illa: ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν κ. τ. λ. clara sunt atque perspicua. Iam vero isto modo dicitur necessario effici hoc, ut omnia denique existant eadem ideoque unum fiant, h. e., ut nos quidem interpretamur, indissolubili vinculo coniungantur, propterea quod τὸ μέσον evadit primum atque ultimum et primum vertit in media. Quod nihil aliud significat, nisi hoc: medium proportionis membrum aequali ratione cum primo atque tertio contineri atque vicissim primum et ultimum eadem aequalitatis lege devinciri cum mediis. Est igitur haec proportio sane imago indissolubilis elementorum coniunctionis, siquidem prorsus eam habet virtutem, ut et semet ipsam et a se liganda devinciat atque partes diversas aequalitatis vi iungat atque copulet. Iam vero philosophus unam statuit medietatem utique tum satis esse posse, si superficies aliqua sine altitudine vincienda sit, h. e. si planities quaepiam eadem proportione geometrica sit dimetienda: at ubi arctanda vinculis alta dimensio sit, duas requiri medietates. Enimvero medietas haud dubie intelligitur medium membrum proportionis istius geometricae, quam philosophus ad rem praesentem illustrandam adhibuit. Itaque secundam requirit, opinor, proportionis continuae formulam, qua solidorum altitudo significetur. Idque rectissime. Nam sive cuborum, sive pyramidum, sive denique aliorum corporum solidorum altitudo tali modo declaranda est, fieri id non aliter poterit, nisi sic, ut superiori proportioni alia adiiciatur. Dubium autem esse non potest, quin philosophus hanc ipsam quoque voluerit esse talem, cuius singula membra et eadem parilitatis lege contineantur et

εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μέν, βάθος δὲ μηδὲν ἔχον ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, μία μεσότης ἂν ἐξήρκει τά τε μεθ᾽ αὑτῆς ξυνδεῖν καὶ ἑαυτήν· νῦν δὲ — στερεοειδῆ γὰρ αὐτὸν προςῆκεν εἶναι, τὰ δὲ στερεὰ μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ ἀεὶ μεσότητες ξυναρμόττουσιν· οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θείς, καὶ πρὸς ἄλληλα καθ᾽ ὅσον ἦν δυνατὸν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅ B

Proclus habet. Pro αὐτὸ scripsi αὐτὸν cum codd. praeter Ven. Ξ. omnibus. Idem habet Proclus. Nimirum mutavit constructionem perinde, ac si scriptum esset antea τὸν κόσμον nec τὸ τοῦ παντὸς σῶμα. Nisi forte legendum est: στερεοειδεῖ γὰρ αὐτῷ πρ.

cum superiori formula apte cohaereant. Nam ita demum plane efficitur, ut et se et quae liganda sunt penitus devinciat, et corporis solidi partes iusto temperamento contineat. Qualem autem philosophus mente et animo informatam habuerit necessitudinem, id ex proximis clarissime perspicitur, ubi agitur de elementorum convenientia. Enimvero posteaquam Timaeus legem illam et in numeris in corporibus (ὄγκοις) valere demonstravit, eandem etiam in naturae viribus regnare significat. Vult igitur eam rationem, quae inter ignem et aerem intercedat, etiam inter aerem et aquam obtinere; et quae locum habeat inter aerem et aquam, eandem esse inter aquam et terram. Quocirca binae istae proportiones numeris expressae hanc habebunt speciem atque formam; $1:2 = 2:4$, et $2:4 = 4:8$. Enimvero quod in priore proportione medium est membrum, id in secunda fit primum, et quod in illa quartum, id in hac est medium. Quo ipso efficitur, ut altera quasi ex altera nasci et generari videatur. Atque hic oritur denique quaestio illa, studiose a multis agitata, quid tandem Plato hac disputatione sua declarare et efficere voluerit. De qua re mea quidem sententia non debuit adeo magna esse controversia. Nihil enim aliud egit philosophus, quam ut elementorum inter ipsa rationem et quasi cognationem more geometrico illustraret. Nam ignem tanquam subtilissimum elementum voluit esse cognatum cum aere, levitati illi proximo sed tamen iam humoris aliquid continente; aerem porro eadem proportione cum aqua statuit esse coniunctum, ut quae densitate humorum illam aliquanto exsuperet; aeri porro rursus cum aqua in secunda proportione altitudinem denotante tribuit locum, ut eorum cognationem cum terra, quod est elementorum densissimum, apertius significaretur. Denique aquam eodem intervallo ab terra quo ab aere distare arbitratus est. Atque haec quidem in praesenti satis sunto. Hoc unum admonere licebit, causam, cur philosophus ignem et terram tanquam primitiva elementa posuerit, ex his optime intelligi posse. Etenim alterum est subtilissimum, alterum crassissimum, reliqua posita in medio.

τί περ πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀέρα πρὸς ὕδωρ, καὶ ὅ τι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο ὕδωρ πρὸς γῆν, ξυνέδησε καὶ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν. καὶ
C διὰ ταῦτα ἔκ τε δὴ τούτων τοιούτων καὶ τὸν ἀριθμὸν τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν, φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων, ὥστ' εἰς ταὐτὸν αὑτῷ ξυνελθὸν ἄλυτον ὑπό του ἄλλου πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος γενέσθαι.

Τῶν δὲ δὴ τεττάρων ἓν ὅλον ἕκαστον εἴληφεν ἡ τοῦ κόσμου ξύστασις· ἐκ γὰρ πυρὸς παντὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς ξυνέστησεν αὐτὸν ὁ ξυνιστάς, μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπο-

ὅ τί περ πῦρ πρὸς ἀέρα] περ addunt Par. A. Vat. ϐ. Flor. x. v. p. 30. C. Dein vulgo scribebatur τοῦτο δ' ὕδωρ, optimis libris aliisque non paucis adversantibus.

C. ἄλυτον ὑπό του ἄλλου πλ.] Sic Par. A. Vat. ϐ. quod cum Bekkero loco vulg. ὑπὸ τῶν ἄλλων restituimus. Paullo ante Proclus: δι' ἀναλογίας δὲ ὁμολογῆσαν φιλίαν τε ἔσχεν, probante Stephano. δ' habet etiam Par. F. rec.

ἔξωθεν ὑπολιπών] Sic Par. AF. Mon. Flor. β. Vett. editt. ὑπολείπων.

P. 33. ὡς ἃ ξυνιστᾷ τὰ σώματα] Steph. coni. ἃ ξυνίσταται σώματα τὰ θερμά. Apud Proclum vitiose scribitur ὡς ξυνι-

P. 32. C. Τῶν δὲ δὴ τεττάρων ἓν ὅλον. —] Demonstrata elementorum coniunctione nunc causae afferuntur, cur tota singulorum materies in mundi fabricatione consumta sit, ita ut nihil usquam reliquum manserit. Etenim primum quidem ex perfectis tantummodo partibus et quibus nihil deesset, perfectus mundus oriri potuit. De notione τοῦ τελείου v. Aristot. Metaph. IV. 16. Deinde ita unus tantum mundus creatus est, nulla relicta materiae particula, unde simile quiddam nasceretur. Denique hoc modo etiam effectum, ut nullae possent extrinsecus hostiliter irruere in mundum elementorum vires, quo ipso eius saluti et incolumitati sapienter est prospectum.

P. 33. ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον ᾖ] Transit ab optativo ad coniunctivum, quippe eam rem significans, quae usu et experientia quotidie confirmetur, vel etiam nervosius indicans consilium creatori ut praesens obversatum. Posteriorem interpretationem praeferimus ideo, quia deinceps tempus praesens ponitur. conf. quae de hac modorum vicissitudine prudenter exposuit Matthiae Gr. § 518. 5. p. 1184. ed. 3. unde quid nobis placeat, clarius etiam perspicietur. Deinde ἃ ξυνιστᾷ τὰ σώματα est: quae corpora conficiunt; ea, unde corpora sunt composita, h. e. elementa. Pro ξυνιστᾷ etsi Atticorum usus exigit fere

λιπών, τάδε διανοηθείς, πρῶτον μέν, ἵνα ὅλον ὅ τι D
μάλιστα ζῶον τέλεον ἐκ τελέων τῶν μερῶν εἴη, πρὸς 33
δὲ τούτοις ἕν, ἅτε οὐχ ὑπολελειμμένων ἐξ ὧν ἄλλο
τοιοῦτον γένοιτ' ἄν, ἔτι δὲ ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον
ᾖ, κατανοῶν ὡς ἃ ξυνιστᾷ τὰ σώματα, θερμὰ καὶ
ψυχρὰ καὶ πάνθ' ὅσα δυνάμεις ἰσχυρὰς ἔχει, περι-
στάμενα ἔξωθεν καὶ προςπίπτοντα ἀκαίρως λύει καὶ
νόσους γῆράς τε ἐπάγοντα φθίνειν ποιεῖ. διὰ δὴ τὴν
αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν τόνδε ἕνα ὅλον ὅλων ἐξ
ἁπάντων τέλεον καὶ ἀγήρων καὶ ἄνοσον αὐτὸν ἐτεκτή-
νατο. Σχῆμα δὲ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ πρέπον καὶ τὸ B
ξυγγενές. τῷ δὲ τὰ πάντ' ἐν αὐτῷ ζῶα περιέχειν

στὰν τῷ σώματι. Similiter alii multi ὡς ξυνιστᾶν τῷ σώματι vel ὡς ξυνιστὰς τῷ σώματι, quod ipsum etiam in Par. A. repertum est. Legendum fortasse: ὡς ἃ ξυνίσταται τῷ σώματι θερμὰ κ. τ. λ.

ἕνα ὅλον ὅλων ἐξ ἁπάντων] Scripsi ἕνα pro ἓν e Flor. x. — ὅλων accessit e Tubing. Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. x. Florentinis, aliis. conf. p. 30. B. 34. B. 37. A. al.

B. Σχῆμα δὲ ἔδωκεν] Vett. editt. καὶ σχῆμα δέ. Recte vero nuperi editores καὶ omiserunt auctoritate Par. AF. Ambr. s. Vat. δο. Flor. x. Ex iisdem libris τὸ ante ξυγγενὲς insertum. Dein vett. editt. τῷ γὰρ τὰ πάντα: pro γὰρ vero δὲ suppeditarunt Par. AF. Vat. Θ. Vind. Ambr. s. Vat. δο. Tub. Flor. b. β. x.

ξυνίστησι, tamen illam formam non dixerim cum Buttmanno Gr. Ampl. §. 107. ann. 8. Matthiae Gr. §. 210. ann. 1. et Poppone ad Thucyd. VIII. 64, 5. citerioris tantum Graecitatis propriam esse. Quum enim usus eius apud posterioris aetatis scriptores late sane pervagatus sit, quid causae dicamus esse, cur melioris aetatis scriptores eo prorsus abstinuerint, praesertim quum iidem similes aliorum verborum formas haudquaquam sprevisse reperiantur? Utemur igitur in posterum hoc Platonis testimonio ad iudicium de ceteris locis, in quibus huius formae reperiuntur vestigia, prudenter regendum atque moderandum.

ἕνα ὅλον ὅλων ἐξ ἁπάντων —] Quod editt. omnes tenent ἓν ὅλον, id equidem non dubitavi ex Proclo, Simplicio, et codice quodam Florentino in ἕνα convertere. Quum enim deinde αὐτὸν inferatur, neutrum genus hic prorsus intolerabile videtur. Praeterea Ficinus: unum totum ex omnibus totis et perfectis perfectum. Unde coniicere licet scriptum eum in codice suo legisse: ἓν ὅλον ὅλων ἐξ ἁπάντων καὶ ἐκ τελέων τέλεον. quod tamen ex alio libro non enotatum est neque repertum apud eos, qui hunc locum exscripserunt. De collocatione verborum conf. p. 30. A. εὕρισκεν — οὐδὲν ἀνόητον, τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον. p. 34. B. καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ

μέλλοντι ζώῳ πρέπον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιειληφὸς ἐν αὑτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα. διὸ καὶ σφαιροειδές, ἐκ μέσου πάντῃ πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον, κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο, πάντων τελεώτατον ὁμοιότατόν τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχημάτων, νομίσας μυρίῳ κάλλιον ὅμοιον ἀνομοίου. Λεῖον δὲ δὴ κύκλῳ πᾶν ἔξω-
C *θεν αὐτὸ ἀπηκριβοῦτο, πολλῶν χάριν. ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν, ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν, οὐδ' ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν· πνεῦμά τε οὐκ ἦν περιεστὸς δεόμενον ἀναπνοῆς. οὐδ' αὖ τι-*

ἀπέχον, κυκλοτερὲς αὐτὸ] V. καὶ κυκλοτερές, invitis codicibus omnibus. Dein Proclus ἐτορνώσατο.

C. οὐκ ἦν περιεστὸς δ.] Sic Par. A. pr. F. Ambr. x. Pal. Legebatur περιεστώς.

προςήειν αὐτῷ π.] V. προςήει, quod ex Par. A. mutatum. Dein vett. editt. ποθὲν οὐδέν· οὐ γὰρ ἦν. Quod dedimus, id habent Par. A. Vat. bor. Flor. x.

τελέων καὶ ὅλων σωμάτων σῶμα ἐποίησεν. Plura id genus consignavimus ad Menex. p. 239. C. Celerum ἕνα non carere vi sua, vix monitu opus: quippe Plato unum tantum mundum statuebat. conf. Origen. De princip. 2, 3. Plutarch. De oracul. def. T. II. p. 423 sqq.

B. σφαιροειδὲς—καὶ κυκλοτερὲς] Etiam Empedocles mundo tribuit figuram σφαιροειδῆ, h. e. globosam, ut narrat Plutarch. De placitis philosoph. II. 1. Quin et Xenophanes deum suum atque Parmenides ens illud intelligibile, quod statuebat, hac specie informarunt, de quibus v. Karsten. De Xenophane p. 104. et De Parmenide p. 108 sq. Enimvero sphaerae species est imago summae perfectionis, ut Plato ipse significat.

Λεῖον δὲ δὴ κύκλῳ πᾶν] Mundum significat, quoniam unus et ex se aptus sit, nullam habere, ut ita dicam, relationem externam, qua cum aliis animalibus sive corporibus mundanis contineatur. Quocirca superficiem eius laevigatam esse dicit et undique planam. Egregia sane imago et ad id, quod philosophus voluit, declarandum longe accommodatissima.

οὐδ' ἀκοῆς] Repete ἐπεδεῖτο, et ad οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν intellige οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν.

C. πνεῦμά τε οὐκ ἦν περιεστὸς δεόμενον—] Lindavius interpretatur: quum non haberet respirationem, sive quum repiratione careret. In qua interpretatione primum insolens tribuitur verbo δεῖσθαι significatio; deinde negligitur illud, quod paullo ante idem verbum dictum fuit aliter. Astius legendum proposuit: διὰ πνεῦμά τε. Quod verbo memorasse satis est. Possis etiam coniectare πνεῦμά τε οὐκ ἦν περιεστὸς οὐ δεόμενον κ. τ. λ. Sed his omnibus non est opus. Sensus enim verborum

νὸς ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου σχεῖν, ᾧ τὴν μὲν εἰς ἑαυτὸ τροφὴν δέξοιτο, τὴν δὲ πρότερον ἐξικμασμένην ἀποπέμψοι πάλιν· ἀπῄει τε γὰρ οὐδὲν οὐδὲ προςῄειν αὐτῷ ποθέν· οὐδὲ γὰρ ἦν. αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τροφὴν τὴν ἑαυτοῦ φθίσιν παρέχον καὶ πάντα ἐν ἑαυτῷ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ πάσχον καὶ δρῶν ἐκ τέχνης γέγονεν· ἡγή- D
σατο γὰρ αὐτὸ ὁ ξυνθεὶς αὔταρκες ὂν ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον ἢ προςδεὲς ἄλλων. χειρῶν δέ, αἷς οὔτε λαβεῖν οὔτε αὖ τινὰ ἀμύνασθαι χρεία τις ἦν, μάτην οὐκ ᾤετο δεῖν αὐτῷ προςάπτειν, οὐδὲ ποδῶν

D. αὐτὸ ὁ ξυνθεὶς] Sic Par. A. pr. FSY. Vind. Vat. Θ. Ambr. s. x. Pal. Ricard. Vat. or. Florentini, cum editt. vett. in quibus est συνθείς. Mon. et Par. A. rec. ξυντιθείς, quod dedit Bekker. sed v. ad Cratyl. p. 416. B. ubi et praesens et aoristum hoc in genere pariter fuisse usitatum demonstravisse videmur.

οὔτε αὖ τινὰ ἀμύνασθαι] Sic Par. AFY. Mon. Vat. θ. Tub. Flor. β. x. Procl. pro vulg. οὔτε ἄν τινα ἀμ.

procul dubio hic est: neque ei circumfusus fuit aër qui requireret respirationem, h. e. neque opus ei fuit respiratione, quum aër ipsi non esset circumdatus.

οὐδ' αὖ τινὸς ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου σχεῖν] Poterat sic dici: οὐδ' αὖ ἐπιδεὲς ἦν αὐτῷ ὄργανόν τι σχεῖν. Sed casus nominis verbo finito per attractionem accommodatus est atque deinde infinitivus subiunctus, ad quem nominis vis item pertinet. Multis exemplis hanc structurae formam illustravimus ad Remp. I. p. 342. B. III. p. 416. A. IV. p. 437. B. Gorg. p. 513. E. Phaedr. p. 242. B. Charmid. p. 161. A. Legg. I. p. 626. D. Haesit tamen in ea Stephanus, qui σχεῖν abiiciendum censebat. Mox post ἀπῄει τε in altero membro quod subiectum legitur οὐδὲ προςῄει, noli suspicari οὔτε esse corrigendo restituendum. Nam οὐδὲ post τὲ eadem lege infertur, qua alibi δέ. v. ad Remp. p. 611. D. supra ad p. 20. A.

αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τροφὴν —] h. e. γέγονε γὰρ τοιοῦτον ἐκ τέχνης, ὥςτε τὴν ἑαυτοῦ φθίσιν παρέχειν ἑαυτῷ τροφήν.

D. ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον ἢ πρ.] V. ad Hipp. mai. p. 285. A.

Χειρῶν δέ, αἷς οὔτε λαβεῖν —] Stephanus legendum putabat ὑπηρεσίαν, ut diceret Plato hoc: οὐκ ᾤετο δεῖν προςάπτειν αὐτῷ τὴν ὑπηρεσίαν χειρῶν οὐδὲ ποδῶν οὐδὲ ὅλως τὴν περὶ τὴν βάσιν. Legi etiam posse ait τὰς περὶ τὴν βάσιν ὑπηρεσίας. Cui coniecturae Lindavius perquam imperite sic adversatur, ut ad verba οὐκ ᾤετο δεῖν προςάπτειν ex praegressis intelligi iubeat χρείαν. Equidem genitivum censeo ex omisso τι pendere, etwas von Händen u. Füssen, quam structuram infra ad p. 65. D. illustravimus, ubi est: ὥςτε ἀποτήκειν αὐτῆς τῆς φύσεως. Sophist. p.

34 οὐδὲ ὅλως τῆς περὶ τὴν βάσιν ὑπηρεσίας. κίνησιν γὰρ ἀπένειμεν αὐτῷ τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν, τῶν ἑπτὰ τὴν περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα οὖσαν. διὸ δὴ κατὰ ταὐτὰ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν ἑαυτῷ περιαγαγὼν αὐτὸ ἐποίησε κύκλῳ κινεῖσθαι στρεφόμενον, τὰς δὲ ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἀφεῖλε καὶ ἀπλανὲς ἀπειργάσατο ἐκείνων. ἐπὶ δὲ τὴν περίοδον ταύτην, ἅτ' οὐδὲν ποδῶν δέον ἀσκελὲς καὶ ἄπουν αὐτὸ ἐγέννησεν.

Οὗτος δὴ πᾶς ὄντος ἀεὶ λογισμὸς θεοῦ περὶ τὸν
B ποτὲ ἐσόμενον θεὸν λογισθεὶς λεῖον καὶ ὁμαλὸν πανταχῇ τε ἐκ μέσου ἴσον καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων

P. 34. *πᾶς ὄντος ἀεὶ λ.*] V. ὄντως, quod ex ed. Bas. 2. et Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Vind. Par. FY. Mon. Ambr. x. Vat. r. emendatum.

B. *ὁμαλὸν πανταχῇ τε ἐκ μέσου*] Cicero: laevem eum effecit et undique aequabilem et a medio ad summum parem et perfectum. Itaque videri potest legisse: ὁμαλὸν πανταχῇ καὶ ἐκ μέσου ἴσον, ut scriptum extat in Flor. x. In Vat. o. legitur πανταχῇ τε καὶ ἐκ μ. Dein Heusdius Spec. crit.

232. B. *ἀλλὰ ἀναλάβωμεν πρῶτον τῶν περὶ τὸν σοφιστὴν εἰρημένων.* ubi Heindorf. ἐν de suo addidit. Hom. Iliad. ξ. v. 121. Ἀδρήστοιο δ' ἔγημε θυγατρῶν. conf. Schaefer. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 475 sq. Erfurdt. ad Soph. Antig. v. 1056.

P. 34. *τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν*] h. e. quae corpori rotundo et globoso maxime convenit, h. e. orbicularem. Hunc autem motum quod de septem generibus maxime ad mentem et intelligentiam pertinere arbitratur, hic iam in mente habet ea, quae deinceps de anima mundi eiusque conversionibus disputaturus est. Ceterum quaenam sint septem ista motus genera, ex ipso Timaeo nostro discimus infra p. 43. B. sqq. ubi res ante et pone, dextrorsum et sinistrorsum, sursum et deorsum, denique in orbem moveri posse edocemur. conf. etiam p. 37. Steph.

Οὗτος δὴ πᾶς ὄντος ἀεὶ λ. θ.] Non male Ficinus, quanquam paullo liberius ille: Cum haec igitur deus ille, qui semper est, de aliquando futuro deo cogitaret, laevem eum effecit aequalemque et a medio ad summum undique parem, corpusque ex corporibus totis et perfectis totum et perfectum. Unde cum Heusdio Specim. Crit. p. 130. suspicamur legisse eum in codice suo: ἐκ τελέων καὶ ὅλων σωμάτων. quod sententiae ratio sane postulare videtur. Eandem lectionem etiam Cicero vertendo expressit.

B. *ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον —*] Utitur his verbis Plutarchus Quaestt. Plat. II. extr. unde tamen ad eorum interpretationem nihil proficimus. Neque quisquam veterum scriptorum, quantum sciamus, rem expedivit. Quaeri enim utique potest, quid tandem sit, cur philosophus corpus huius uni-

σωμάτων σῶμα ἐποίησε. ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ θεὶς διὰ παντός τε ἔτεινε καὶ ἔτι ἔξωθεν τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψε ταύτῃ, καὶ κύκλῳ δὴ κύκλον στρεφόμενον οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέστησε, δι᾽ ἀρετὴν δὲ αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον ξυγγίγνεσθαι καὶ οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενον, γνώριμον δὲ καὶ φίλον ἱκανῶς αὐτὸν αὑτῷ. διὰ πάντα δὴ ταῦτα εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο.

Τὴν δὲ δὴ ψυχὴν οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ ὁ θεὸς νεωτέραν· C
οὐ γὰρ ἂν ἄρχεσθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου ξυνέρ-

p. 130. legendum coniecit: *καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων καὶ ὅλων σωμάτων σῶμα ἐποίησε*, quod Cicero videtur habuisse.

καὶ ἔτι ἔξωθεν] V. *ἔξω*, quod ex Par. A. et corr. F. cum Bekkero mutavimus. Mox post *περιεκάλυψε* ex Par. A. accessit *ταύτῃ*.

δι᾽ ἀρετὴν δὲ αὐτὸν] *δὲ* additum ex Par. A. Vat. bo. Flor. x. Vett. editt. eo carent.

versi etiam extrinsecus animae vi et natura undique incluserit. Enimvero sequutus ille est Philolaum, de quo Athenagoras Legat. p. Christ. 6. p. 25. ed. Oxon. (ap. Boeckh. p. 151.) *Καὶ Φιλόλαος δὲ ὥσπερ ἐν φρουρᾷ πάντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ περιειλῆφθαι λέγων καὶ τὸ ἕνα εἶναι καὶ τὸ ἀνωτέρω τῆς ὕλης δεικνύει.* Idem apud Stobaeum Eclogg. Phys. p. 426. ed. Heer. *καὶ τὸ μὲν ἀμετάβολον ἀπὸ τᾶς τὸ ὅλον περιεχούσας ψυχᾶς μέχρι σελάνας περαιοῦται.* Philolaus enim inter deum atque mundi animam nullum dum fecit discrimen, quod Plato demum constituit. Voluit autem philosophus hunc mundum animae vi undique cinctum esse atque circumdatum haud dubie propterea, quod etiam extremarum eius partium conversiones ratione et intelligentia regerentur. conf. ad p. 36. E. Proxima iungas in hunc modum: *καὶ κατέστησεν οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον (ὡς) κύκλον κύκλῳ στρεφόμενον.* De structura verborum *τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψε* dixit Matthiae Gr. §. 411. ann. 3.

C. *οὐ γὰρ ἂν ἄρχεσθαι —*] Animam mundi prius quam corporum molem extitisse ex eo docet, quod id, quod regat alterum ac gubernet, prius illo extiterit necesse sit. Itaque animam hunc mundum permeantem et ipsam aliquando ortam esse censet, quod egregie convenit cum iis, quae Legum libro X. p. 904. A. disputantur, ubi animam indelebilem quidem esse docetur, nec vero aeternam. Quippe anima atque materia mundi, h. e. tota haec rerum universitas, non omnino ac simpliciter est aeterna, verum temporis una cum ipsa orti habet perpetuitatem, in quo cernitur absolutae aeternitatis imago quaedam, sicuti infra docebitur. Similiter Heraclitus apud Stobaeum Eclogg. Phys.

ξας εἴασεν· ἀλλά πως ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες τοῦ προςτυχόντος τε καὶ εἰκῇ ταύτῃ πῃ καὶ λέγομεν, ὁ δὲ καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος, ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου, ξυνεστήσατο ἐκ τῶνδέ τε καὶ τοιῷδε τρόπῳ.

35 τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ ξυνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς θατέρου, καὶ κατὰ ταῦτα ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ. καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δύςμικτον οὖσαν

B εἰς ταὐτὸν ξυναρμόττων βίᾳ. μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἓν πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας ὅσας προςῆκε διένειμεν, ἑκάστην δὲ ἔκ τε ταὐτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένην.

P. 35. *καὶ τῆς θατέρου*] V. *τῆς τοῦ ἑτέρου*, quod ex Par. F. et Flor. x mutavimus. Istud *αὖ πέρι* eiiciendum censet Davisius ad Ciceron. De Nat. Deor. I. 8. secutus auctoritatem Sexti Empir. Pyrrhon. Hypotyp. III. 24 et adv. Mathem. p. 60. Nos *αὖ* in *ὂν* commutandum, *πέρι* eiiciendum censemus. Dein pro vulg. *καὶ κατὰ ταὐτὰ* ex Par. AY. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Mon. Ambr. x. Vat. c. Ricard. et Florentinis dedimus *καὶ κατὰ ταῦτα*.

λαβὼν αὐτὰ ὄντα] Sic Par. AF. Ven. Σ. Ambr. s. Vat. b. Tub. Flor. β. Vett. editt. *αὖ τὰ ὄντα*.

B. *ἑκάστην δὲ ἔκ τε ταὐτοῦ*] *ἑκάστην δὲ τούτων* Vat. o. et Flor. x., ex glossemate, nisi fallor. Iidem in proximis *ἤρξατο* pro *ἤρχετο* scriptum exhibent. Paullo inferius Flor. x. *ὀκτωπλασίαν*. et Ven. Σ. Vind. Mon. Ambr. x. Flor. Pal. A. corr. *ἑπτακαιεικοσιπλασίαν*.

I. p. 454. de mundi origine: Ὁ Ἡράκλειτος οὐ κατὰ χρόνον εἶναι γέννητον τὸν κόσμον ἀλλὰ κατ' ἐπίνοιαν. Sic etiam Pythagoras teste Stobaeo p. 450.

ἀλλά πως ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες —] h. e. nos vero, nescio quomodo, expositi magnopere casus temeritati, etiam isto fere modo, h. e. temere, iudicamus. Usum vocabuli *πώς* notavimus ad Cratyl. p. 428. C, Phaedr. p. 235. C. *Μετέχειν τινός* vero etiam de malo, cui quis est obnoxius, usurpatum neminem morabitur, qui similem verbi *ἔχειν* usum meminerit, de quo diximus ad Phaedr p. 231. C. Mox *γένεσις* est ortus, origo.

P. 35. *τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ* —] Primum dicendum de verbis est; tum explicabitur de eorumdem sententia.

Not. ad Pag. 35. A.

Videtur autem locus magna labe affectus esse. Nam in vulgari quidem scriptura, quam consulto servavimus, et molestum accidit istud *πέρι*, neque ratio et causa genitivorum *τῆς ἀμερίστου* usque ad *μεριστῆς* expediri potest. Itaque primum quidem tollenda est post *μεριστῆς* interpunctio. Quo facto verborum consecutio erit haec: *ξυνεκεράσατο εἶδος τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον (εἶδος) οὐσίας*, in quibus per redundantiam quandam interiectum est *ἐξ ἀμφοῖν*: individuae et dividuae naturae speciem tertiam conflavit ex utraque in medio speciem; quod concise dictum pro his: conflavit individuam ac dividuam naturam ita, ut inde existeret tertia naturae species in medio utriusque illius collocata. Nova vero difficultas obiicitur in proximis: *τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς θατέρου*. Neque enim *αὖ* idoneam habet explicationem, neque *πέρι* praepositioni locus est, nisi forte tolerabilem iudicaveris Lindavii interpretationem locum ita Latine reddentis: tertiam ex utraque illa mediam commiscuit essentiae speciem, e natura *dico* eius quod semper est etc. Enimvero laborantibus nobis succurrit opportunissime Sextus Empir., qui locum hunc bis afferens Pyrrhon. Hypotyp. III. 24. et Advers. Mathem. I. c. 13. §. 302. istud *πέρι* bis omisit. Quod merito placuit Davisio ad Cicer. De Nat. Deor. I. 8. qui etiam *αὖ*, quod omisit Sextus, eliminandum iudicavit. In quo tamen vereor magnopere ne vir doctus processerit iusto longius. Ego quidem voculam omnium librorum testimoniis firmatam, non tollendam, sed emendandam arbitror. Reponendum enim: *τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως ὂν καὶ τῆς θατέρου*, h. e. quod particeps esset pariter naturae *ταὐτοῦ* atque *θατέρου*. Ita certe locum legisse videtur Cicero, cuius haec sunt verba: Ex materia, quae individua est et quae semper uniusmodi suique similis, et ex ea, quae corporibus dividua gignitur, tertium materiae genus ex duobus in medium admiscuit, *quod esset eiusdem naturae et alterius*. Effecit autem haud dubie huius ipsius voculae depravatio, ut *πέρι* inepte inculcaretur, nisi forte huius quoque vocabuli origo aliunde repetenda est, de quo quaerant critici nobis acutiores. Dein *καὶ κατὰ ταὐτὰ* est ac proinde, und demgemäss, quod non est cur in *καὶ κατὰ ταὐτὰ* commutetur, quod placuit aliis. Denique *αὐτῶν* referas ad duas illas naturas, hoc sensu: genus illud in medio individuae ex iis atque dividuae constituit. Et hactenus quidem de verbis eorumque constructione. Sequitur, ut universi loci sententia declaranda sit, quae quantum iam veteribus philosophis creaverit negotii, ex Proclo p. 185 sqq. Plutarcho De Animae procreat. p. 1012. intelligitur, quo loco Xenocratis, Crantoris, aliorumque opiniones recensentur. Recentiorum philosophorum iudicia quaedam castigavit Tennemannus in System. Philosoph. Platon. T. III. p. 73. coll. p. 65. qui tamen ipse p. 67. confitetur se, quo saepius rem apud animum reputaverit, eo magis de ea incertum ac dubium factum esse, atque Boeckh. in Studiis T. III. V. I. p. 26 sqq. Quodsi igitur, sepositis atque neglectis his

Not. ad Pag. 35. A.

tam multis atque variis virorum doctorum opinionibus ipsum Platonem audimus, tota res huc fere redire existimanda est. Posuit philosophus duo tanquam primaria animae mundanae elementa, quorum alterum ait esse constans, omnique liberum vicissitudinis varietate, alterum vult esse corporibus dividuum ac mutabile. Illud habere dicit τὴν ταὐτοῦ φύσιν, hoc τὴν θατέρου. Quae qui secum reputaverit paullo diligentius, altero illo facile videbit mundi intelligibilis sive idearum vim naturamque designari quam a philosopho tanquam per se constantem atque adspectabilis rerum universitatis imaginem fuisse informatam in Prolegomenis ad Parmenidem explicabitur; altero autem significari materiam corporum eamque primam, figurarum capacem quidem factionique subiectam, sed omni viduatam qualitate, ut neque corporea sit neque incorporea ideoque tantummodo νόθῳ λογισμῷ intelligatur. v. infra p. 48. E. coll. 50. B. D. 51. A. Quibus locis inspectis nec mirabile videbitur cuiquam, quod anima ex corporea materia conflata esse dicitur. Et certe materia corporum vel res adspectabiles etiam alibi solent a Platone τοῦ θατέρου nomine insigniri, id quod in Parmenide plurimis locis factum esse meminimus. Conferas etiam quae de hac re scripsimus ad Phaedon. p. 102. A. et Sympos. p. 211. B. Itaque animae vim apparet conflatam putari ex idearum et corporum materia in unum consociata. Quod prorsus concinit cum nobilissimo illo Platonis decreto, quo similia similibus tantum cognosci penitus sibi persuaserat. Etenim anima quoniam capax est rerum a sensuum perceptione abductarum, quae sola mente et ratione intelliguntur, necesse est, ut et ipsa naturam habeat ideis consimilem; eadem vero quia etiam res sub sensus subiectas percipit atque contemplatur indeque haurit opiniones, quas δόξας appellavit philosophus, fieri non potest quin corporeae quoque materiae aliquid susceperit, quo ipsius cognatio quaedam atque necessitudo cum rebus adspectabilibus efficiatur. De qua sententia Plato ipse egregie commentatur infra p. 37. A sqq. 45. C sqq. Atque hinc lux affunditur **Aristoteli** De Anima I. 2, 7. Platonem affirmanti animam ex elementis conflavisse. Nimirum Stagirites non quattuor illa Empedoclis elementa intellexit, quorum antea fecerat mentionem, sed haec ipsa, de quibus nunc sermo est, animae primordia. Sed haec in transcursu. Nascitur vero hic quaestio perquam gravis atque difficilis de tertia illa natura, quam Plato vult ex utriusque illius elementi primarii coniunctione esse effectam. Quae qualis sit, quo facilius intelligatur, recordari debemus doctrinae Philolai aliorumque Pythagoreorum de rerum principiis, quam Platonem hic quoque ob oculos habuisse atque adeo secutum esse certissime nobis persuasimus. Statuit enim Philolaus, sicut iam supra vidimus, omnia in tota rerum natura orta esse ex **finito**, quod simul finiendi polleret vi et potestate (τῷ πεπερασμένῳ s. πέρας ἔχοντι); atque ex **infinitio** sive ἀπείρῳ. Quibus duobus tertium adiunxit genus ex utroque ortum temperatumque, τὸ συμμεμιγμένον, quod quidem voluit omnia, quae revera orta essent et extarent, in se complecti, siquidem nihil ex solo finito aut finito constaret. Iam vero quum omnem finiti et infiniti consociationem videret certis quibusdam ac sapientibus legibus institui opor-

Not. ad Pag. 35, A.

tere, siquidem alioquin nihil boni et praeclari efficeretur, tribus illis generibus caussam praefecit sive τὸ αἴτιον, cuius moderamine finiti et infiniti coniunctionem voluit regi atque gubernari. V. Plat. Phileb. p. 25 sqq. p. 27. B. coll. Aristot. Metaph. p. 25 sq. ed. Brand. et Prolegg. ad Phileb. p. LVII sqq. ed. I. in quo libro philosophus illam Pythagoreorum rationem ita ad rem suam adhibuit, ut eam simul egregie illustraverit. Similiter alii Pythagorei omnia docuerunt oriri a monade primaria, monade secundaria, atque dyade indefinita. Etenim dyadem indefinitam, quam etiam magnum et parvum appellarunt, intellexerunt infinitum sive τὸ ἄπειρον; monadem secundariam, s. δευτεραίαν, tanquam numerum primum, qui definitus esset, posuerunt ut finitum; denique τὸ πρῶτον ἕν a numeris concretis prorsus distinxerunt, sed eos tamen voluerunt inde originem habere suam, ut dubitari non possit illud idem fere ac τὸ αἴτιον iis visum esse. v. Aristot. Met. I. 6. p. 20. ed. Brand. XIII. 7. Phys. Auscult. I. 4. p. 11. I. 9. III. 4. 6. IV. 2. p. 63. ed. Sylb. conf. Tennemann. Histor. Phil. I. p. 119. et 107. ed. sec. et quae in Prolegomenis ad Parmenidem disputabimus. Iam vero facile intelligitur in ortu animae describendo a Platone discerni bina elementa primaria, inter se opposita ac diversa, quandoquidem alterum est constans, individuum, sempiternum; alterum mutabile, dividuum, diversitatis particeps. Quid igitur? Alterum quidem estne ipsum illud finitum atque finiens, quod Philolaum statuisse vidimus, alterum vero infinitum? Ego quidem nihil video, quod huic sententiae recte opponi possit. Nam quod aliquando suspicatus sum etiam idearum materiam, ut ita dicam, infinitam informari, id in Parmenide quidem fieri potuit, ubi idearum origo describitur, in Timaeo fieri non potuit, quoniam hic nec idearum ortus explicatur nec infinita earum natura usquam attingitur. Quid quod adeo de infinita corporum materia infra demum exponitur ita quidem, ut in superiore disputatione significetur nusquam opus fuisse huius discriminis subtilitate. Sequitur igitur, ut videamus de οὐσίᾳ. Quam quidem Boeckhius l. c. p. 42. interpretatus est sic, ut de natura finiente cogitari vellet. Quod prorsus abhorret ab ipsa rei ratione. Nam ex Platonis quidem sententia, sicuti vidimus, τὸ πεπερασμένον item est τὸ πέρας ἔχον, ut profecto inter utrumque nullum discrimen statuere liceat. Quocirca ne οὐσίαν quidem isto modo ab τῷ ταὐτῷ distinguere licebit. Dicam igitur quod sentio. Pertinet ista οὐσία ad τὸ συμμεμιγμένον, sive est aliquid, quod ex finiti et infiniti coniunctione emergit, h. e. essentia s. existentia, ut ita dicam. Quae quidem est quasi vinculum quoddam, quo finitum et infinitum continentur, ita ut natura generata inde existat. Itaque recte sane et ex utroque nata esse et utriusque particeps dicitur. Quemadmodum enim quidquid est, id infiniti et finiti demum consociatione nascitur, ita etiam essentia utrique illi elemento tanquam commune quiddam veluti adhaeret, estque revera τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως καὶ τῆς θατέρου. Ponitur autem haec οὐσία ut tertium quiddam, quod a reliquis duobus diversum sit. Quod ne quis miretur, factum illud sic est, quoniam finiti et infiniti coniunctio sine ea sane nulla esset. Est igitur haec abstracta essentiae sive existentiae notio atque species, quam phi-

Not. ad Pag. 35. B.

losophus iam tanquam extrinsecus menti obiectam et per se constantem spectavit, sive, ut barbare dicam, est mera essendi possibilitas. Haec igitur tria genera deus commiscuit, quo ipso animae natura revera progenerata est tanquam ipsum τὸ ξυμμεμιγμένον. Et haec quidem iam satis expedita videntur. Restat τὸ αἴτιον illud tanquam genus quartum. Et huius quidem etsi nulla ratio a Platone habita videatur, tamen dubitari non potest, quin mens divina huc pertineat, quae una est animae mundanae causa. Quocirca Deus deinde dicitur animam ita composuisse, ut eius vim naturamque sapientissime secundum numeros et proportiones condiderit. Verum satis haec. Respexit locum Plotinus, de quo v. Creuzerus T. III. p. 266.

τὴν θατέρου φύσιν — βίᾳ] Enimvero terrenae materiae natura, quia per se omni caret unitate et ad varietatem multitudinemque tendit, aegerrime etiam fert harmoniae vinculum, ideoque per vim cum ceteris elementis in unum est coniungenda. Vere Plutarchus De animae procreat. p. 1025. T. X. p. 250. ed. Reisk. οὐκ εὖ δέ τινες εἰρῆσθαι λέγουσι δύσμικτον ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος τὴν θατέρου φύσιν, οὐκ ἄδεκτον οὖσαν, ἀλλὰ καὶ φίλην μεταβολῆς, μᾶλλον δὲ τὴν τῆς ταὐτοῦ μόνιμον καὶ δυσμετάβλητον οὖσαν οὐ ῥᾳδίως προςίεσθαι μῖξιν. — οἱ δὲ ταῦτα ἐγκαλοῦντες ἀγνοοῦσιν, ὅτι τὸ μὲν ταὐτὸν ἰδέα τῶν ὡσαύτως ἐχόντων ἐστί, τὸ δὲ θάτερον τῶν διαφόρως κ. τ. λ. Est autem εἰς ταὐτὸν breviter dictum pro εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν.

B. μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας —] h. e. miscens autem τὴν θατέρου φύσιν καὶ ταὐτὸν ita ut accederet οὐσία: nam ita istud μετὰ τῆς οὐσίας interpretandum, ut suadet universi loci sententia. De constructione conf. p. 83. B. ἔτι δὲ ξυμμίγνυται ξανθὸν χρῶμα μετὰ τῆς πικρότητος. p. 85. A. μετὰ χολῆς δὲ μελαίνης κεραςθὲν κ. τ. λ. Dicitur autem animae auctor iam materiem istam ex ταὐτῷ, θατέρῳ et οὐσίᾳ comparatam in totidem partes distribuisse, quot opus esse viderentur ad animam inde procreandam idque fecisse proportione quadam geometrica, de qua deinceps copiose explicabitur. Hic paucis notandus error Henrici Stephani est, qui ante μοίρας excidisse suspicatur εἰς praepositionem. Solent enim verba distribuendi ita cum nudo accusativo copulari. v. mox p. 36. D. τὴν δ' ἐντὸς σχίσας ἑξαχῇ ἑπτὰ κύκλους, h. e. εἰς ἑπτὰ κύκλους. Phileb. p. 23. E. Phaedr. p. 253. C. Legg. V. p. 737. E. al. Sed multa id genus suppeditabit Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 683. Ad rem vero comparavisse iuvabit locum Philebi p. 26. A. ubi harmoniam ex infinito atque finito moderante causa aliqua conflatam inter alia etiam in animae vi ac natura regnare iudicatur. Καὶ μήν, inquit Socrates, ἔν γε χειμῶσι καὶ πνίγεσιν ἐγγενομένη (μουσική) τὸ μὲν λίαν καὶ ἄπειρον ἀφείλετο, τὸ δὲ ἔμμετρον καὶ ἅμα ξύμμετρον ἀπειργάσατο. οὐκοῦν ἐκ τούτων ὧραί τε καὶ ὅσα καλὰ πάντα ἡμῖν γέγονε, τῶν τε ἀπείρων καὶ τῶν πέρας ἐχόντων ξυμμιχθέντων, καὶ ἄλλα γε δὴ μυρία ἐπιλείπω λέγων, οἷον μεθ' ὑγιείας κάλλος καὶ ἰσχύν, καὶ ἐν ψυχαῖς αὖ πάμπολλα ἕτερα καὶ πάγκαλα. Quocirca nemo certe mirabitur, quod deinceps animi harmonia numerorum proportionibus declaratur, quanquam cavendum erit, ne forte aliquis Herbartiana decreta sibi

ἤρχετο δὲ διαιρεῖν ὧδε. μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ
παντὸς μοῖραν, μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν
ταύτης, τὴν δ' αὖ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέ-
ρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τετάρτην δὲ τῆς
δευτέρας διπλῆν, πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης,
τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν, ἑβδόμην δὲ C
ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης. μετὰ δὲ ταῦτα ξυν-
επληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστή- 36
ματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς
τὸ μεταξὺ τούτων, ὥςτε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο
εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων
αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ
μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομέ-
νην. ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογ-
δόων γενομένων ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς
πρόσθεν διαστάσεσι, τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι B
τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν
ἑκάστου μόριον τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως
λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς
ὅρους ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία
καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια. καὶ δὴ τὸ μιχθὲν
ἐξ οὗ ταῦτα κατέτεμνεν, οὕτως ἤδη πᾶν καταναλώκει.

C. *συνεπληροῦτο τά τε διπλάσια*] Sic Par. AF. Vat. o. Tub. Flor. x. Vett. editt. ξυνεπλήρωσε. Alii habent συνεπλήρου, ut Vat. Θ. Mon. Ambr. s.

P. 36. B. *τῆς τοῦ μορίου ταύτης*] Vat. Θ. Vind. Paris, FSY. Ambr. s. x. Pal. Ricard. Vat. r. Flor. a. b, c. n. o. et rec. Par. A. τῆς δὲ τοῦ μορίου. Ven. Ξ. Par. F. Ricard. Vat. or. ληφθείσης.


πᾶν καταναλώκει] V. ἀπηναλώκει. Par A. πάντ' ἀναλώκει. Ven. ΞΣ. Vat. Θ. Vind. Par. F. Ricard. Tub. Flor. a. e. o. et ed. Bas. 2. πᾶν κατανηλώκει.

videatur hic deprehendere. Neque haec ad organicorum normam exigenda sunt, qui sonos eorumque intervalla uno aurium indicio metiebantur, sed exposita sunt ad rationem harmonicorum, qui repudiato auditus indicio numerorum proportionibus omnia tribuebant. v. ad Remp. VII. p. 531. A. sqq. Quod nobis tenentibus tota res fiet aliquanto dilucidior. Praeterea non indigna sunt quae adscribantur verba Plutarchi De animae procreat. p. 1025. T. X. ed. Reisk. p. 249. δεῖ δὲ τὴν περὶ τὸ σῶμα τοῦ κόσμου γενομένην σύνταξιν εἰκόνα λαβεῖν

Not. ad Pag. 35. B.

τῆς ἀναλογίας, ἐν ᾗ διηρμόσατο ψυχήν. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄκρατον ἦν πῦρ καὶ ἡ γῆ, χαλεπὴν πρὸς ἄλληλα κραθῆναι φύσιν ἔχοντα, μᾶλλον δὲ ὅλως ἄκρατον καὶ ἀσύστατον. ὅθεν ἐκ μέσῳ θέμενος αὐτῶν τὸν μὲν ἀέρα πρὸ τοῦ πυρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ πρὸ τῆς γῆς, ταῦτα πρῶτον ἀλλήλοις ἐκέρασεν, εἶτα διὰ τούτων ἐκεῖνα πρός τε ταῦτα (leg. αὐτὰ) καὶ πρὸς ἄλληλα συνέμιξε καὶ συνήρμοσεν. ἐνταῦθα δὲ πάλιν τὸ ταὐτὸν καὶ τὸ θάτερον ἐναντίας δυνάμεις καὶ ἀκρότητας ἀντιπάλους συνήγαγεν οὐ δι᾽ αὐτῶν, ἀλλ᾽ οὐσίας ἑτέρας μεταξὺ, τὴν μὲν ἀμέριστον πρὸ τοῦ ταὐτοῦ, πρὸ δὲ τοῦ θατέρου τὴν μεριστὴν, ἔστιν ᾗ προςήκουσαν ἑκατέραν ἑκατέρῳ τάξας, εἶτα μιχθείσαις ἐκείναις ἐπεγκεραννύμενος, οὕτω τὸ πᾶν συνύφηνε ἓν τῆς ψυχῆς εἶδος, ὡς ἦν ἄνυστον, ἐκ διαφόρων ὅμοιον, ἔκ τε πολλῶν ἓν ἀπειργασμένος.

ἤρχετο δὲ ὧδε διαιρεῖν —] Difficillimus hic locus ad interpretandum semper visus est, in quo illustrando iam antiqua aetate praeter ceteros veluti Chalcidium ad Tim. c. 32. p. 286 sqq. ed. Fabr. Proclum p. 185 sqq. Sextum Empir. advers. Mathem. VII. §. 93 sqq. p. 389 sqq. ed. Fabri. Macrobium in Somn. Scip. II. 2. Theonem Smyrn. De mathematicis in Platone p. 151 sqq. Ioannem Philoponum De mundi aeternitate XIII. 18. Honorium Augustodunum De mundi imagine I. c. 81 et 83. maxime elaboravit Plutarchus De animae procreatione p. 1016 sqq. T. X. p. 219 sqq. ed. Reisk. nostra autem memoria diligentissime doctissimeque versatus est Aug. Boeckhius in Daubii et Creuzeri Studiis T. III. p. P. I. p. 42 sqq. Ex quibus Plutarchum maxime atque Boeckhium duces sequuti sumus sic, ut eorum rationem vel illustraverimus subinde, vel, sicubi opus videretur, nonnihil immutaverimus. Et priorum quidem verborum usque ad voc. τῆς πρώτης pertinentium interpretationem facili negotio repetere licebit ex iis, quae a Theone Smyrnaeo p. 146 sqq. ed. Bulliald. Plutarcho l. c. Meursio Denar. Pythagor. c. VI. Kepplero De harmonia mundi III. in. atque Boeckhio l. c. p. 52 sqq. de tetracty Pythagoreorum disputata sunt. Est enim tetractys complexio quattuor membrorum geometricorum consimilium, cuius maxima in rerum natura vis et efficacia esse putabatur. Cuiusmodi complexiones secundum Theonem fuere duodecim, quarum duae priores in numeris insunt. v. Boeckh. l. c. p. 150. Ex his ipsis vero primum magnam auctoritatem accepit numeri denarii tetractys, quae ex primis quattuor numeris 1, 2, 3, 4, composita est, atque habet arithmeticam proportionem, quippe additione effecta. Qui quidem numeri quum gignant numerum denarium, factum est, ut hic ipse numerus communi iudicio pro perfectissimo sanctissimoque haberetur. Verum huius quidem tetractyos nunc a Platone non est habita ratio, qui potius ob oculos habuit alteram, quae efficitur multiplicatione atque proportione nititur geometrica. Est autem ea duplex, prouti ex numeris vel paribus vel imparibus composita est, ita quidem ut in illis binario, in his ternario exponendi tribuatur vis et potentia. Speciem eius atque formam haecce figura repraesentabit, quam apud Macrobium l. c. vidimus appictam:



Not. ad Pag. 35. B. C.

Vides monade in vertice locata ab eadem tanquam a communi aliqua stirpe utrinque descendere ternos numeros, natos illos multiplicatione vel binario vel ternario numero effecta. Quorum numerorum si quaeris, quaenam vulgo iudicata sit vis esse atque potentia, Theo quidem Smyrnaeus p. 50. 59. 68. de arithmetica illa tetracty narrat, monade significari identitatem, substantiam, ideam, rerum principium; dyade primum motum, differentiam, denique id, quod vel fiat vel factum sit; triade primam multitudinem ac varietatem, primam planitiem vel etiam corporum dimensiones; tetrade denique primum tetraedron et quasi cubum. Quae vides quam vaga sint et ambigua, ut vix quidquam inde ad Platonis interpretationem proficiamus. Plus momenti ad rem nostram facit geometrica illorum numerorum explicatio. Nam monas puncti, dyas lineae, trias planitiei, tetras cubi signum esse putabatur. Id quod prorsus etiam in geometricam convenit tetractyn, in qua et ipsa terni numeri ex unitate prognati lineae, planitiei, atque cubi vel solidi corporis imaginem exhibent, hoc tamen discrimine, ut tetractys ex paribus numeris conflatà figuras rectis lineis constantes denotet; altera autem, quae impares habet numeros, curvarum linearum indicium faciat. v. Simplicius ad Arist. de anim. fab. 5. 6. Boeckh. in Philolao p. 157 sq. Verum his quanquam nonnihil sane adiuvamur, tamen res nondum ad liquidum perducitur, siquidem numerorum usus per universam philosophiam pervagatus est latissime, neque tantum ad physica pertinuit. Quocirca nos quidem suspicamur numeris istis omnino quasi gradus quosdam esse significatos, quibus quidquid existeret ad naturae suae perveniret perfectionem atque praestantiam. De qua re vide infra Tim. p. 43. D. E. Quam ipsam ob causam et denarius et septenarius numerus a Pythagoreis pariter atque Platonicis in maximo honore est habitus, adeo ut eum putarent in tota rerum natura dominari potentissime. Etenim septenario numero tanta vis ac potentia ideo attributa est, quia numeri pares atque impares geometricae illius tetractyos in unum consociati iam duplicem tetractyn effecerunt hanc: 1, 2, 3, 4, 8, 9, 27, cuius sex priora membra aequant summam ultimi, h. e. viginti septem efficiunt. Et hanc quidem numerorum seriem ex duplici illa tetracty oriundam Pythagorei tam efficacem atque potentem esse censuerunt, ut per eam adeo universitatis ordinem declarare et illustrare conati sint, ut quae esset quasi κλειδοῦχος τῆς φύσεως. Hanc eandem etiam Plato nunc ob oculos habuit atque inde praestantissimam ac perfectissimam animae harmoniam demonstravit. Atque haec quidem de verbis prioribus, quorum sensum iam copiosiore oratione aperire haudquaquam opus erit.

C. μετὰ δὲ ταῦτα ξυνεπληροῦτο —] Duotetractys illa, quam modo illustravimus, a Pythagoreis etiam pro fundamento habita est systematis harmonici, s. tonici. Quod prorsus concordat cum eorum ratione, qua ex sonorum intervallis etiam rerum universitatis ordinem explicare ac declarare conati sunt. Ad quam rem quum maiore quadam copia ac multitudine numerorum opus esse videretur, rationes musicas secuti singula duotetractyos intervalla aliis rursus numerorum rationibus expleverunt.

Not. ad 35. B. C.

Quod quo facilius intelligatur quo modo a Platone ad eorum exemplum effectum sit, auctoritatem Eudori et Crantoris apud Plutarchum De animae procreat. T. X. p. 232 sq. secuti ad evitandas numerorum fractiones pro monade ponemus numerum 384, ad eumque tanquam ad principium quoddam computationes nostras referemus. Itaque Plato deum dicit primum dupla et tripla intervalla binis medietatibus explevisse. Sunt autem dupla intervalla haec: 1 : 2 = 384 : 768, 2 : 4 = 768 : 1536, 4 : 8 = 1536 : 3072. tripla vero haec esse puta: 1 : 3 = 384 : 1152, 3 : 9 = 1152 : 3456, 9 : 27 = 3456 : 10368. Haec igitur deus explevit duabus medietatibus, h. e. interpositis binis membris mediis proportionis continuae, quae fere *ἀναλογία συνεχής*, interdum etiam eximie *μεσότης* appellatur. Duplex autem significatur proportio, harmonica altera, altera arithmetica. vid. Plutarch. De animae procr. T. X. p. 228 sqq. ed. Reisk. p. 1019. ed. Francof. Et harmonica quidem proportio, de qua v. etiam Iamblich. in Nicomach. p. 151 sqq. ed. Tennul., ea est, cuius medius terminus primum terminum tanta huius ipsius parte exsuperat, quanta ipse tertii membri parte rursus superatur. Veluti 3, 4, 6; nam hic et 4 tertia numeri 3 parte plus est quam 3, et 6 tertia sui ipsius parte amplius valet quam 4. Iam vero datis huius proportionis terminis extremis auctore Eudoro apud Plutarchum l. c. medius ita invenitur, ut primus et tertius per se ipsos multiplicentur, veluti 3 . 6 = 18; deinde summa multiplicando effecta rursus numero binario multiplicetur, quo efficiuntur 36; tum primi et tertii summa computetur (3 + 6 = 9), denique per hanc summa illa multiplicando effecta dividatur (36 : 9 = 4). Itaque harmonicae medietates numerorum supra positorum procul dubio hae erunt: 384, **512**, 768, (nam summa multiplicando nata erit: 589824; quam ubi per 384 + 768 = 1152 diviseris, habebis 512.) 768, **1024**, 1536, et 1536, **2048**, 3072; triplorum autem intervallorum media membra secundum proportionem harmonicam haec sunt: inter 384 et 1152 (= 1 : 3) medius terminus constitutus est 576; inter 1152 et 3456 (= 3 : 9) 3456; denique inter 3456 et 10368 (= 9 : 27) 5184. Sequitur, ut videamus de mediis membris proportionis arithmeticae, quae et ipsa continua intelligi existimanda est. Constat autem datis arithmeticae proportionis continuae membris extremis medium facillime inveniri posse sic, ut utriusque membri summa per numerum binarium dividatur. Quod ipsum etiam Eudorus apud Plutarchum docuisse narratur. Ut quum investigandus fuerit medius terminus numerorum 384 et 768, dividendus erit numerus 1152, qui aequat 384 + 768, numero binario, quo efficientur 576. Hac igitur via si perrexeris, arithmeticas medietates invenies hasce: inter 384 et 768 terminus erit medius 576; inter 768 et 1536 (= 2 : 4) interiacebit 1152; inter 1536 et 3072 (= 4 : 8) porro erit 2304; inter 384 et 1152 (= 1 : 3) reperies 768; inter 1152 et 3456 (= 3 : 9) 2304; denique inter 3456 et 10368 (= 9 : 27) medium tenebit locum 6912. Itaque apparet Deum Platonis dupla intervalla hunc in modum explevisse:

1 : 2) 384, 512, 576, 768,
2 : 4) 768, 1024, 1152, 1536,
4 : 8) 1536, 2048, 2304, 3072,

tripla autem sic:

Not. ad Pag. 36. B. C.

1 : 3) 384, 576, 768, 1152.

3 : 9) 1152, 1728, 2304, 3456.

9 : 27) 3456, 5184, 6912, 10368.

Eandem rationem inierunt etiam Eudorus et Crantor apud Plutarchum De animae procreat. T. X. p. 232 sqq. ed. Reisk. p. 1020 sq. ed. Francof. et quos sequutus est nuper Boeckhius l. c. p. 77. Ceterum ἐκεῖθεν ἀποτέμνων est ἀποτέμνων ἀπὸ τοῦ παντός.

P. 36. ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων—] Interpositione illa terminorum mediorum orta esse iam dicit intervalla ἡμιόλια (sesquialtera) 3 : 2 = $1\frac{1}{2}$; ἐπίτριτα (sesquitertia) 4 : 3 = $1\frac{1}{3}$; et ἐπόγδοα (sesquioctava) 9 : 8 = $1\frac{1}{8}$. Enimvero in duplis intervallis hanc videre licet proportionum rationem: 384 : 512 = $1\frac{1}{3}$, 512 : 576 = $1\frac{1}{8}$, 576 : 768 = $1\frac{1}{3}$; 768 : 1024 = $1\frac{1}{3}$, 1024 : 1152 = $1\frac{1}{8}$, 1152 : 1536 = $1\frac{1}{3}$, 1536 : 2048 = $1\frac{1}{3}$, 2048 : 2304 = $1\frac{1}{8}$, 2304 : 3072 = $1\frac{1}{3}$; habes igitur ἐπίτριτα bina cum singulis ἐπογδόοις coniuncta: in triplis vero intervallis insunt proportiones hae: 384 : 576 = $1\frac{1}{2}$, 576 : 768 = $1\frac{1}{3}$; 768 : 1152 = $1\frac{1}{2}$; 1152 : 1728 = $1\frac{1}{2}$, 1728 : 2304 = $1\frac{1}{3}$, 2304 : 3456 = $1\frac{1}{2}$; 3456 : 5184 = $1\frac{1}{2}$, 5184 : 6912 = $1\frac{1}{3}$, 6912 : 10368 = $1\frac{1}{2}$; quocirca in his bina semper ἡμιόλια cum singulis ἐπιτρίτοις coniunguntur. Iam vero quaeritur, cur Timaeus rursus haec ipsa intervalla per ἐπόγδοα explenda censeat. De qua re priusquam dicatur, paucis ostendendum est, quid necessitudinis tota haec numerorum computatio cum musicis rationibus habeat. Quemadmodum igitur heptachordi vel octachordi habita ratio est in superioribus, ubi septem duotetractyos numeri significabantur, siquidem per illos indicatur systema idque diatonicum quatuor octavarum adiuncto quintae intervallo una cum tono integro extrinsecus assumpto; nam τετράκις διὰ πασῶν est 1 : 2, 2 : 4, 4 : 8, 8 : 16, quandoquidem octavae ratio est 1 : 2, de quo v. Barthelemy Iter Anacharsidis in Graecia T. III. p. 55. ed. Germ., διὰ πέντε autem 16 : 24 (= 2 : 3), denique unius toni 24 : 27 = 8 : 9, ita intervallis istis numerorum, quae modo illustravimus, significantur toni consoni, quos Graeci veteres putarunt, praeterquam quod octavam, concordiam scilicet sonorum omnium perfectissimam habuerunt, maxime in quintae et quartae intervallo, quod vocant τὴν διὰ πέντε et τὴν διὰ τεσσάρων, quaerendas iudicaverunt. Quemadmodum autem octavae rationem voluerunt esse hanc 1 : 2, quoniam unius eiusdemque chordae intentio ad efficiendam illam duplo maior esse debet, ita toni integri vim declararunt per 8 : 9 (= $1\frac{1}{8}$), quartae autem intervallum aequipararunt rationi 6 : 8 (= $1\frac{1}{3}$) atque quintae 6 : 9 (= $1\frac{1}{2}$). v. Aristoxen. Elem. harmon. I. p. 21. et p. 23. ibique Meibom. Plutarch. De an. procr. T. X. p. 227. ed. Reisk. p. 233 sqq. Etenim octava ex eorum ratione complectitur quinos tonos integros et bina hemitonia sive intervalla διὰ τεσσάρων et διὰ πέντε; quarta binos integros tonos habet et unum dimidium, quod limma vocatur; quinta denique habet ternos tonos cum uno dimidio, sive quartae intervallum et unum tonum. Id quod clarum erit atque perspicuum ex octachordo diatonico eoque Dorio, quod ipsum Plato ob oculos habuit. Est enim illius forma et ratio haec:

Not. ad Pag. 36.

1 ton. . .	νήτη — παρανήτη	ἡ διὰ τεσσάρων.
1 ton. . .	παρανήτη — τρίτη	
limma . .	τρίτη — παραμέση	
1 ton. . .	παραμέση — μέση	
1 ton. . .	μέση — λίχανος	ἡ διὰ πέντε.
1 ton. . .	λίχανος — παρυπάτη	
½ limma .	παρυπάτη — ὑπάτη	

Ex his vero nullo negotio perspicietur, opinor, in duplis illis intervallis arithmeticae et geometricae proportionis numeris distinctis contineri semper quartam ($1\frac{1}{3}$) tonum ($1\frac{1}{8}$) et rursus quartam ($1\frac{1}{3}$), in triplis vero quintae, quartae ac rursus quintae ($1\frac{1}{2}$) significationem fieri, suntque hi numeri plane harmonici, ut qui intervallorum consonantiam significent. Itaque Timaeus hactenus systematis diatonici ambitum atque perfectas, quas vocant, consonantias indicavit. Superest, ut harum intervalla singulis tonis et hemitoniis explenda sint. Quod ipsum deus proxime fecisse dicitur, ubi narratur omnia intervalla, quorum ratio esset $1\frac{1}{3}$, explevisse interpositis rationibus $8 : 9 = 1\frac{1}{8}$, quae vocantur ἐπόγδοοι, h. e. integrorum tonorum mensuris, in singulis autem intervallis partem aliquam reliqui fecisse, cuius ratio sit 256 : 243. Quod postremum referendum est manifesto ad hemitonium minus sive λεῖμμα, cui veteres rationem 256 : 243 tribuebant. Enimvero illi quum tonum sibi persuasissent non posse in binas partes aequales dividi, propterea quod natura sua esset ἐπιμόριος, duplicis generis distinxerunt hemitonium, alterum minus, quod λεῖμμα est appellatum, maius alterum, cui nomen posuerunt ἀποτομῆς. Quemadmodum autem illi tribuerunt rationem 256 : 243, ita apotomes voluerunt hunc esse valorem, $273\frac{3}{8}$: 256, sive 2187 : 2048. De qua re vide quae disputavit Boeckhius in Studiis l. c. p. 60 sq. coll. Euclid. Elem. Theor. 15. Theon. Smyrn. p. 102. ed. Bulliald. Plutarch. De an. procr. T. X. p. 226 sqq. ed. R. et p. 234. sqq. Huius igitur rei nunc item a deo dicitur ratio esse habita. Quodsi igitur intervalla illa $1\frac{1}{3}$ τῷ ἐπογδόῳ λόγῳ explere instituerimus, aucto quoque numero octava sui ipsius parte, haecce emerget numerorum series:

ton. ton. limma

584, 432, 486, 512, (nam pro 512 esse debebat potius numerus $546\frac{3}{4}$, ut desit ad toni integritatem $34\frac{3}{4}$; sed 486 : 512 = 243 : 256, h. e. $1\frac{13}{243}$)

ton. ton. ton. limma.

512, 576, 648, 729, 768, (nam integri toni summa fuerat $820\frac{1}{8}$; verum 729 : 768 = 243 : 256, h. e. $1\frac{13}{243}$),

ton. ton. limma.

768, 864, 972, 1024 (differentia enim horum terminorum rursus est $1\frac{13}{243}$).

ton. ton. ton. limma.

1024, 1152, 1296, 1458, 1536,

ton. ton. limma. ton. tonus ton. limma.

1536, 1728, 1944, 2048, 2304, 2592, 2916, 3072. Pergimus ad tripla intervalla, in quibus insunt rationes $1\frac{1}{2}$, $1\frac{1}{3}$ et $1\frac{1}{2}$, h. e. quintae, quartae et quintae. Et hic quidem miretur aliquis, quod philosophus nihil monuit de explendis rationibus sesquialteris, quae certe per τὴν διὰ τεσσάρων et unum tonum

Not. ad Pag. 56.

consummandae sunt, quo perpetua sonorum series oriatur. Sed nimirum hoc quoniam sponte intelligi potest, philosophus ne admonendum quidem putavit. Nam illud quidem non putamus futurum, ut quis legendum suspicetur τὰ ἐπίτριτα πάντα καὶ ἡμιόλια ξυνεπληροῦτο: quamquam id ad loci sententiam haudquaquam ineptum foret. Verissime iam de hac re iudicavit Plutarchus De animae procreat. p. 239 seq. ed. Reisk. p. 1022. ed. Francof. Iam igitur ratio atque ordo numerorum triplis intervallis explendis inservientium hic erit: 384, 432, 486, 512, 576, 648, 729, 768, 864, 972, 1024, 1152, 1296, 1458, 1536, 1728, 1944, qui prorsus concinunt cum duplorum numeris intervallorum, ut nihil de iis admonendum sit. Post 1944 vero loco limmatis 2048 sequitur 2187, qui numerus ubi post 2048 interponitur, exoritur apotome, sive hemitonium maius; tum sequuntur numeri 2304, 2592, 2916, 3072, qui rursus conveniunt cum superioribus; denique hi sunt illis adiiciendi:

ton. ton. limma. ton. ton. limma. tonus ton. limma. ton.

3456, 3888, 4374, 4608, 5184, 5832, 6561, 6912, 7776, 8748, 9216, 10368.

Ratio quae inter 5832 et 6561 intercedit, item integri toni est. Sed interposita est apotome cum limmate, numero 6144 procreata, qui numerus, quoniam indicium facit τῆς τετράκις διὰ πασῶν, profecto longe gravissimus videri debuit. v. Proclus III. p. 198. Atque his ita explicatis nunc obscurum non erit, quale diagramma philosophus informaverit: quod quidem paullo aliter descriptum in editionibus Basileensibus, unde Boeckhius in Studiis p. p. 79. sqq. emendatius exhibuit, nos hunc in modum concinnavimus, appositis simul nostris tonorum notis atque siderum signis, de quibus mox explicabitur.

Not. ad Pag. 36.

Diagramma Platonicum.

	Intervallum	Chorda		Numerus	
Octachordum I.		νήτη	e	384.	☽
	ton.	παρανήτη	b	432.	
	ton.	τρίτη	c	486.	
	limma.	παραμέση	h	512.	
	ton.	μέση	a	576.	
	ton.	λίχανος	g	684.	
	ton.	παρυπάτη	f	729.	
	limma.	ὑπάτη	e	768.	☉
Octachordum II.		νήτη	e	768.	☉
	ton.	παρανήτη	b	864.	
	ton.	τρίτη	c	972.	
	limma.	παραμέση	h	1024.	
	ton.	μέση	a	1152.	♀
	ton.	λίχανος	g	1296.	
	ton.	παρυπάτη	f	1458.	
	limma.	ὑπάτη	e	1536.	☿
Octachordum III.		νήτη	e	1536.	☿
	ton.	παρανήτη	b	1728.	
	ton.	τρίτη	c	1944.	
	limma.	παραμέση	h	2048.	
	apotome.	hemiton. mai.	a	2187.	
	limma.	hemiton. min.	a	2304.	
	ton.	λίχανος	g	2592.	
	ton.	παρυπάτη	f	2916.	
	limma.	ὑπάτη	e	3072.	♂
Octachordum IV.		νήτη	e	3072.	
	ton.	παρανήτη	b	3456.	♃
	ton.	τρίτη	c	3888.	
	ton.	παραμέση	h	4374.	
	limma.	μέση	a	4608.	
	ton.	λίχανος	g	5184.	
	ton.	παρυπάτη	f	5832.	
	limma.	ὑπάτη	e	6144.	
Pentachordum.	apotome.	νήτη	b	6561.	
	limma.		b	6912.	
	ton.	παρανήτη	c	7776.	
	ton.	τρίτη	h	8748.	
	limma.	παραμέση	a	9216.	
Tonus.		προςλαμβανόμενος		10368.	♄

Sunt igitur haec quaterna octachorda cum quintae intervallo, quae bina tetrachorda habent disiuncta sive *διεζευγμένα*, quum ipsa sint inter se unius toni communitate coniuncta. Observandum praeterea est in quarto octachordo modo Mixolydio intervallorum ordinem mutari, atque quintam *praeponi* quartae: nam inde a 3072 usque ad 4608 habes intervallum *τῆς διὰ πέντε*, et inde ab 5184 usque ad 6144 *τὴν διὰ τεσσάρων*; cui iam rursus succedit *ἡ διὰ πέντε* uno tono assumpto, quem tamen Plutarchus De an. procr. p. 1029. non in gravi, sed in acuto assumtum esse voluit. En habes divinam

ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας, μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις οἷον χῖ προσβαλὼν κατέκαμψεν εἰς κύκλον, ξυνάψας αὑταῖς C τε καὶ ἀλλήλαις ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς, καὶ τῇ κατὰ ταὐτὰ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ περιαγομένῃ κινήσει πέριξ αὐτὰς ἔλαβε, καὶ τὸν μὲν ἔξω, τὸν δ' ἐντὸς ἐποιεῖτο τῶν κύκλων. τὴν μὲν οὖν ἔξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταὐτοῦ φύσεως, τὴν δ' ἐντὸς τῆς θατέρου. τὴν μὲν δὴ ταὐτοῦ κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιὰ περιήγαγε, τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον ἐπ' ἀριστερά. κράτος δ' ἔδωκε τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾷ· μίαν γὰρ αὐτὴν ἄσχιστον εἴασε, τὴν δ' ἐν- D τὸς σχίσας ἑξαχῇ ἑπτὰ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὴν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διάστασιν ἑκάστην, οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν, κατὰ τἀναντία μὲν ἀλλήλοις προςέταξεν ἰέναι τοὺς κύκλους, τάχει δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίως, τοὺς δὲ τέτταρας ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς τρισὶν ἀνομοίως, ἐν λόγῳ δὲ φερομένους.

C. ξυνάψας αὑταῖς] V. αὐταῖς.
D. ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς τρισὶν ἀν.] Inserui τε e Flor. x. et Vat. o.

illam numerorum harmoniam, ad cuius normam ac legem deus Platonis mundi animam condidit ideoque etiam rerum universitati quasi vitam suam atque spiritum inhalavit. Neque enim in anima tantum, sed etiam in ipso mundo legem illam harmoniae dominari existimandum est. Observavit autem, monente Boeckhio, iam Adrastus apud Theonem Smyrn. p. 98. tantae amplitudinis systema Graecis nunquam in usu fuisse, sed inventum illud esse haud dubie ideo, ut quasi vita vitalis animae mundanae plenius ac perfectius declararetur. conf. Meibom. ad Euclid. p. 51. Boeckh. l. c. p. 76. Ceterum de generibus et modis harmoniae, eorumque permutatione, quoniam hic non est dicendi locus (neque enim Platonem existimamus mundum simul variis ac diversis tonorum modis canere iussisse; quod sane idem foret ac si eum putaremus una in gis es cis ge ha ce de melodias canere, hoc est intolerabili sonos miscere discrepantia), contulisse iuvabit Aristid. Quintilian. De mus. l. II. p. 91. Meibom. ad Nicom. Harmonic. p. 7. 52. ad Euclid. p. 51 sqq. al. et e recentioribus praeter Forkelium Histor. Music. Vol. I. p. 318 sqq. Barthelemy in Itinere Anachars. Vol. III. p. 63 sqq. ed. German. Boeckh. in Studiis III. p. 61 sqq. et quae idem in Proleg. ad Pindar. Vol. I. P. I. p. 203 sqq. doctissime exposuit.

ταύτην οὖν τὴν σύστα-

Not. ad 36. B.

σιν πᾶσαν —] Hunc locum primum licebit interpretari Germanice: quo facto de eius sententia explicabimus. Hoc igitur dicit Timaeus: „Dieses ganze „Gefüge nun spaltete er „(der Demiurg) der Länge „nach doppelt, legte je „des einen Mitte an die „Mitte des andern wie „ein griechisches X, bog „sie in einen Kreis, band „jede Hälfte je mit ihr „selbst und beide unter „einander auf der Gegen„seite der Aneinanderfü„gung zusammen, fasste „sie (die beiden Kreise oder „Hälften) ringsum mit der „gleichmässig und in dem„selben Raume umrollen„den Bewegung, und mach„te den einen der Kreise „äusserlich, den andern „aber innerlich. Die äus„sere Umdrehung nun „sprach er zu der Natur „des Gleichmässigen, die „innere der des Andern. „Den Kreislauf des Gleich„mässigen führte er nach „der Seite rechts hin her„um, den Kreislauf des „Andern aber nach der „Diogonale links hin. „Die Obmacht aber ver„lieh er der Umkreisung „des Gleichmässigen und „sich selbst gleich Blei„benden, und darnach „liess er ihn ungetheilt „einen sein; die innere „Umkreisung aber theilte „er sechsfach in sieben „ungleiche Kreise je nach „der Entfernung des Dop„pelten und Dreifachen, „indem solcher von jegli„chen drei waren, und „setzte fest, dass die „Kreise einander zwar „entgegengesetzt gehen „sollten, aber drei an „Schnelligkeit gleich, die „vier andern sowohl mit „sich untereinander als „mit den dreien ungleich, „jedoch nach Verhältniss „und Regel sich bewegend." Dixerunt de hoc loco Proclus in Commentariis p. 213 sqq. Chalcidius p. 139 sq. ed. Meurs. p. 301 sqq. ed. Fabric. conf. Aristoteles Metaphys. p. 247. ed. Brand. De anima I. 3, 11. Plutarchus De animae procreat. T. x. p. 241 sqq. ed. Reisk. et Boeckhius in Studiis T. III. p. 86 sqq. Priora verba quid significent, etsi primo adspectu admodum difficile videatur investigare, tamen re accuratius perpensa nemo dubitabit, quin iis significetur circulus aequinoctialis atque zodiacus sive orbis signifer, qui illum duobus punctis secare videtur. Rem penitus perspicies ex figura infra apposita.



Finge igitur duas rectas lineas sic iunctas ✕, ut speciem χῖ literae referant, quod factum primitus in b. Easdem cogita deinde curvatas et in orbem circumactas; quo facto et ipsae in opposita parte rursus secum iungentur et denuo se invicem secabunt in d. Iam

Not. ad 36. B.

vero deus Platonis alterum istorum circulorum dicitur fecisse exteriorem, alterum vero interiorem, atque illi tribuisse constantiam et aequabilitatem, huic autem vicissitudinem atque varietatem. Enimvero illum Timaeus dicit sphaeram, in qua fixae stellae iisdem semper intervallis inter se distantes apparent: hunc vero eclipticum solis et planetarum cursum. Porro deus orbem illum exteriorem dexteram versus dicitur circumegisse, quoniam motus coeli fixis sideribus ornati fit ab oriente per occidentem, ita ut in orientem redeat. Quem quidem motum recentiores Platonici vocarunt rationalem, ad similitudinem motus rationis, qui esset in microcosmo, id est in homine, videlicet quum consideratio fieret a creatore per creaturas in creatorem. Fuit autem dextera mundi pars plerisque Pythagoreis oriens, sicuti praeter alios docuit Lobeck, Aglaophami T. I. p. 918 sq. Interior vero orbis sinistram versus convertitur: nam solis et planetarum motus superiori est contrarius, siquidem ab occidente fit per orientem. Quem motum veteres irrationalem esse censuerunt sive sensualem, quoniam mens item a corruptibilibus ad creatorem profecta rursus rediret ad corruptibilia. Quaeritur autem, cur alter orbis *κατὰ πλευράν*, alter *κατὰ διάμετρον* circumagi dicatur. Quod praeclare ex geometrica philosophandi ratione veterum Pythagoricorum atque Platonicorum illustravit Proclus in Tim. III. p. 220 sqq. Etenim orbis exterior movetur secundum latus quadrati circulo inscripti, quod est signum aequalitatis atque motus rationalis; interior autem convertitur secundum lineam diagonalem, quo indicatur inaequalitas et motus irrationalis. Digna sunt Procli verba, quae integra apponantur. *Ἴδωμεν δέ*, inquit, *καὶ τὴν λοιπὴν ἀντίθεσιν. περιάγει γὰρ ὡς ἐν τῷ κόσμῳ τὴν μὲν ἀπλανῆ κατὰ πλευράν, τὴν δὲ πλανωμένην κατὰ διάμετρον, καὶ ὡς ἐν ψυχῇ τὸν μὲν ταὐτοῦ κύκλον κατὰ πλευράν, τὸν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον. οὐκοῦν πρῶτα μὲν αὐτὸ μαθηματικῶς νοητέον ἐν τετραπλεύρῳ τὸ διάμετρον ἀγαγόντας, καὶ τὸν μὲν ταὐτοῦ κύκλον κατὰ τὴν πλευρὰν περιακτέον, τὸν δὲ λοιπὸν κατὰ διάμετρον τὸ τετράπλευρον ἐναρμόσαντας τοῖς δύο κύκλοις, τῷ θερινῷ καὶ τῷ χειμερινῷ, καὶ κατὰ τὰς δύο πλευρὰς ὁμοίως ἐν ἀμφοῖν κειμένας, κινοῦντας τὴν ἐπὶ τὰ δεξιὰ κίνησιν. καὶ κατὰ τὸν μέγιστον ἀμφοτέρων μέσον, κατὰ δὲ τὴν διάμετρον τούτου τοῦ τετραπλεύρου τὸν θατέρου λοξὴν οὖσαν πρὸς ἀμφοτέρους· περὶ γὰρ ταύτην καὶ ὁ λοξὸς γέγραπται, καθ' ὃν ἡ θατέρου περιάγεται πᾶσα περίοδος. ἔπειτα τῶν μαθημάτων ἀποστάντες κατίδωμεν, τίνα μὲν ἰδιώματα τῆς διαμέτρου, τίνα δὲ τῆς πλευρᾶς, οἷον ὅτι τῆς μὲν τὰ ἀπλαγίαστον, τὸ ῥητόν, τὸ περιεκτικόν, τὸ συνεκτικὸν τῶν γωνιῶν, τῆς δὲ τὰ ἐναντία, τὸ πεπλαγιασμένον, τὸ ἄλογον, τὸ περιεχόμενον, τὸ διαιρετικὸν τῶν γωνιῶν. κατὰ γὰρ πάντα ταῦτα πλευρὰ διαμέτρου διενήνοχε κ. τ. λ.* Conferatur Chalcidius p. 184 sqq. ed. Meurs. p. 312. ed. Fabric. Porro Deus, unitate exterioris circuli conservata, interioris conversionem sexies dicitur divisisse in septem orbes dupli ac tripli intervallo dispares, utriusque quum essent tria, atque hos orbes contrariis inter se motibus ire iussisse, ita quidem, ut tres eorum parem haberent celeritatem, quattuor autem et inter se dispares essent et dissimiles trium reliquorum, omnes tamen ratione ac numero se moventes. Quod primo statim adspectu apparebit ad solem at-

Not. ad Pag. 36. B.

que planetas referri oportere. conf. p. 38. C. D. ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα ἐπίκλην ἔχοντα πλάνητες κ. τ. λ. Et ad οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν quidem intelligendum est διαστάσεων, cogitandumque de duplis illis atque triplis numerorum intervallis 1 : 2, 2 : 4, 4 : 8, 1 : 3, 3 : 9, 9 : 27, ex tetracty derivatis. Ad horum igitur intervallorum legem deus fingitur corpora coelestia moveri iussisse. Etenim errarunt profecto, si qui Platonem putarunt hanc intervallorum rationem ad celeritatem motus corporum coelestium retulisse, quam nonnullorum fuisse sententiam Plutarchus auctor est. Cernitur potius corporum coelestium harmonia in eo, quod certis quibusdam iisque musicis distincta esse atque seiuncta intervallis putabantur. Dubitare vero licet, quamnam rationem Plato ob oculos habuerit, siquidem diversissimae veterum Platonicorum de hac re fuerunt opiniones. conf. Aristot. Probl. Sect. 19. Plutarch. De animae procreat. p. 1028 sq. ed. Francof. Nicomach. Harm. II. apud Meibomium in Musicae Antiquae Auctorr. p. 33 sqq. Gaudent. ibid. p. 39. Aristid. Quintilian. De Musica III. p. 147. coll. Meibom. p. 329. Theon Smyrn. p. 280. ed. Bulliald. Censorin. De die nat. 13. ibique Lindenbrog. Macrob. in Somn. Scip. II. 1, 4. al. Add. Boeckh. in Studiis l. c. p. 87 sqq. Ast. ad Theologum. arithmet. p. 196. Facile tamen aliquis suspicetur philosophum in his quoque Philolao duce usum esse. Hic enim heptachordum statuit hoc:

tonus . .	νήτη		
1½ ton. .	παρανήτη	} διὰ πέντε	
tonus . .	τρίτη		
tonus . .	μέση		
tonus . .	λίχανος		
limma.] .	παρυπάτη	} διὰ τεσσάρων	
	ὑπάτη		

De qua re v. quae docte et erudite exposuit Boeckh. in Philolao p. 69 sqq. et De metris Pindari p. 205. coll. Brandis Historia Philosoph. T. I. p. 460 sqq. Iam vero apud Bullialdum ad Theonem p. 279. et Nicomachum Harmonic. II. p. 33. coll. p. 57. ed. Meib. a veteribus Pythagoreis legimus chordas heptachordi sic olim planetis fuisse assignatas.

☽ νήτη συνημμένων
♀ παρανήτη συνημμένων
☿ τρίτη συνημμένων
☉ μέση
♂ λίχανος μέσων
♃ παρυπάτη μέσων
♄ ὑπάτη μέσων.

Quod sane prorsus convenit cum heptachordo Philolai. Hanc igitur rationem suspicetur aliquis etiam Platoni fuisse obversatam. Et certe ita facilem habebit explicationem, quod Timaeus dicit κατὰ τὴν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διάστασιν ἑκάστην corpora coelestia esse disposita. Nam ita et singulorum sonorum rationes et duae illae perfectae consonantiae, ἡ διὰ πέντε et ἡ διὰ τεσσάρων, significantur, quas antea vidimus ex

Ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτο πᾶν τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο καὶ μέσον μέσῃ E ξυναγαγὼν προςήρμοττεν. ἡ δ᾽ ἐκ μέσου πρὸς τὸν

E. *μέσον μέσῃ ξυναγαγὼν*] Sic Par. A. Flor. n. Vett. editt. *ξυνάγων*. Mox *διαπλεκεῖσα* Par. A. Vat. Θ𝔡. Voculam *τε* ante *ἐν αὐτῇ στρεφομένη* om. Ven. Σ. Par. F. Mon. Ambr. x. Vat. 𝔟𝔢𝔬. Ricard. Flor. a. b. β. c. o. x.

dupli atque tripli intervallis quasi sponte enasci. Nihilominus tamen rectius statues Platonem respexisse ad septem illos numeros duotetractyos, unde totam hanc exorsus est disputationem. Itaque zodiaci sidera his intervallis voluit a terra distare:

☽	☉	♀	☿	♂	♃	♄
1	2	3	4	8	9	27.

qui numeri respondent his in diagrammate supra notatis: 384, 768, 1152, 1536, 3072, 3456, 10368. Quibus comparatis facile videbis perfectissimam omnium symphoniarum, hoc est octavam, ter reperiri; Venere in secundo octachordo effici quintae et quartae consonantiam; Iovem integri toni esse effectorem; denique tonum numero 10368. signatum ideo esse aliunde assumtum, quia ad designandam Saturni distantiam systema illud a Platone adhibitum non sufficeret. Aliter de his Boeckh. in Studiis p. 87. l. c. De concentu mundi v. etiam Simplicius ad Aristot. De Coelo p. 113. sqq. Proxima verba, quibus de contrariis siderum motibus agitur, vix est cur attingamus, ut quae plenam lucem accipiant ex iis, quae p. 38. D. E. disseruntur. conf. Timaeus Locr. p. 382 sq. personatus Aristotel. de mundo c. 2. Proclus ad h. l. *ἰσόδρομοι μὲν γὰρ* (zugleich ihren Umlauf beendigend) *οἱ τρεῖς — Ἥλιος, Ἑρμῆς, Ἀφροδίτη· ἀνόμοιοι δὲ οἱ τέτταρες, Σελήνη, Κρόνος, Ἄρης, Ζεύς. πάντες δὲ ὅμως ἐν λόγῳ φέρονται πρός τε ἀλλήλους καὶ τὸ πᾶν.* Ceterum hos motus omnes ne mireris quod Plato animae mundanae attribuit, quum ipsi mundo potius convenire videantur. Voluit enim philosophus significare rerum universitatem per animam agitari atque adeo motus suos ab illa accipere. Quocirca etiam partes, ex quibus ipsa conflata est, in mundi conversionibus apparere voluit, quandoquidem aequabilis illa atque constans supremi coeli agitatio *τῷ ταὐτῷ* prorsus est consentanea, planetarum autem cursus ad *τὸ θάτερον* tanquam principium suum atque fontem referuntur.

μετὰ τοῦτο πᾶν τὸ σωματοειδὲς —] Itaque Plato mundi animam non vult mundo esse inclusam, sed distentam per eum et extra eum quaquaversum extensam, ut mundus potius illa quam ipsa mundo contineatur. conf. p. 34. B. ubi hoc decretum ad Philolaum auctorem referendum esse significavimus. Alcinous Doctr. Plat. XIV. p. 360. *τῆς δὲ ψυχῆς ταθείσης ἐκ τοῦ μέσου ἐπὶ τὰ πέρατα συνέβη αὐτὴν τὸ σῶμα τοῦ κόσμου κύκλῳ διὰ παντὸς περιέχειν καὶ περικαλύψαι· ὥςτε ὅλῳ τῷ κόσμῳ αὐτὴν παρεκ-*

ἔσχατον οὐρανὸν πάντῃ διαπλακεῖσα κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξωθεν περικαλύψασα, αὐτή τε ἐν αὑτῇ στρεφομένη, θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον. καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα

P. 37. ἅτε οὖν ἐκ τῆς ταὐτοῦ] τῆς additum ex Par. A.

τεῖναι, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον αὐτὸν συνδεῖν τε καὶ συνέχειν· κρατεῖν μέντοι τὰ ἐκτὸς αὐτῆς τῶν ἐντός. Maxim. Tyr. XV. 5. p. 169. ἐν γοῦν τῇ συστάσει τὸ μὲν σῶμα συνέχεται, ἡ δὲ ψυχὴ συνέχει. Plotin. Enn. IV, 3. p. 387. E. Porphyr. apud Euseb. Praep. Evang. XI. p. 556. Plutarch. De animae procreat. p. 1023. A. αὐτός γε μὴν ὁ Πλάτων ὥςπερ ἀπωθούμενος τῆς ψυχῆς τὴν ἐκ σώματος γένεσιν ἐντὸς αὐτῆς φησὶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεθῆναι τὸ σωματικόν, εἶτα ἔξωθεν ὑπ᾽ ἐκείνης περικαλυφθῆναι. Hinc orta est quaestio de duplici mundi anima, altera extra eum, altera intra versante: qua de quaestione comparasse iuvabit quae habet Brukker. Histor. Philosoph. T. I. p. 702. Adde Chalcidium p. 314. ed. Fabric.

E. αὐτή τε ἐν αὑτῇ στρεφομένη] Anima dicitur in semet ipsa versari; quae est imago vitae ipsius in se absolutae neque suspensae aliunde. Coepit autem ipsa agere vitam sempiternam atque sapientem, posteaquam per totam rerum universitatem diffusa est, ita quidem ut ipsa in se moveretur. Enimvero vis eius atque efficientia tum demum sese exserere potuit, quum esset copulata cum corpore mundi.

λογισμοῦ δὲ μετέχουσα —] Sensus verborum hic est: Ipsa non quidem adspectabilis facta est, sed compos rationis atque harmoniae, quippe ab optimo eorum, quae mente et intelligentia cognoscuntur ac semper sunt, facta optima inter res generatas omnes. In his facile alicui molestum accidat istud ψυχή, praesertim ita locatum, ut nexus et cohaerentia verborum interturbari videatur. Nihil tamen sollicitandum. Nam primum quidem constat certissimis testimoniis, non ita raro post pronomina deinceps ipsum nomen inferri: de qua re vide, si tanti est, quae scripsimus ad Remp. III. p. 407. A. IX. p. 579. Lachet. p. 191. B. Gorg. p. 478. C. p. 483. A. Euthydem. p. 277. C. Cratyl. p. 407. E. coll. Heindorfio ad Theaet. §. 63. ad Gorg. p. 483. A. Valckenario ad Oratt. Hemsterh. p. 338. Iacobo ad Lucian. Toxar. p. 144. Deinde ψυχὴ non sine quadam vi et gravitate inter ἁρμονίας et τῶν νοητῶν interponitur, quo significetur ipsius naturae convenire, ut rationis et harmoniae particeps sit, eoque nomine differre a corpore. Denique ne requiras ἡ ψυχή, addito articulo, satis cautum erit iis, quae annotavimus ad Phaedon. p. 83. C. Ita igitur nihil est, quod vocabuli fidem et auctoritatem labefactare queat. Facit autem haec ipsa res, ut etiam de constructionis ratione certius decernere possimus. Fuerunt enim qui τῶν νοητῶν ἀεί τε ὄντων cum ἁρμονίας connecterent commate post ὄντων interposito.

ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν, αὐτὴ δὲ ἀόρατος μέν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας, ψυχή, τῶν νοητῶν 37 ἀεί τε ὄντων ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀρίστη γενομένη τῶν γεννηθέντων. ἅτε οὖν ἐκ τῆς ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέ-

Vat. o. Flor. x. et Proclo. Idem iam Stephano in Annot. placuit.

Quod fieri recte nullo modo potest, quoniam ita per interiectum illud ψυχή quae arctissime coniuncta esse debent violenter distraherentur. Ex quo consequitur, ut τῶν νοητῶν ἀεί τε ὄντων pendere existimandum sit ex ὑπὸ τοῦ ἀρίστου. Idque est longe elegantissimum. Nam ita inter se opponitur per plagiasmum quendam ὁ ἄριστος τῶν νοητῶν τε καὶ ἀεὶ ὄντων et ἡ ἀρίστη τῶν γεννηθέντων. Neque quisquam negabit recte deum vocari optimum τῶν νοητῶν ἀεί τε ὄντων. Sunt enim τὰ νοητά omnino quae mente et intelligentia comprehenduntur pertinentque ad mundum intelligibilem. In quorum numero sane et ipse deus est.

P. 37. ἅτε οὖν ἐκ τῆς ταὐτοῦ —] Animam ex tribus elementis supra illustratis conflatam ac numeris suis absolutam perenni dicit gaudere motu ac vires suas atque facultates pro istorum elementorum indole et natura explicare. Nam verbis κινεῖν, κίνησις, στρέφειν, περιφορά, ἀνακυκλοῦσθαι, aliis, Plato, sicuti iam antea vidimus et postea videbimus saepe, haud raro translate utitur ad designandam animi virium agitationem, veluti De Legg. X. p. 897, C. D. unde mox etiam κύκλοι et p. 43. A sqq. περίοδοι tribuuntur animae. Conf. de κινήσεως notione apud philosophos Graecos Creuzer. ad Plotin. Tom. III. p. 330 sq. Itaque nunc anima, quoniam ex materia sive natura cogitabili atque corporea conflata est, etiam τὸ σκεδαστὴν οὐσίαν ἔχον et τὸ ἀμέριστον attingere dicitur, quorum alterum ad partem eius intelligibilem, alterum ad partem corpoream referendum est. Etenim τὸ οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχον haud dubie intelliguntur res sub sensum subiectae, quae habent οὐσίαν σκεδαστήν, quoniam multae sunt atque variae, ita ut tantummodo in quandam οὐσίας communionem perveniant: τὸ ἀμέριστον autem sunt ideae, utpote in se absolutae neque partium multitudine variegatae. Haec igitur omnia expedita sunt. Difficiliora ad explicandum videntur quae sequuntur deinceps: λέγει κινουμένη κ. τ. λ. de quibus iam a veteribus multum esse dubitatum Proclus auctor est p. 231 sq. Nolumus tamen in exagitandis aliorum erroribus morari: satius erit philosophi mentem ita aperuisse, ut unice ipsius verba spectentur. Itaque ante omnia constructionis rationem exquirere iuvat, quam mirari sane licet ne ab uno quidem inter tot interpretes satis perspectam esse. Est autem iunctura verborum haec: κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς λέγει, πρός ὅ τι μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὁπότε τοῦτο, ὅτῳ ἄν τι ταὐτὸν ᾖ καὶ ὅτου ἂν ἕτερον, ξυμβαίνει ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν πρὸς ἕκαστον κατὰ τὰ γιγνόμενά τε καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί. Itaque loci sententia huc fere redit: Anima dum isto

ρου φύσεως ἔκ τε οὐσίας τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀνὰ λόγον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὑτήν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται καὶ ὅταν ἀμέριστον, λέγει κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς, ὅτῳ τ᾽ ἄν

ὅτου ἂν ἕτερον] ὅτῳ Par. FS. Mon. Ambr. s. Vat. o. καὶ ὅτῳ πρὸς ἕτερον Flor. β. x. Vat. o. καὶ ὅτῳ τ᾽ ἂν ἕτερον Tubing. Apud Proclum legitur καὶ ὅτῳ ἄν τι ἕτερον. Veram esse receptam lectionem satis docebit nostra interpretatio.

B. ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγν.] Vat. Θ. Vind. Ven. Σ. Ambr. s. x. Ricard. Vat. er. Flor. a. b. β. c. n. o. ὁ κατὰ

modo vires exercens suas vel res concretas animadvertit vel res intelligibiles attingit, disquirit atque indicat id, cuicunque quid est idem et a quo diversum, ad quidnam maxime et quo modo quove tempore ad numquodque se omnibus modis habeat omnibusque modis afficiatur, et in iis, quae fiunt (h. e. in rebus corporeis vel individuis), et in illis, quae sibi semper constant. Etenim ταὐτόν τι et ἕτερόν τι magnopere cavendum est ne nunc eo sensu, quo antea τὸ θάτερον et τὸ ταὐτόν, positum existimetur: significat enim diversitatem et congruentiam (sive identitatem) inter ideas pariter atque res individuas obtinentem, de quo loco philosophus copiosissime explicavit in Parmenide. Quocirca anima dicitur omni virium contentione (κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς) id agere, ut identitatis et diversitatis rationes et in ideis et in rebus individuis atque singulis conspicuas diiudicet. Quod ne dubites, cur verbo λέγειν designetur: est enim διάνοια ὁ ἐντὸς τῆς ψυχῆς πρὸς ἑαυτὴν διάλογος ἄνευ φωνῆς γιγνόμενος, ut est in Sophist. p. 263. E. Eae rationes autem significantur formula ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν πρὸς ἕκαστον, h. e. iegliches (veluti ταὐτὸν et ἕτερον) sein u. leiden im Verhältniss zu jeglichem; in quibus cave ne ποιεῖν requiras, quod fuit qui pro εἶναι reponendum arbitraretur. Nam εἶναί τι πρός τι de eo dicitur, quod vi ac natura sua sese hoc vel illo modo ad aliquid habet; πάσχειν vero de illo, quod ab alio quopiam ita afficitur, ut suscipiat quandam cum eo necessitudinem. Neque argutandum in verbis καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως, quae interpres recentissimus parum recte accepit. Etenim ὅπῃ καὶ ὅπως dicitur ut nostrum: auf welche Art u. Weise, nihilque significat nisi quomodo, de qua loquendi forma v. ad Phaedon. p. 78. D. et p. 100. D. Denique verbis κατὰ τὰ γιγνόμενα respondent haec: πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί, in quibus cur non item positum sit κατά, sed potius πρός, causa in aprico est. Quis enim ferat hoc modo loquentem: κατὰ τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα?

B. λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς —] Haec quoque dici non potest quantum molestiae interpretibus creaverint, qui neque verba neque senten-

τι ταὐτὸν ᾖ καὶ ὅτου ἂν ἕτερον, πρὸς ὅ τί τε μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὁπότε ξυμβαίνει κατὰ B τὰ γιγνόμενά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί. λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος, περί τε θάτερον

πρὸς ταὐτὸν ἀλ. γ. duabus lectionibus in unum coniunctis. Stephanus coni. λόγος δὲ ἀληθής, ὁ κατὰ ταὐτὸν καὶ κατὰ θάτερον γιγνόμενος, περί τε θάτερον καὶ περὶ τὸ ταὐτὸν, ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος, vel etiam: λόγος δὲ ἀληθής, ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀεὶ ὂν καὶ κατὰ θάτερον γιγνόμενον ὤν, περί τε θάτερον κ. τ. λ. sed vide nostram interpretationem.

tiam usquequaque recte perceperunt. Sic priora illa: λόγος ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος, Ficinus perquam absurde reddidit: Ratio ad ipsum, quod idem, vergens atque veridica; neque felicius reddiderunt alii. Sententia autem quae esset, quantum quidem sciamus, usque ad hunc diem nemo perspexit penitus. confer praeter alios Chalcidium p. 316. ed. Fabric. p. 194 sq. ed. Meurs. Quo magis id dandum est operae, ut istae tenebrae tandem aliquando dispellantur, quod efficere conabimur diligenti singulorum verborum interpretatione. Ac primum quidem dispiciendum est, quis intelligatur λόγος ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς. Et ego quidem plane mihi persuasi nihil significari aliud quam tacitam mentis vires suas intendentis cogitationem: quae eleganter appellatur oratio sine sono ac voce, prorsus ut in Sophista p. 263. E. et Phileb. p. 38. D. E. p. 39. A sq. ubi item origo τῆς δόξης καὶ διανοίας describitur. Haec igitur tacita mentis cogitatio quando versatur in rebus, quae sensibus percipiuntur (περὶ τὸ αἰσθητόν), nasci iudicantur opiniones et assensiones firmae atque verae, siquidem ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς εἶσι. Quinam igitur est iste θατέρου κύκλος? Enimvero animam meminimus antea ex ταὐτῷ et θατέρῳ, h. e. ex infinita materia mundi intelligibilis atque adspectabilis, compositam esse, vimque eius et agitationem orbicularis motus imagine declaratam. Itaque ὁ τοῦ θατέρου κύκλος necesse est sensilis animae partis agitatio sit. Ex quo apparet, quid Timaeus his verbis sibi velit. Etenim δόξαι καὶ πίστεις, h. e. opiniones et assensiones, quum secundum Platonem ex rebus sub sensus subiectis oriantur, tum ita demum certae atque verae exsistunt, si facultas sentiendi atque percipiendi (ὁ τοῦ θατέρου κύκλος) in agendo non impeditur aut turbatur sed integra est atque incolumis (ὀρθῶς εἶσι, recte procedit), atque id, quod perceperit, cum tota anima communicat. Haec igitur utique satis perspicua sunt, adeoque egregie conveniunt cum iis, quae de origine rectae opinionis disseruntur in Philebo p. 38. D sqq. Menon. p. 97. A. B. Sympos. p. 200. A. De Rep. VI. p. 506. C sqq. al. Abstergenda tamen pusilla macula est, qua Platonis verba contaminavit vel scriba-

ὢν καὶ περὶ τὸ ταὐτόν, ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ἰὼν εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀλη-

ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος] ὑπ' αὐτοῦ Par. F. Mon. Dein Vat. r. περὶ τὸ αἰσθητικόν, haud dubie propterea, quod opponitur deinde τὸ λογιστικόν, pro quo Steph. τὸ λογιστὸν requirebat.

ὀρθὸς ἰὼν] ὢν Par. A. Vat. Θ. Vind. Par. FSY. Tub. Flor. a. b. c. n. quod recepit Bekker. Sed v. interpretationem.

rum vel criticorum socordia. Scribendum enim haud dubie εἰς πᾶσαν αὐτὸ (sc. τὸ αἰσθητὸν) τὴν ψυχήν, quum αὐτοῦ non habeat quorsum commode referatur. Quam emendationem, teste Tennemanno System. Phil. Plat. III. p. 72. a Dammanno propositam, unice veram esse evincunt quae deinde sequuntur: καὶ ὁ ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, ubi αὐτὰ item refertur ad praegressum τὸ λογιστικόν, ita quidem, ut quae mente et cogitatione comprehenduntur significentur: neque enim hic αὐτὸ cum Tennemanno corrigendum esse docebunt quae ad Gorg. p. 447. A. De Rep. VI. p. 504. D. Apol. Socr. p. 19. D. de hoc usu numeri pluralis exposuimus. Sed videamus de sensu proximorum verborum, ὅταν δὲ αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ κ. τ. λ. Quemadmodum igitur secundum Platonem opiniones ex rebus corporeis hauriuntur, ita scientia pertinet ad res intelligibiles, hoc est ad ideas. Harum autem capax est anima, quoniam pars ipsius ex natura intelligibili constat. Quando igitur ipsa circa τὸ λογιστικὸν versatur atque contemplatur id, quod mentis et rationis est particeps (hoc enim est τὸ λογιστικόν, pro quo Stephanus τὸ λογιστὸν malebat), tum vero νοῦς καὶ ἐπιστήμη, ratio et scientia, necessario absolvitur, ita tamen, ut ὁ ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, h. e. ut facultas rerum intelligibilium cognoscendarum nullo impedimento retardetur sed libere vim suam exerceat, ideoque intelligibilia (αὐτά) animae recte ac perspicue quasi denuntiet. Et hactenus quidem omnia satis sunt expedita. Revertamur tandem ad priora, quae antea vidimus ab Ficino aliisque interpretibus insulse sane exposita esse. Dubium est enim, quid valeant verba haec: ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος, περί τε θάτερον ὢν καὶ περὶ τὸ ταὐτόν. Cardo rei, si quid video, versatur in eo, ut istud κατὰ ταὐτὸν recte accipiatur. Duplex autem suppetit eius interpretatio. Aut enim significatur λόγος, qui pro τοῦ ταὐτοῦ ratione verus evadit; aut κατὰ ταὐτὸν significat pariter, pari ratione, quod fere dicitur κατὰ ταὐτά. Priore interpretatione probata universi loci sententia existet haec: mentis autem cogitatio, quae pro admixta τοῦ ταὐτοῦ parte, vera existit, si versatur in contem-

θεῖς· ὅταν δὲ αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ καὶ ὁ τοῦ C ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, νοῦς ἐπιστήμη τε ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται. τούτω δὲ ἐν ᾧ τῶν ὄντων ἐγγίγνεσθον, ἄν ποτέ τις αὐτὸ ἄλλο πλὴν ψυχὴν εἴπῃ, πᾶν μᾶλλον ἢ τἀληθὲς ἐρεῖ.

Fuit qui ὀρθῶς coniiceret. Quo tamen haudquaquam opus est, siquidem ὀρθὸς ἰὼν dictum ut Men. p. 93. D. ὀρθὸς ἑστηκώς et Legg. II. p. 665. E. ἑστὼς ὀρθός.

C. καὶ ὁ τοῦ ταὐτοῦ κ.] Articulum τοῦ recepimus ex Par. A. Vat. o. Flor. x.

plandis rebus sensilibus, facultate sentiendi non fatiscente, rectae opiniones nascuntur; sin versatur in rebus intelligibilibus, facultate idearum cognoscendarum integra et incolumi, gignitur necessario intelligentia atque scientia veri. Vix est cur moneam, quid in hac interpretatione offendat. Quippe nullo modo intelligitur, cur ita distinguatur λόγος ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος ab alio, qui quanquam et ipse verus sit, tamen non κατὰ ταὐτὸν verus esse censeri debeat. Id enim profecto inest in his verbis. Itaque eo inclinat animus, ut κατὰ ταὐτὸ ita dictum putemus, ut alibi fere κατὰ ταὐτά, veluti supra p. 34. C. De Rep. X. p. 615. C. Symp. 221. D. Sophist. p. 253. B. Phaed. p. 95. B. Quod si recte statuimus, ac certe usus loquendi non adversatur, sensus nascetur hic: oratio autem, quae pariter vera evadit, sive versatur in diverso sive in eodem. Ita nimirum statim in antecessum quasi significatur, his verbis verae opinionis atque scientiae originem et causam declaratum iri. Quod universi loci rationibus utique egregie convenit. De illo τε — καὶ contulisse iuvabit Matthiae Gr. §. 626. Ceterum apparet Platonem in his presse secutum esse eorum sententiam, qui statuebant similia cognosci similibus: quod placitum ad Pythagoram et Empedoclem auctores refert Sextus Empir. adv. Mathem. I. c. 13. §. 303. VII. §. 93. 117. En! superavimus tandem difficultates haud sane exiguas. Reliquum est, ut dicatur de postremis: τούτω δὲ ἐν ᾧ τῶν ὄντων ἐγγ. κ. τ. λ. Quae cur adiecta sint, causam videmur reperisse satis idoneam. Quum enim hactenus demonstratum sit, animae pro elementorum, ex quibus ipsa conflata sit, diversitate etiam diversam rerum cognitionem esse tribuendam, siquidem sensili eius parti (τῷ θατέρῳ) apprime respondeat opinio ac persuasio (δόξα καὶ πίστις), scientia autem cum τῷ ταὐτῷ congruat; Timaeus nunc utramque affirmat uni animae esse propriam neque usquam alibi in ulla natura reperiri. Quamobrem iam tandem haec addit: Haec duo autem (opinionem et scientiam) si quis id, in quo exsistunt, aliud quid quam animam dixerit esse, omnia magis quam id, quod verum est, dicet.

Ὡς δὲ κινηθὲν αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνενόησε τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατήρ, ἠγάσθη τε καὶ εὐφρανθεὶς ἔτι δὴ μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παρά-
D δειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι. καθάπερ οὖν αὐτὸ τυγχάνει ζῶον ἀΐδιον, καὶ τόδε τὸ πᾶν οὕτως εἰς δύναμιν ἐπεχείρησε τοιοῦτον ἀποτελεῖν. ἡ μὲν οὖν τοῦ ζώου φύσις ἐτύγχανεν οὖσα αἰώνιος. καὶ τοῦτο

κινηθὲν αὐτὸ] V. κινηθέν τε αὐτό, quod soli tenent Ven. Ξ. Par. Y. Dein ἐνόησε Par. A F. Ambr. s. Ricard. Vat. o. Flor. b. x.

D. ἡ μὲν οὖν τοῦ ζώου φύσις] τοῦ insertum ex Par. A. Vat. o. Flor. x. Paullo ante post ἀΐδιον Vat. o. Flor. x. ὂν interponunt.

Ὡς δὲ κινηθὲν αὐτὸ καὶ ζῶν —] Non iam Timaeus de una anima mundi loquitur, sed de tota rerum creatarum universitate, quam appellat τῶν ἀϊδίων θεῶν ἄγαλμα: quam loquutionem quam frequenter usurpaverint recentiores Platonici, si quis scire cupiat, desiderium abunde explebit Ruhnken. ad Tim. Glossar. p. 6 sqq. Ad ὅμοιον ἀπεργάσασθαι intelligas αὐτό, ut multum a vero aberraverit A. Matthiae Gr. Gr. T. II. p. 1082. ed. 3. ὅμοιον hic pro ὅμοιόν τι dictum esse existimans. Ad ἠγάσθη τε καὶ εὐφρανθεὶς κ. τ. λ. non incommode comparaveris illa Genes. 1, 31.

D. καθάπερ οὖν αὐτὸ τυγχάνει ζῶον ἀΐδιον] H. e. quemadmodum ipsum exemplar, h. e. mundus intelligibilis, est animal sempiternum, ita etiam hanc rerum universitatem conatus est pro viribus talem (aeternam) absolvere. De eo, quod mundus cogitabilis vocatur ζῶον, vide quae scripsimus ad p. 30. C. coll. p. 39. E. Post ἀΐδιον codd. nonnulli, Proclus, Simplicius ad Arist. Phys. IV. p. 166. Stob. Eclog. Phys. I. p. 268. ὂν adiiciunt, quo tamen facile carebunt, qui quae ad Apol. p. 38. A. Phaedon. p. 62. A. Remp. p. 369. B. alios locos, de hac participii omissione observavimus, in animum revocaverint. Itaque ὂν iis deberi putamus, qui vulgarem loquendi consuetudinem sequentes illud de suo adiiciendum statuerent.

τοῦ ζώου φύσις] H. e. αὐτοῦ τοῦ ζώου. Dein τοῦτο in verbis καὶ τοῦτο μὲν δὴ referendum ad τὴν τοῦ ζώου φύσιν αἰώνιον.

εἰκὼ δὲ ἐπινοεῖ κινητόν τινα] Accusativum εἰκὼ libri plerique omnes confirmant. Qui amplectendus est, licet iidem deinceps εἰκόνα constanter teneant. conf. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. v. 458. Fischer. ad Wellerum T. II. p. 174. Buttmann. Gr. Ampl. §. 56. p. 209. T. II. ed. 2. De formarum apud Platonem variatione non temere tollenda alibi diximus. Tum pro κινητὴν iisdem libris fideiussoribus κινητὸν recepimus, quippe quod tanquam

μὲν δὴ τῷ γεννητῷ παντελῶς προςάπτειν οὐκ ἦν δυνατόν· εἰκὼ δ' ἐπινοεῖ κινητόν τινα αἰῶνος ποιῆσαι, καὶ διακοσμῶν ἅμα οὐρανὸν ποιεῖ μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνὶ κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσαν αἰώνιον εἰκόνα, τοῦτον ὃν δὴ χρόνον ὠνομάκαμεν. ἡμέρας γὰρ καὶ νύκτας καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτοὺς οὐκ ὄντας πρὶν οὐρανὸν γε- E
νέσθαι, τότε ἅμα ἐκείνῳ ξυνισταμένῳ τὴν γένεσιν

εἰκὼ δ' ἐπινοεῖ] Sic Par. AF. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Mon. Tub. Flor. x. pro vulg. εἰκόνα. In aliis non paucis legitur εἰκῶ. Dein κινητὸν pro vulg. κινητὴν codd. omnes fere praeter Ven. Σ.

E. πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι, τότε ἅμα] V. γενέσθαι καὶ τότε ἅμα. Omittunt καὶ Par. AF. Mon. Vat. o. Flor. β. x.

insolentius facile potuit in κινητὴν mutari. Quanquam huius formae exempla nondum alia deprehendimus, quam quae ducta sunt a verbis compositis. v. Buttmann. §. 60. 6, 3. — αἰῶνος, aeternitatis. Eodem modo Timaeus Locr. p. 97. D. ubi haec fere totidem verbis repetita leguntur. — Proxima iungenda sunt in hunc modum: καὶ διακοσμῶν ἅμα οὐρανὸν ποιεῖ εἰκόνα αἰώνιον ἰοῦσαν κατ' ἀριθμὸν αἰῶνος μένοντος ἐν ἑνί, coelum ordinans manentis in uno aeternitatis (in quam temporum vicissitudines non cadunt) imaginem sempiternam numero progredientem facit, quod quidem appellamus tempus. Itaque mundi cogitabilis rationem aut mutationem ullam esse negat, ideoque etiam illum sempiternum esse vult, ita tamen, ut temporis vicissitudine omni sit superior. Tempus enim secundum Platonem aeternitatis imago est, quacum ei eadem ratio intercedit, quae est inter ideas et res creatas: unde μετ' οὐρανοῦ γέγονεν. Sic etiam Aristot. VIII. Auscult. natur. libr. 8. c. I. p. 409. A. = p. 80 sqq. ed. Sylb. Topp. III. p. 319. conf. de hac Platonis sententia Plutarch. De placit. philos. I. c. 22. Philo Iud. Leg. Alleg. I. p. 122 — 124. ed. Pfeiff. Diog. Laërt. III. 73. ibique Menag. Proclus ad h. l. Institutt. Theol. p. 78 sqq. ed. Creuzer. Plotin. Ennead. III. libr. VII. ad quem vide quae doctissime exposuit Creuzer. T. III. p. 187 sqq. Cudworth. System. Intellectual. p. 756. 763 sq. 771 sqq. 779. ibique Moshem. Verba μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνί ad suam rem adhibet Plotinus Enn. III. 7, p. 604. 8. Eadem tractat copiose Proclus Theol. Plat. III. 16. De constructione verborum τοῦτον ὃν δὴ χρόνον ὠν. v. ad Phileb. p. 40. A. Phaedr. p. 255. C. Schaefer. ad Viger. p. 708. Epimetr. ad Aristoph. Plut. p. XLV.

ἡμέρας γὰρ καὶ νύκτας —] Accusativi hi sunt ἀνακόλουθοι, quos posuit scriptor in mente habens fere tale quiddam: ἅμα ἐκείνῳ ποιεῖ, pro quo dixit τὴν γένεσιν αὐτῶν μηχανᾶται. conf. Matthiae Gr. §. 427. b. 1. Bernhardy Synt. p. 303.

αὐτῶν μηχανᾶται. ταῦτα δὲ πάντα μέρη χρόνου, καὶ
τό τ' ἦν τό τ' ἔσται χρόνου γεγονότα εἴδη, ἃ δὴ
φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν οὐκ ὀρ-
θῶς. λέγομεν γὰρ δή, ὡς ἦν ἔστι τε καὶ ἔσται, τῇ
38 *δὲ τὸ ἔστι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προςήκει,*
τὸ δὲ ἦν τό τ' ἔσται περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν ἰοῦ-
σαν πρέπει λέγεσθαι· κινήσεις γάρ ἐστον, τὸ δὲ ἀεὶ
κατὰ ταὐτὰ ἔχον ἀκινήτως οὔτε πρεσβύτερον οὔτε
νεώτερον προςήκει γίγνεσθαι διὰ χρόνου οὐδὲ γενέσθαι
ποτὲ οὐδὲ γεγονέναι νῦν οὐδ' εἰςαῦθις ἔσεσθαι, τὸ

μέρη χρόνου] V. *μέρος*. Pluralem praebuerunt Par. AFSY. Mon. Ambr. s. Vat. or. Tub. Flor. b. *β*. x.

χρόνου γεγονότα εἴδη] V. *γεγονότος*, quod emendatum ex Par. AF. Mon. Vat. o. Flor. x. et corr. Vat. *Θ*. consentiente etiam Eusebio Praep. Ev. XI. p. 524. ed. Vig.

ἃ δὴ φέροντες] *ἃ δὴ* in vett. editt. omissum ob praegres-

E. *ταῦτα δὲ πάντα μέρη χρόνου*] Intelligendum relinquitur *ἐστί*, quo non animadverso temere librarii atque critici deinde extruserunt *ἃ δή*, quod codd. optimi servarunt. Hoc autem si vere statuimus, etiam interpunctionem vulgo post *ἔσται* interpositam videmur iure quodam nostro sustulisse. Etenim locus sic haud dubie interpretandus est: Haec omnia vero sunt temporis partes atque id, quod dicimus *erat* et *erit*, species temporis, quae habuerunt originem.

P. 38. *τῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λ.*] Sic iam Parmenides Fragm. v. 60. p. 34. ed. Karsten. de Uno suo: *οὖλον μουνογενές τε καὶ ἀτρεμὲς ἠδ' ἀτέλεστον· οὔποτ' ἔην οὐδ' ἔσται, ἐπεὶ νῦν ἔστιν ὁμοῦ πᾶν, ἓν ξυνεχές*. quae cum hoc Platonis effato iam Simplicius ad Phys. f. 17. A. comparavit. Nempe aeterna essentia quoniam sibi semper constat neque ullam habet naturae suae mutationem aut vicissitudinem, simpliciter esse iudicatur. Quamobrem ideae sunt ea, *οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο, ὃ ἔστιν*, ut est in Phaedon. p. 75. D. et p. 92. D. conf. Wyttenbach. p. 187. Alio modo rem diiudicavit philosophus in Parmenide p. 142. ubi Unum absolutum ne esse quidem statuit. Quippe ibi esse dicuntur, quae certa gaudent condicione, forma, ratione, quod sane non convenit in Unum illud infinitum, quod rerum generatarum numero omnino exemtum est. Alia ratio est Unius finiti, de quo ibidem vid. p. 151. E. quo loco ei, quatenus ideae inter ipsas comparantur, omnes vindicantur temporum rationes, quum idea in se sola spectata neque comparata cum aliis utique rectissime iudicetur omni carere temporis vicissitudine, ita ut ei nihil quidquam, praeter id ipsum, quod esse di-

παράπαν τε οὐδὲν ὅσα γένεσις τοῖς ἐν αἰσθήσει φερομένοις προσῆψεν, ἀλλὰ χρόνου ταῦτα αἰῶνά τε μιμουμένου καὶ κατ' ἀριθμὸν κυκλουμένου γέγονεν εἴδη. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰ τοιάδε, τό τε γεγονὸς B εἶναι γεγονὸς καὶ τὸ γιγνόμενον εἶναι γιγνόμενον, ἔτι δὲ τὸ γενησόμενον εἶναι γενησόμενον καὶ τὸ μὴ ὂν μὴ ὂν εἶναι, ὧν οὐδὲν ἀκριβὲς λέγομεν. περὶ μὲν οὖν τούτων τάχ' ἂν οὐκ εἴη καιρὸς πρέπων ἐν τῷ παρόντι διακριβολογεῖσθαι.

Χρόνος δ' οὖν μετ' οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα

sum εἴδη. Suppeditarunt illud Par. A. Vat. o. Flor. x. et rec. Par. F.

P. 38. *διὰ χρόνου οὐδὲ γενέσθαι*] Haec quoque in vett. editt. desiderantur. Servarunt tamen Euseb. l. c. et codd. Par. AF. Mon. Vat. b. Tub. Flor. β. x. partim *διὰ χρόνον* exhibentes.

B. *οὐδὲν ἀκριβὲς λέγομεν*] V. *ἀκριβῶς*, quod auctoritate Par. AF. Vat o. Tub. Flor. c. x. mutavimus.

Χρόνος δ' οὖν] *γοῦν* Vind. Mon. Vat. r. male.

cimus, attribui posse existimetur. Quod ubi tenuerimus, Platonem facile apparebit hic neutiquam scripsisse, quae cum disputatione de eodem loco in Parmenide instituta pugnare iudicanda sint. Ceterum de tempore ideis a Platone tributo disputavit Tennemannus System. Philosoph. Plat. T. III. p. 9 sq. et T. II. p. 316.

περὶ τὴν ἐν χρ. γ. πρ. λέγεσθαι] Loquendi formam attigimus ad Cratyl. p. 395. D. Gorg. p. 490. C.

κινήσεις γάρ ἐστον] Intell. *τὸ ἦν τό τ' ἔσται*. De duali numero verbi cum plurali numero nominis coniuncto dixit Matthiae Gr. Gr. §. 301. p. 762. ed. 3. Infra p. 40. A. *κινήσεις δὲ δύο προσῆψεν*. In proximis liquet etiam ad *γενέσθαι ποτέ, γεγονέναι νῦν* et *εἰςαῦθις ἔσεσθαι* trahendum esse istud *οὔτε πρεσβύτερον οὔτε νεώτερον*. Quamobrem vitiosum censemus quod olim circumferebatur *οὐδὲ γίγνεσθαί ποτε*. Ad *τὸ παράπαν τε οὐδέν* repetas *προςήκει γίγνεσθαι*, intellecto *τούτων*.

B. *τό τε γεγονὸς εἶναι γεγονὸς κ. τ. λ.*] dass das gewordene seiende sich im Zustande des Gewordenseins befinde und das werdende im Zustande des Werdens etc. Quae omnia sane in naturam eius, quod absolutum est, non conveniunt. Quanquam philosophus ipse in Parmenide docuit eadem haec praedicata in naturam absolutam, siquidem huic attribuatur relatio, haud incommode transferri posse. Facile tamen largimur id non satis accurate fieri, siquidem ita ad res intelligibiles transferuntur *ὅσα γένεσις τοῖς ἐν αἰσθήσει φερομένοις προσῆψεν*.

Χρόνος δ' οὖν μετ' οὐρανοῦ —] Ponitur *δὲ οὖν*, quum dubitationi alicui imponitur finis atque dein ad aliud

γεννηθέντες ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γίγνηται, καὶ κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς αἰωνίας φύσεως, ἵν' ὡς ὁμοιότατος αὐτῷ κατὰ δύναμιν ᾖ·
C *τὸ μὲν γὰρ δὴ παράδειγμα πάντα αἰῶνά ἐστιν ὄν, ὁ δ' αὖ διὰ τέλους τὸν ἅπαντα χρόνον γεγονώς τε καὶ ὢν καὶ ἐσόμενος. ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα γεννηθῇ χρόνος,*

λύσις τις αὐτῶν γίγνηται] V. *γένηται*, invitis codd. tantum non omnibus. Ex iisdem pro *αἰωνίου* dedimus *αἰωνίας*, quod iam Bas. 2. suscepit.

C. *ἐσόμενος. ἐξ οὖν λόγου*] V. *ἐσόμενός ἐστι μόνος. ἐξ οὖν λ.* Recte *μόνος* om. Par. A. Mon. Vat. bo. Tub. Flor. β. x.

quid transitur. v. ad Cratyl. p. 415. C. p. 426. D. supra p. 28. B. Erast. p. 133. A. al. Mox ad *κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς αἰωνίας φύσεως* repetas verbum *γέγονεν*. Intelligitur autem *ἡ αἰωνία φύσις* quod ante dicebatur *ὁ αἰών*, qui est ita sempiternus, ut nulla in eo animadvertatur temporis vicissitudo, quum tempus una cum coelo ortum et fuerit et sit et futurum sit. Respexit haec quoque Plotinus l. c. De tempore una cum coelo nato conf. etiam Aristot. Auscult. Nat. VIII. 8. Plutarch. De placit. philosophor. c. 22.

C. *ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα — πλανῆται*] Etenim planetae aetate Platonis atque antea appellati sunt Mercurius, Venus, Mars, Iupiter et Saturnus. v. Stob. Eclogg. Phys. I. p. 51. Timaeus Locr. p. 97. Plutarch. De placit. philosoph. p. 895. Plat. Legg. VII. p. 821. B. C. Dein *ἐπίκλην ἔχοντα* idem est quod *ἐπικαλούμενα, ἐπωνομασμένα*; unde patet ratio constructionis. v. Heindorf. ad Sophist. p. 290.

ἃς ἡ θατέρου περίοδος ᾔειν] Nam septem illa corpora coelestia versantur retro contrario motu atque coelum, in quo infixi sunt illi, qui volvuntur stellarum cursus sempiterni. Quod quia iam antea significatum est, exinde explicationem habet usus temporis imperfecti, de quo v. ad Crit. p. 47. B. D. Apol. p. 79. C. Phaed. p. 72. A. infra p. 55. B.

D. *σελήνην μὲν εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον*] Observes ante omnia singularem dicendi rationem. Neque enim *εἰς τὴν* (sc. *φοράν*) corrigendum, quod vel proxima verba prohibent; sed ad *εἰς τὸν* intelligendum *πλανήτην* vel *πλάνητα*. Quod ipsum argumento est veram esse lectionem *ἐπίκλην ἔχοντα πλάνητες* vel *πλανῆται*, quam Bekkerus et qui eum secuti sunt ex libris mss. quibusdam mutarunt in *ἐπίκλην ἔχοντα πλανητά*, ut est sane Legg. VII. p. 821. Ne vero mireris hanc loquendi formam, in promtu sunt alia eius exempla. Ita statim post: *εἰς τοὺς τάχει — ἰόντας — εἰληχότας*, ubi Stephanus frustra coniecit *εἰς τὸν ἰόντα* et *εἰληχότα*, intell. *κύκλον*. Politic. p. 281. C. *πότερον οὖν ἡμῖν ὁ περὶ τῆς ὑφαντικῆς λόγος — ἱκανῶς ἔσται διωρισμένος, ἐὰν ἄρ' αὐτὴν τῶν ἐπιμελειῶν, ὁπόσαι περὶ τὴν ἐρίαν ἐσθῆτα, εἰς τὴν καλλίστην καὶ μεγίστην πα-*

ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλανῆται, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε. σώματα δὲ αὐτῶν ἑκάστων ποιήσας ὁ θεὸς ἔθηκεν εἰς τὰς περιφοράς, ἃς ἡ θατέρου περίοδος ᾔειν, ἑπτὰ οὔσας ὄντα ἑπτά, σελήνην μὲν εἰς D
τὸν περὶ γῆν πρῶτον, ἥλιον δ' εἰς τὸν δεύτερον ὑπὲρ γῆς, ἑωςφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον εἰς

In Flor. a. b. c. n. x. legitur καὶ ἐσόμενος καὶ ἔστι μόνος vel μόνως.

ἐπίκλην ἔχοντα πλανῆται] Par. AF. Vat. b. πλανητά. Vat. c. Flor. x. Tub. πλάνηται. Vett. editt. πλάνητες. Bekkerus dedit πλανητά.

σῶν τιθῶμεν; Sophist. p. 235. A. εἰς γόητα μὲν δὴ καὶ μιμητὴν ἄρα θετέον αὐτόν τινα: ubi v. Heindorf. qui nec huius loci immemor fuit. Legg. IX. p. 867. B. βέλτιστον μὴν καὶ ἀληθέστατον εἰς εἰκόνα μὲν ἄμφω θεῖναι. Infra p. 40. A. κίθησί τε εἰς τὴν τοῦ κρατίστου φρόνησιν. p. 57. E. εἰς ἀνωμαλότητα τιθῶμεν. Et haec quidem de verbis. Transimus ad rerum dilucidationem. Posuit igitur Plato terram in medio rerum universitatis. Cui proximam esse voluit lunam; huic subiunxit solem; tum ordine deinceps quinque planetae subsequuntur ἑωςφόρος (Venus s. Lucifer), στίλβων s. Mercurius, πυρόεις s. Mars, φαέθων s. Iupiter, et φαίνων, h. e. Saturnus. v. Cicero De nat. deor. II. 20. p. 284. ed. Creuzer. Chalcid. in Tim. p. 304. Macrob. in Somn. Scip. I. 17. et. 19. Apulei. De mundo p. 58. ed. Elmenh. Plutarch. De Placit. philosoph. II. 15. p. 889. Aristot. De mundo p. 465. F. Proclus in Tim. IV. p. 257. coll. Lindenbrog. ad Censorin. de die nat. p. 61. Bake ad Cleomed. p. 305 sq. Ast. ad Theolog. arithm. p. 183. Gelder. ad Theon. Smyrn. p. 114. Proxima quid significent, declarasse iuvabit verbis Ciceronis De Nat. Deor. II. 20 Stella Mercurii στίλβων appellatur a Graecis, quae anno fere vertente signiferum lustrat orbem, neque a sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. Infima est quinque errantium terraeque proxima stella Veneris; φωςφόρος Graece, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur Solem; cum subsequitur autem, Hesperus. Ea cursum anno conficit, et latitudinem lustrans signiferi orbis et longitudinem, neque unquam ab sole duorum signorum intervallo longius discedit, tum antecedens, tum subsequens. Quibus adhibe etiam Macrobium I. 19. p. 99. ed. Zeun. ubi inter alia: Iam vero ita Veneri proxima est stella Mercurii et Mercurio Sol propinquus, ut hi tres coelum suum pari temporis spatio, id est anno, plus minusve circumeant. Igitur et Cicero (cum Platone) hos duos

τοὺς τάχει μὲν ἰσόδρομον ἡλίῳ κύκλον ἰόντας, τὴν δ' ἐναντίαν εἰληχότας αὐτῷ δύναμιν· ὅθεν καταλαμβάνουσί τε καὶ καταλαμβάνονται κατὰ ταὐτὰ ὑπ' ἀλλήλων ἥλιός τε καὶ ὁ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ ἑωςφόρος. τὰ δ' ἄλλα· οἷ δὴ καὶ δι' ἃς αἰτίας ἱδρύσατο, εἴ τις ἐπεξίοι πάσας, ὁ λόγος πάρεργος ὢν πλέον ἂν ἔργον
E ὧν ἕνεκα λέγεται παράσχοι. ταῦτα μὲν οὖν ἴσως τάχ' ἂν κατὰ σχολὴν ὕστερον τῆς ἀξίας τύχοι διηγήσεως. ἐπειδὴ δὲ οὖν εἰς τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν ἕκαστον ἀφίκετο φορὰν τῶν ὅσα ἔδει ξυναπεργάζεσθαι χρόνον,

D. *καταλαμβάνονται κατὰ ταὐτὰ*] Ante *κατὰ* vulgo insertum erat *καί*, quod recte vidit Stephanus abiici oportere. Omittunt illud Par. F. Mon. Vat. ꝺo. Flor. β. x. et corr. Ven. Σ.

καὶ ἑωςφόρος] Sic. Par. A. Vat. Θ. cum multis aliis. Olim erat *καὶ ὁ ἑωςφόρος*.

E. *ζῶα ἐγεννήθη*] V. *ἐγενήθη*, quod correctum ex Par. A. pr. F. Ven. Ξ. Ambr. x. Flor. n.

P. 39. *διὰ τῆς ταὐτοῦ φορᾶς*] Pro *φορᾶς* olim legebatur *φύσεως*. Illud praebuerunt Par. AF. Ambr. x. Vat. ee. Pro *ἰοῦσάν τε καὶ κρατουμένην* Par. AFS. Vat. Θ. Ambr. s. x. Ricard. Vat. o. Tub. Flor. c. e. x. cum ed. Bas. 2. exhibent *ἰούσης τε καὶ κρατουμένης*, quod recepit Bekkerus. sed v. interpretat.

τὰ δὲ τὸν μείζονα βραδύτ.] Sic libri omnes. Bekkerus *μείζω* de suo dedit. Offendit igitur vir doctus in hac formae vacursus comites Solis vocavit, quia in spatio pari longe a se nunquam recedunt. conf. Proclus in Tim. IV. p. 257. Plin. Hist. Nat. II. 8. Cum vero stellae istae parem fere cum Sole conficiant cursum, tamen habent *τὴν ἐναντίαν αὐτῷ δύναμιν*, h. e. diversum motus principium; quod quale sit, verbis proxime sequentibus declaratur: *ὅθεν καταλαμβάνουσί τε. κ. τ. λ.* Enimvero significantur Veneris et Mercurii intercessiones inter Solem et Terram. Recte Proclus p. 259. rem explicavit. Recte etiam Gelder ad Tim. Locr. p. 88. „Haec quo melius intelligantur, paucis explicandum est, quid sit *κατάληψις* et *καταλαμβάνειν* in Astronomia. Stellae errantes *καταλαμβάνειν* dicuntur, si ita sunt positae, ut unam pluresve alias veluti medias includant, et *καταλαμβάνεσθαι*, comprehendi, dicitur ea, quae ab aliis includitur. E. g. stellae Martis, Iovis et Saturni si eo ordine appareant, ut media sit Iupiter, haec *καταλαμβάνεσθαι* dicitur.

ὁ λόγος πάρεργος ὢν πλέον ἂν ἔργον] Suavis haec est oppositio inter *πάρεργος* et *ἔργον*. Dicitur vero *πάρεργον*, quidquid subseciva opera et magis ludendo quam serio agitur; v. Dorvill. ad Chariton. p. 554. ed. Lips. et *ἔργον παρασχεῖν* est Latinum negotium facessere vel exhibere.

E. *τῶν ὅσα ἔδει ξυναπεργ. χρόνον*] h. e. unumquodque eorum siderum, quae oportebat una tem-

δεσμοῖς τε ἐμψύχοις σώματα δεθέντα ζῶα ἐγεννήθη
τό τε προσταχθὲν ἔμαθε, κατὰ δὴ τὴν θατέρου φο-
ρὰν πλαγίαν οὖσαν διὰ τῆς ταὐτοῦ φορᾶς ἰοῦσάν τε 39
καὶ κρατουμένην, τὸ μὲν μεῖζω αὐτῶν, τὸ δὲ ἐλάττω
κύκλον ἰόν, θᾶττον μὲν τὰ τὸν ἐλάττω, τὰ δὲ τὸν
μείζονα βραδύτερον περιῄειν. τῇ δὴ ταὐτοῦ φορᾷ τὰ
τάχιστα περιιόντα ὑπὸ τῶν βραδύτερον ἰόντων ἐφαί-
νετο καταλαμβάνοντα καταλαμβάνεσθαι. πάντας γὰρ
τοὺς κύκλους αὐτῶν στρέφουσα ἕλικα, διὰ τὸ διχῇ
κατὰ τὰ ἐναντία ἅμα προϊέναι, τὸ βραδύτατα ἀπιὸν B

rietate, quum praecedat ἐλάττω. Sed non est quod in eo haereamus. Quum enim utraque forma per se bona sit atque Atticis usitata, scriptores nec promiscuum eius usum reformidarunt, recteque alicubi observavit Lobeckius tantum abesse, ut Attici tantam in formis deligendis constantiam sequuti sint, ut earum varietate delectati esse videantur. Pertinet huc locus Xenoph. Hieron. 4, 6. ubi post κρείττονες statim infertur ἥττους. Dein pro περιῄειν, quod Par. A. praebuit, vett. editt. περιιόντα. Flor. x. Vat. o. περιῄει.

τῇ δὴ ταὐτοῦ φορᾷ] δὴ pro δὲ ex Par. A. Vat. o. dedimus cum Bekkero. Flor. x. habet ἐν τῇ δὴ τ. Proximum τὰ om. Par. A. Pro ἰόντων Par. FSY. Mon. Ambr. s. Vat. or. Flor. β. b. n. περιιόντων.

στρέφουσα ἕλικα] V. ἑλίκη, praeter codicum auctoritatem. Verum etiam Bas. 2. exhibet.

pus efficere. De usu articuli ante relativum laudasse sufficiet Matthiae Gr. Gr. §. 287. Proximorum verborum consecutio haec est: καὶ (τε) σώματα δεσμοῖς ἐμψύχοις δεθέντα ἐγεννήθη ζῶα, et postquam corpora (siderum) animalibus vinculis (h. e. anima mundana) colligata facta erant animantia et quod ipsis esset mandatum perceperant.

P. 39. κατὰ δὴ τὴν θατέρου φορὰν πλαγίαν οὖσαν] Intelligit cursum eclipticum sive orbem signiferum, qui circulum aequatoris secare videtur. Quod significatur verbis πλαγίαν οὖσαν διὰ τῆς ταὐτοῦ φορᾶς ἰοῦσαν τε καὶ κρατουμένην. Ita enim legendum est utique pro eo quod dedit Bekkerus ἰούσης τε καὶ κρατουμένης. Cogitandum enim de coelo extimo, de quo p. 36. C. κράτος δ' ἔδωκε τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾷ. Itaque ἡ θατέρου φορὰ dicitur per τὴν ταὐτοῦ φορὰν ἰέναι καὶ κρατεῖσθαι, sc. ὑπ' αὐτῆς; id enim ad κρατουμένην utique intelligendum relinquitur.

τῇ δὴ ταὐτοῦ φορᾷ τὰ τάχιστα π.] Verum ea, quae Eiusdem agitatione celerrime circumeunt, ab iis, quae eunt tardius, videbantur deprehendi, quum tamen ipsa superarent. Etenim coelum extimum quoniam latissimum habet ambitum, etiam velocissime circumagatur necesse est. Nihilominus ita fit, ut siderum interiorum cursus videantur esse celeriores. Quod cur ita acci-

ἀφ' αὐτῆς οὔσης ταχίστης ἐγγύτατα ἀπέφαινεν. ἵνα δὲ εἴη μέτρον ἐναργές τι πρὸς ἄλληλα βραδυτῆτι καὶ τάχει καὶ τὰ περὶ τὰς ὀκτὼ φορὰς πορεύοιτο, φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον, ἵνα ὅ τι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανὸν μετάσχοι τε ἀριθμοῦ τὰ ζῶα, ὅσοις ἦν προσῆκον, μαθόντα παρὰ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς. νὺξ μὲν οὖν ἡμέρα
C τε γέγονεν οὕτω καὶ διὰ ταῦτα, ἡ τῆς μιᾶς καὶ φρονιμωτάτης κυκλήσεως περίοδος· μεὶς δὲ, ἐπειδὰν σε-

C. ἥλιον ἐπικαταλάβῃ] V. ἐπικαταλάβοι, quod ex optimis plurimisque libris emendatum. Eodem errore mox περιέλθοι scribebatur, quod et ipsum correctum ex optimis codicibus.

dat, explicatur verbis proximis: πάντας γὰρ τοὺς κύκλους κ. τ. λ. nam omnes eorum orbes in gyrum agitans ἡ τοῦ θατέρου φορά, eo quod dupliciter contrario simul motu procedebant, effecit, ut quod tardissime ab ipsa, quae velocissima erat, discederet, id proximum videretur. Quae quomodo intelligi debeant, certe nulla indiget explicatione. De dictione ἕλικα στρέφειν vix est quod dicamus, siquidem pervulgata sunt hodie quae de hoc loquendi genere exposuit Matthiae Gr. Gr. §. 408.

B. ἵνα δὲ εἴη μέτρον ἐναργές τι —] Scabra haec oratio et maxime impedita facile videatur aliquam suscepisse maculam. Ficinus: Ut autem quaedam velocitatis illorum tarditatisque mensura certissima, omniumque octo motuum perspicua esset chorea; accendit lucem clarissimam deus etc. Itaque pro πορεύοιτο substituit φαίνοιτο, quod tamen in nullo repertum codice est. Lenius fuerit καὶ αὐτὰ corrigere pro καὶ τά. Quo facto sententia existet haec: ut autem per tarditatem et celeritatem inter ipsa mensura quaedam evidens existeret, et ipsa in istis octo cursibus incederent, deus lumen accendit etc. Nisi forte τὰ περὶ τὰς ὀκτὼ φορὰς dictum est per periphrasin quandam pro τὰς ὀκτὼ φοράς. Nihil igitur certi pronunciare audemus, quanquam non diffitemur dubitare nos de loci integritate. Ceterum memorant hanc Platonis de Solis vi et natura sententiam Macrobius in Somn. Scip. I. 20. Plut. Quaest. Plat. p. 272. al.

ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν] Quod non scriptum est ὅν, de eo v. Krüger. De Attractione §. 40 sqq. p. 95 sqq. conf. ann. ad Phaedr. p. 255. C. Cratyl. p. 405. D. Hermann. ad Viger. p. 708. Fischer. ad Weller. p. 341. Matthiae Gr. §. 440. Pro δὴ νῦν fuit qui νῦν δὴ requireret. Quo profecto non opus est. Nam νῦν δὴ est paullo ante, modo; δὴ νῦν autem scilicet nunc, quod in hunc locum unice convenit.

λήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον ἥλιον ἐπικαταλάβῃ, ἐνιαυτὸς δέ, ὁπόταν ἥλιος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθῃ κύκλον. τῶν δ' ἄλλων τὰς περιόδους οὐκ ἐννενοηκότες ἄνθρωποι, πλὴν ὀλίγοι τῶν πολλῶν, οὔτε ὀνομάζουσιν οὔτε πρὸς ἄλληλα ξυμμετροῦνται σκοποῦντες ἀριθμοῖς, ὥστε ὡς ἔπος εἰπεῖν οὐκ ἴσασι χρόνον ὄντα τὰς τούτων πλάνας, πλήθει μὲν ἀμηχάνῳ χρωμένας, D πεποικιλμένας δὲ θαυμαστῶς. ἔστι δ' ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατόν, ὡς ὅ γε τέλεος ἀριθμὸς χρόνου τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε,

D. τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν] Par. FSY. Ambr. s. Vat. o. Tub. Flor. b. β. n. τὸν τέλεον ἀριθμόν.

Sic δὴ νῦν innumeris ponitur locis, quorum partem indicavit Heindorf. ad Charmid. p. 156. E. Proxima: ἵνα ὅ τι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανόν, sic intelligas: ut lumine suo quam maxime coelum illustraret quaquaversum. Nam εἰς ἅπαντα similiter dictum, ut supra p. 25. B. ἡ δύναμις εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαφανής. ubi v. ann.

μετάσχοι τε ἀριθμοῦ τὰ ζῶα] Solis luce effectum esse dicit, ut animantes, quibus id conveniret, numeri haurirent cognitionem; nimirum ipse mundus secundum numeros factus est et movetur.

νὺξ μὲν οὖν ἡμέρα τε — περίοδος] Mox p. 40. B. γῆν δέ, τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἱλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο. ubi v. ann. Vocatur autem nox atque dies unius *illius* eiusque sapientissimi circuitus conversio, h. e. illius effectus; quod quorsum pertineat, docent illa p. 34. A. κίνησιν γὰρ ἀπένειμεν αὐτῷ (τῷ οὐρανῷ) τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν, τῶν ἑπτὰ τὴν περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα οὖσαν, κ. τ. λ. Timaeus Locrus p. 97. diem dicit fieri, quum sol ab oriente ad occidentem pergat: noctem vero, quum motu contrario ab occidente ad orientem feratur: ὃς ἁμέραν ἀποδίδωτι τὸν ἀπ' ἀνατολᾶς ἐπὶ δύσιν αὐτῶ δρόμον, νύκτα δὲ τὰν ἀπὸ δύσιος ἐπ' ἀνατολὰν κίνασιν κατ' ἄλλο ποιέεται, ἀγόμενος ὑπὸ τᾶς ταὐτῶ φορᾶς. Quae sane ipsius Platonis sententia sit necesse est, siquidem is terram fixam et immobilem stare nec circa axem suum rotari statuit, de quo infra disputabitur. Et certe Pythagorici statuerunt motam circa ignem centralem terram efficere diem et noctem. v. Aristot. de coel. II. 13.

C. ὥστε ὡς ἔπος εἰπεῖν οὐκ ἴσασι — θαυμαστῶς] ut propemodum nesciant, tempus horum erroribus effici, et multitudine immensa et varietate admirabili utentibus.

ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν τῷ τοῦ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ. κατὰ ταῦτα δὴ καὶ τούτων ἕνεκα ἐγεννήθη τῶν ἄστρων ὅσα δι' οὐρανοῦ πορευόμενα ἔσχε τροπάς, ἵνα τόδ' ὡς ὁμοιό-
E *τατον ᾖ τῷ τελέῳ καὶ νοητῷ ζώῳ πρὸς τὴν τῆς διαιωνίας μίμησιν φύσεως.*

Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἤδη μέχρι χρόνου γενέσεως ἀπείργαστο εἰς ὁμοιότητα ᾧπερ ἀπεικάζετο, τῷ δὲ

κατὰ ταῦτα δὴ καὶ τούτων ἕνεκα] V. *κατὰ ταὐτὰ δὴ τούτων ἕνεκα.* Veram lectionem servarunt Par. A. Flor. *β.* Praeterea *ταῦτα* plurimi.

τῷ τελέῳ καὶ νοητῷ ζ.] Sic Par. A. pro *τῷ τελεωτάτῳ.*

E. *Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἤδη*] Vett. editt. *εἴδη*, quod emendatum ex Par. ASΥ. Vat. *Θ.* Mon. Ambr. e. Ricard. Vat. o. Tub.

D. *ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων — κύκλῳ*] h. e. *ὅταν τὰ τάχη ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα σχῇ κεφαλήν, ἀναμετρηθέντα τῷ κύκλῳ τοῦ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος*, quum octo orbium cursus inter se confecti ad idem caput (principium) se retulerint, orbe eius, quod idem est aequaliterque procedit, lustrato. Alcinous De doctrin. Plat. 14. *ἡ μὲν γὰρ τοῦ πάντα περιέχοντος οὐρανοῦ κίνησις ἀπλανὴς οὖσα μία τέ ἐστι καὶ τεταγμένη· ἡ μέντοι τῶν ἐντὸς* (lunae, solis et quinque planetarum) *ποικίλη καὶ ἀνατολαῖς τε καὶ δύσεσιν ἀλλοία. ἐκ δὲ πασῶν τῶν περιόδων ὁ τέλειος ἀριθμὸς καὶ χρόνος συμπεραίνεται, ὁπόταν ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον πάντες οἱ πλανῆται ἐλθόντες ταύτην τὴν τάξιν λάβωσιν. ὥςτε εὐθείας νοηθείσης ἀπὸ τῆς ἀπλανοῦς σφαίρας ἐπὶ τὴν γῆν νευούσης κατὰ κάθετον τὰ κέντρα αὐτῶν ἐπὶ ταύτης θεωρεῖσθαι.* Cicero De N. D. II. 20. Quarum (stellarum) disparibus motionibus magnum annum mathematici nominaverunt, qui efficitur tum, quum solis et lunae et quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectis omnium spatiis est facta conversio. Quae quam longa sit, magna quaestio est. conf. Somn. Ciceron. c. 7. Macrob. in Somn. Scip. 11. Censorin. De die nat. c. 18. ibique Lindenbrog. M. Antonin. V. 18 et 32. X. 7. XI. 1. ibique Gataker. ut alios taceamus. Ceterum contulisse iuvabit locum pulcherrimum Legg. VII. p. 821 sqq.

ἵνα τόδ' ὡς ὁμοιότατον ᾖ — φύσεως] *Τόδε* intelligitur hocce animal mundi, h. e. adspectabilis rerum universitas. Quod quidem quam simillimum dicitur factum esse animali perfectissimo et sub intelligentiam cadenti h. e. mundo cogitabili,

μήπω τὰ πάντα ζῶα ἐντὸς αὐτοῦ γεγενημένα περιειληφέναι, ταύτῃ ἔτι εἶχεν ἀνομοίως. τοῦτο δὴ τὸ κατάλοιπον ἀπειργάζετο αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ παραδείγματος ἀποτυπούμενος φύσιν. ᾗπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας τῷ ὅ ἔστι ζῶον, οἷαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι, καθορᾷ, τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καί τόδε σχεῖν. εἰσὶ δὲ τέτταρες, μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος, ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον, τρίτη δὲ ἔνυ- 40
δρον εἶδος, πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον τέταρτον. τοῦ μὲν οὖν θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπειργάζετο,

Flor. β. b. x. Dein pro ᾧπερ Mon. Vind. Vat. ϛ. Flor. a. c. o. ὥςπερ.

τῷ ὅ ἔστι ζῶον] V. ᾧ, quod correxit Bekker.

εἰσὶ δὲ τέτταρες] δὴ Par. AS. Vat. Θ. Vind. Ambr. s. x. Vat. ϛ. o. r. Flor. a. b. c. n. male.

P. 40. ἐκ πυρὸς ἀπειργάζετο] Par. A. ἀπήρξατο, quod dedit Bekker.

ad naturae aeternae imitationem, de quo iam antea p. 38. D. dictum. De collocatione verborum conf. infra p. 50. B. περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως. Hipp. mai. p. 300. C. τῆς τῶν παρόντων λέξεως λόγων. Euthyphr. p. 4. C. ibique annot.

εἰς ὁμοιότητα ᾧπερ ἀπεικάζετο] h. e. εἰς ὁμοιότητα τούτῳ, ᾧπερ ἀπ. v. ad Phaed. p. 109. A.

E. ᾗπερ οὖν νοῦς ἐνούσας τῷ ᾧ ἔστι ζῶον—] Constructio verborum leviter immutata, siquidem ad hunc modum pergi debuit in apodosi: ταύτῃ καὶ διενοήθη δεῖν τόδε σχεῖν τοιαύτας καὶ τοσαύτας. Intelliguntur autem species sive genera animantium, sicuti apparet ex verbis proxime sequentibus. Ceterum conferas illa p. 30. C. Usus saepissime hoc loco Plotinus est, de quo Creuzerus T. III. p. 347.

P. 40. τοῦ μὲν οὖν θείου τὴν πλείστην ἰδέαν —] Epinom. p. 981. E. μαθεῖν δὲ καθ᾽ ἓν ὧδ᾽ ἐστὶ χρεών. γήϊνον μὲν τιθῶμεν τὸ πρῶτον ἡμῖν ἕν, πάντας μὲν ἀνθρώπους, πάντα δέ, ὅσα πολύποδα καὶ ἄποδα, καὶ ὅσα πορεύσιμα καὶ ὅσα μόνιμα καὶ δεειλημμένα ῥίζαις —. ἄλλο δὲ χρὴ ζώου γένος θεῖναι δεύτερον, γιγνόμενον ἅμα καὶ δυνατὸν ὁρᾶσθαι· τὸ γὰρ πλεῖστον πυρὸς ἔχει, ἔχει μὴν γῆς τε καὶ ἀέρος, ἔχει δὲ καὶ ἁπάντων τῶν ἄλλων βραχέα μέρη· διὸ δὴ ζῶά τε ἐξ αὐτῶν παντοδαπὰ γίγνεσθαι χρὴ φάναι καὶ ὁρώμενα. νομίσαι δὲ δὴ δεῖ πάντα τὰ κατ᾽ οὐρανὸν ταῦτα εἶναι ζώων γένη· ὃ δὴ πᾶν χρὴ φάναι θεῖον γένος ἄστρων γεγονέναι, σώματος μὲν τυχὸν καλλίστου, ψυχῆς δ᾽ εὐδαιμονεστάτης τε καὶ ἀρίστης. De eadem re Cicero De N. D. I. 44 Crotoniates Alcmaeo Soli et Lunae reliquisque sideribus divinitatem dedit. Idem c. 30 Plato in Timaeo et Legibus mundum deum esse ait, et coelum

ὅπως ὅ τι λαμπρότατον ἰδεῖν τε κάλλιστον εἴη. τῷ δὲ παντὶ προςεικάζων εὔκυκλον ἐποίει, τίθησί τε εἰς τὴν τοῦ κρατίστου φρόνησιν ἐκείνῳ ξυνεπόμενον, νείμας περὶ πάντα κύκλῳ τὸν οὐρανόν, κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ πεποικιλμένον εἶναι καθ' ὅλον. κινήσεις δὲ δύο προςῆψεν ἑκάστῳ, τὴν μὲν ἐν ταὐτῷ κατὰ ταὐτὰ
B περὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ διανοουμένῳ, τὴν δὲ εἰς τὸ πρόσθεν ὑπὸ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περι-

B. *περιφορᾶς κρατουμένῳ*] *κρατουμένων* Par. A. quod ortum ex vetere scriptura *κρατουμένωι.*

καὶ κατὰ ταὐτὰ ἐν ταὐτῷ στρ.] Sic Par. A. quod nunc cum Bekkero comprobavimus. Ceterae editt. *καὶ ἀΐδια, καὶ διὰ ταῦτα ἐν ταὐτῷ μ.*

et astra et terram et animas et eos, quos maiorum institutis accepimus. Eadem fere de Anaximandro De N. D. I. 10. et de Pythagora Acad. IV. 37. narrantur. Sed attigimus rem in Prolegomenis.

τίθησί τε εἰς τὴν τοῦ κρατίστου φρόνησιν] h. e. particeps reddit sapientiae, in coelo extimo conspicuae, cui ideo etiam ἔδωκε τὸ κράτος, ut erat supra p. 36. C. Genus loquendi hoc, *τίθησιν εἰς φρόνησιν*, supra illustravimus ad p. 38. D. Itaque frustra Tennemann. System. III. p. 180. pro *φρόνησιν* requisivit *φοράν* vel *περιφοράν*. Istud *αὐτῷ* pertinet ad *τὸ κράτιστον*.

κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ πεποικιλμ.] ita ut verus esset *κόσμος* omnino igneo illo animantium genere distinctus. Ita ubi haec acceperis, pro *αὐτῷ* non erit cur *ἐν αὐτῷ* requiras, quamquam Proclus p. 275. ita scriptum exhibet. Causam nominis *κόσμος* philosophus prodidit in Gorgia p. 508. A. *φασὶ δ' οἱ σοφοὶ καὶ οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν συνέχειν καὶ φιλίαν καὶ κοσμιότητα καὶ σωφροσύνην καὶ δικαιότητα, καὶ τὸ ὅλον τοῦτο διὰ ταῦτα κόσμον καλοῦσιν.* ubi v. annot.

κινήσεις δὲ δύο προςῆψεν] Duo motus genera unicuique convenire dicit, alterum, quo semper eodem modo in eodem versetur, id est, circa axem rotetur suum, quod signum esse vult mentis in contemplatione *τῶν αὐτῶν* occupatae et quae secum ipsis semper consentiant sentire solitae; alterum, quo in anterius provehatur, quod convenit *τοῦ θατέρου* naturae, ex qua animam mundi item conflatam esse supra disputatum est; verumtamen hoc alterum motus genus regi censet atque gubernari conversione eius, quod semper est idem ac sui simile; enimvero quidquid a sensili ortum natura est, id debet subiectum esse imperio eius, quod originem habet praestantiorem.

B. *τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον καὶ ἑστός*] Intell. *ἐποίει αὐτό.* Dicitur autem *ἀκίνητον τὰς πέντε κινήσεις*, quemadmodum *κινεῖσθαι κίνησίν τινα*.

φορᾶς κρατουμένῳ· τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον ἐστός, ἵν' ὅ τι μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον γένοιτο ὡς ἄριστον. ἐξ ἧς δὴ τῆς αἰτίας γέγονεν ὅσ' ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῶα θεῖα ὄντα καὶ ἀΐδια, καὶ κατὰ ταὐτὰ ἐν ταὐτῷ στρεφόμενα ἀεὶ μένει· τὰ δὲ τρεπόμενα καὶ πλάνην τοιαύτην ἴσχοντα, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐῤῥήθη, κατ' ἐκεῖνα γέγονε· γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἱλλομένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τε-

εἱλλομένην δὲ περὶ τὸν δ. π.] Sic Par. A. In Flor. F. Tub. est εἱλομένην. Flor. a. cum vulg. εἱλουμένην. Vat. b. εἰλλομένην. Proclus legit ἰλλομένην, quod et in Vat. o. In Ven. corr. Σ. et marg. Paris. F. scriptum est ἱλλομένην.

conf. Matthiae Gr. §. 408. — ἐξ ἧς δὴ τῆς αἰτίας sc. ὅτι τὰς πέντε κίνησεις ἀκίνητον ἐποίει. De quinque istis motus generibus v. infra p. 43. ed. Steph. — ὅσα ἀπλανῆ τ. ἄστρων, intell. stellas fixas, inerrantia sidera.

καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐῤῥήθη] P. 39. A. et D.

γῆν δὲ — ἐμηχανήσατο] Itaque philosophus terram, quam globosam fecit, ut docet locus Phaedon. p. 108. E., voluit esse mundi medium et quasi centrum quoddam. Cuius tamen sententiae Platonem senem poenituisse scribit Plutarch. T. II. p. 1006. C. Θεόφραστος δὲ καὶ προςιστορεῖ (in deperdito opere historiarum astronomiae) τῷ Πλάτωνι πρεσβυτέρῳ γενομένῳ μεταμελεῖν ὡς οὐ προςήκουσαν ἀποδόντι τῇ γῇ τὴν μέσην χώραν τοῦ παντός. Id. Vit. Num. c. 7. ταῦτα δὲ καὶ Πλάτωνα φασὶ πρεσβύτην γενόμενον διανενοῆσθαι περὶ τῆς γῆς, ὡς ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ καθεστώσης, τὴν δὲ μέσην καὶ κυριωτάτην ἑτέρῳ τινὶ κρείττονι προςήκειν. conf. Euseb. Praep. Evang. XV. 8. Plotin. Enn. II. 2, 1. Corsin. in personatum Plutarch. de Placitis philosoph. Dissert. II. p. 31. Magna vero quaestio est, censueritne Plato terram in medio mundo collocatam circum axem suum converti ac torqueri, an eam indicaverit fixam stare atque immobilem. De qua re iam antiquitus in utramque partem disputatum est, siquidem Aristoteles De Coelo II. 13. Diogen. L. III. 75. alii (v. Cicer. Acad. IV. 39.) Platoni eam sententiam attribuunt, alii autem, veluti Plutarchus, Galenus, Proclus, Simplicius, Chalcidius, eidem rationem vindicant posteriorem. v. Proclum p. 281. historiam controversiae luculente enarrantem, Ruhnken. ad Tim. p. 69 sqq. Boeckh. Disput. De Platonico systemate coelestium globorum etc. p. VI sqq. Ac primo quidem adspectu eorum sententia, qui terram movent, comprobanda videatur, quum ea dicatur φύλαξ καὶ δημιουργὸς νυκτός τε καὶ ἡμέρας: ita enim intelligitur eius rotatione circum axem suum diei noctisque vices effici. Neque certe haec ratio incognita fuit Platonis aequalibus. Placuit enim ea Heraclidi Pontico, Platonis discipulo, et

C ταμένον φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην θεῶν, ὅσοι

C. πρεσβυτάτην θεῶν, ὅσοι — γεγόνασι] Sic Par. A. FS. Vind. Vat. Θ. Tub. Flor. a. b. c. n. o. x. Procl. itemque Ecphanto Pythagoreo. Plutarch., qui fertur, De placit. Pythagor. III. 13. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς καὶ Ἔκφαντος ὁ Πυθαγόρειος κινοῦσι μὲν τὴν γῆν, οὐ μήν γε μεταβατικῶς, τρόχου δίκην ἐνζωνισμένην ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὰς περὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς κέντρον. conf. Galen. Hist. Philos. p. 8. Accedit Aristotelis auctoritas, quae certe tanta est, ut omnibus aliis anteponenda videatur. Nihilominus altera sententia habet, quo probabiliter defendatur. Hanc enim si amplectimur ἰλλομένην sive εἰλουμένην significat circumvolutam et adstrictam undique axi mundano et globi forma adhaerentem. Quem verbi usum usque ad Platonis aetatem fuisse perpetuum et constantem, Phil. Buttmannus in Lexil. T. II. p. 141 sqq. docta disputatione evincere studuit. Idem usus obtinet in hoc ipso Platonis opere p. 76. B. Iam vero huic rationi opitulatur primum illud, quod nemo praeter unum solum Aristotelem cum paucis, qui iudicium eius fecerunt suum, Platoni terrae circum axem rotationem adscribit, imo etiam ceteri, ubi huius placiti auctores recensent, de ipso egregie silent. Deinde in aliis scriptoris locis, in quibus eadem res commemoratur, veluti Phaedon. p. 109, A. Legg. X. p. 893. A. C. de terrae circumactione ne verbum quidem fit, quod eo est admirabilius, quod agitur de eius aequilibrio, quo ipsa sua vi et nutu sustentatur. Praeterea observandum est diligentissime, supra p. 36. C. orbem stellarum fixarum quotidiano motu dextrorsum ferri iudicatum esse, ex quo non temere collegit Boeckhius l. c. p. IX. Platonem nullo modo admittere posse terrae motum. Adde quod sane non opus fuit Platoni, ut terram circum axem rotaret, siquidem haec ipsa phaenomena, quae alii inde illustrarunt, ei iam e coeli et planetarum conversionibus satis perspicua esse debuerunt. Denique observandum est, sideribus inerrantibus motum in eodem attribui; planetis motum duplicem. Ab utrisque autem distinguitur terra, ut cuius ratio alia sit. Itaque nobis videmur non absurde statuere sic, ut terram ex Platonis sententia circa axem universi moveri existimemus. Atque his ita expositis hoc unum quaerendum restat, qui potuerit fieri, ut Aristoteles Platonis sententiam tanta socordia perverteret. Et Alexander quidem Aphrodisius apud Simplicium in Arist. de Coelo II. fol. 125. b. Aristotelis causam ita defendit, ut Platonem inconstantiae arguat, qui Timaei potius quam suam ipsius sententiam prodiderit. Quod parum est verisimile. Rectius, opinor, Simplicius Stagiritem sic purgare studet, ut eum vel vulgarem loci Platonici interpretationem secutum esse vel diversas opiniones eorum, qui sisterent aut moverent terram, afferre voluisse existimare debeamus. Nos quidem eam se-

ἐντὸς οὐρανοῦ γεγόνασι. χορείας δὲ τούτων αὐτῶν καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων

Cicero ac Ficinus. Vett. editt. πρεσβυτάτην σωμάτων ὅσα γέγονε.

quimur sententiam, ut philosophum putemus Heraclidis Pontici rationem ad ipsius magistrum tanquam auctorem per errorem retulisse eoque fuisse in fraudem inductum. Itaque terra custos et effectrix noctis ac diei ideo dici putanda est, quia sole supra eam emergente lucem accipit, submerso eodem superioribus regionibus mole sua officit eoque umbram gignit.

C. χορείας δὲ τούτων αὐτῶν —] In his plura vitiata sunt, quae tamen vereor ut satis certo queant emendari, quandoquidem nobis nec veteres interpretes nec libri manuscripti hac in re suppetias ferunt. Sed videamus certe, ubi ulcera lateant. Itaque primum quidem istud περὶ ante τὰς τῶν κύκλων turbat verborum cohaerentiam inepteque intrusum est. Sed quod Stephanus pro περὶ τὰς legendum proposuit περιττάς, id animum non omnino explet. Vide igitur an reponendum sit potius καὶ ποικίλας τῶν κύκλων πρ. κ. τ. λ. quod etiam Proclus, nisi fallor, ob oculos habuit, quanquam in ipsa Platonis oratione apud eum fideliter servatum est vitium. Nam quod Astius coniecit καὶ τὰς τῶν κύκλων κ. τ. λ., id vel propter articulum τὰς displicere debet. Maior difficultas obiicitur in proximis, ubi inde a verbis μεθ' οὕςτινάς τε ἐπίπροσθεν κ. τ. λ. constructionis tenor omnino nullus est. Cui malo ut medeamur, pro κατὰ χρόνους οὕςτινας scribendum κατὰ χρόνους τινάς, mutatione perquam exigua, siquidem οὓς facile per fraudem irrepere potuit propter antegressae syllabae similitudinem. Ita igitur existit haec verborum consecutio: ἔν τε ταῖς ξυνάψεσιν ὁποῖοι τῶν θεῶν καὶ ὅσοι γιγνόμενοι κατ' ἀλλήλους καὶ καταντικρύ, καὶ μεθ' οὕςτινας (αὐτοὶ) ἐπίπροσθεν (γιγνόμενοι) ἀλλήλοις κατακαλύπτονταί τε ἡμῖν ἑκάστοι κατὰ χρόνους τινάς, καὶ πάλιν ἀναφαινόμενοι κ. τ. λ. Ita nihil iam in his restat, quod structurae decursum ullo modo retardet aut impediat. Nam quod τε post ἡμῖν interpositum est, ita quidem, ut sequenti καὶ respondeat, id nullam molestiam afferet iis, qui voculam ad totam hanc ῥῆσιν pertinere reputaverint. Superest igitur, ut totius loci sententia per partes illustranda sit. Quod quo facilius possit fieri, eum interpositis quibusdam admonitionibus Latine convertere licebit. Quo facto quae praeterea ad eius illustrationem necessaria sunt, subiiciemus. Hoc igitur dicit Timaeus: Horum autem ipsorum choreas (comparantur enim siderum motus cum saltatione, de quo usu loquendi v. Scaliger ad Manilium Astronom. p. 83. Commentar. ed. Argentor. a. 1655. 4. et intpp. ad Eurip. Electr. v. 467.), mutuas inter ipsos concursiones, varias orbium ad semet ipsos conversiones et antecessiones (προχωρήσεις) et in coniunctionibus qui dii sibi mutuo appropinquantes, et quot e regio-

πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις καὶ προςχωρήσεις, ἔν τε ταῖς ξυνάψεσιν ὁποῖοι τῶν θεῶν κατ' ἀλλήλους γιγνόμενοι καὶ ὅσοι καταντικρύ, μεθ' οὕςτινας τε ἐπίπροσθεν ἀλλήλοις ἡμῖν τε κατὰ χρόνους οὕςτινας ἕκαστοι κατακαλύπτονται καὶ πάλιν ἀναφαινόμενοι
D φόβους καὶ σημεῖα τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων τοῖς δυναμένοις λογίζεσθαι πέμπουσι, τὸ λέγειν ἄνευ διόψεως τούτων αὖ τῶν μιμημάτων μάταιος ἂν εἴη πόνος, ἀλλὰ ταῦτά τε ἱκανῶς ἡμῖν ταύτῃ καὶ τὰ περὶ θεῶν ὁρατῶν καὶ γεννητῶν εἰρημένα φύσεως ἐχέτω τέλος.

καὶ προςχωρήσεις] προχωρήσεις Vat. Θ. pr. et Proclus.
μεθ' οὕςτινάς τε ἐπίπροσθεν] τε om. Vat. o. Flor. x.
D. τοῖς δυναμένοις λ.] τοῖς οὐ δυναμένοις λ. Par. A. teste Bekkero.
ἄλλων δαιμόνων] δαιμονίων Par. A.
τούς γε αὑτῶν προγόνους] γε om. vett. editt. praeter

ne stantes, ac pone quos sibi invicem officientes tum quibusdam temporibus nobis abscondantur, tum rursus apparentes terrores et signa rerum futurarum iis, qui possunt subducere rationes, immittant, haec omnia si explicare conemur sine conspectu simulacrorum earum rerum, frustra labor suscipiatur. De locutione ἐπίπροσθεν γίγνεσθαι, officere, obiectum esse, v. ad Gorg. p. 523. D. Parmen. p. 137. E. Legg. I. p. 648. D. VI. p. 626. C. Ad res ipsas utilis erit Procli de hoc loco commentatio. χορεύουσι γάρ, inquit, οἱ (vulg. ἡ) μίαν κίνησιν καὶ σύμφωνον περὶ τὸ αὐτὸ κινούμενοι· παραβολάς δὲ, τὰς μετὰ μῆκος αὐτῶν συντάξεις, ὅταν κατὰ τὸ πλάτος διαφέρωσιν· ἢ κατὰ τὸ βάθος, τὰς συνανατολὰς λέγω καὶ συγκαταδύσεις, τὰς περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἀνακυκλήσεις καὶ τὰς προςχωρήσεις. τοὺς προποδισμοὺς δηλοῖ καὶ τοὺς ὑποποδισμούς. προποδίζοντες μὲν γὰρ προςχωροῦσιν ταῖς ἑαυτῶν ἀποκαταστάσεσιν, ὑποποδίζοντες δὲ ἀνακυκλοῦνται πρὸς ἑαυτούς. κύκλους δὲ λέγει νῦν τὰς σφαίρας, καθ' ὧν κινοῦνται οἱ ἀστέρες, κ. τ. λ. Idem porro ad τῶν δι' ὄψεων μιμημάτων scribit: ἃ δή ἐστιν ὀργανικά. Et certe dubitari non potest, quin Plato significaverit machinam aliquam, in qua coeli et planetarum conversiones repraesentarentur. Qualis fuit sphaera Archimedis, cui, teste Cicerone Tuscul. I. 25, 63. lunae, solis, et quinque errantium motus illigaverat: de qua v. etiam De Nat. Deor. II. 35. De Rep. I. 14. p. 65. ed. Moser. Ceterum de signis rerum futurarum e sideribus coniectis v. quae collegit Creuzer. ad Plotin. T. III. p. 96. Scaliger. ad Manil. Astron. p. 111 sqq. ed. Argentor.

D. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων] Vide quanta phi-

Περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς, πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τούς γε αὑτῶν προγόνους εἰδόσιν· ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν, E *ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἀπαγγέλλειν ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. ουτως οὖν κατ' ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ τούτων τῶν θεῶν ἐχέτω καὶ λεγέσθω.*

Bas. 2. Tuentur voculam codd. fere omnes.

E. *ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν*] *φασκόντων* Par. A. Vat. o. Tub. Flor. x. quod fortasse verum, siquidem *πιστευτέον* genitivi absoluti usui non adversatur.

ἡ γένεσις περὶ τούτων τῶν θεῶν] *καὶ* vulgo post *γένεσις* intrusum omisimus cum Par. AF. Vat. Θ. o. Flor. x. In Par. S. Mon. Ambr. s. Vat. r. Flor. β. n. legitur *ἡ γένεσις ἡ περὶ τούτων.*

losophus utatur cautione in designandis divinis numinibus. Nam *δαίμονες* nunc aperte more Homerico dicuntur omnino *θεοί*: utrosque primus distinxit Hesiodus Opp. et DD. v. 121 sqq.

ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν —] Phileb. p. 16. D. *καὶ οἱ μὲν παλαιοί, κρείττονες ἡμῶν καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες, ταύτην φήμην παρέδοσαν, κ. τ. λ.* De Rep. III. p. 388. B. *μηδὲ Πρίαμον ἐγγὺς θεῶν γεγονότα.** Ibid. p. 391. A. *πεισθεὶς ὡς ἄρα τοιαῦτα πράττουσί τε καὶ ἔπραττον καὶ θεῶν ἀγχίσποροι.* ubi v. ann. Cicer. Tusc. I. 12. Antiquitas, quo propius aberat ab ortu et progenie divina, hoc melius forsitan ea, quae erant vera, cernebat. Senec. Epist. 90. (Aureae aetatis homines) alti fuerunt spiritus, et, ut ita dicam, a diis recentes. ubi v. intpp. Denique addidisse iuvabit e Porphyrio De abstin. IV. 2. p. 293. ed. Rhoer. locum Dicaearchi: *τῶν τοίνυν συντόμως τε ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς τὰ Ἑλληνικὰ συναγόντων ἐστὶν καὶ ὁ Περιπατητικὸς Δικαίαρχος, ὃς τὸν ἀρχαῖον βίον τῆς Ἑλλάδος ἀφηγούμενος τοὺς παλαιοὺς καὶ ἐγγὺς θεῶν φησι γεγονότας βελτίστους τε ὄντας φύσει καὶ τὸν ἄριστον ἐζηκότας βίον ὡς χρυσοῦν γένος νομίζεσθαι.*

E. *καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων*] Facete carpit suae aetatis sophistas ac rhetores, qui *τὰ εἰκότα* et *τὰς ἀνάγκας* iactare solebant. v. ad Phaedr. p. 266. E. Euthydem. Prolegg. extr. al. Gorg. p. 472. B. Theaet. p. 162. E. *ὦ γενναῖοι παῖδές τε καὶ γέροντες, δημογορεῖτε συγκαθεζόμενοι — ἀπόδειξιν δὲ καὶ ἀνάγκην οὐδ' ἡντινοῦν λέγετε, ἀλλὰ τῷ εἰκότι χρῆσθε.* Sympos. p. 200. A. al. — *ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον*, h. e. *πιστεύειν δεῖ* (*ἡμᾶς*) *ἑπομένους τῷ νόμῳ*, de quo constructionis genere v. ad. Criton. p. 49. A. Respexit haec Iulianus Orat. VII. p. 237.

Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην, τούτων δὲ Φόρκυς Κρόνος τε καὶ Ῥέα καὶ ὅσοι μετὰ τούτων, ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας Ζεὺς
41 *Ἥρα τε καὶ πάντες, ὅσους ἴσμεν πάντας ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τούτων ἄλλους ἐκγόνους.*

τούτων δὲ Φόρκυς] Sic Par. AF. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Vat. or. Flor. β. x. Vett. editt. ἐκ τούτων. Dein vulgo legebatur *Φόρκυς τε καὶ Κρόνος*, quod mutatum ex Par. A. Vat. ο. Flor. x.

P. 41. *ἔτι τε τούτων ἄλλους*] Articulum τοὺς vulgo post τε insertum omisimus auctoritate Par. ASFY. Vat. Θ. Vind. Ambr. s. x. Mon. Ricard. Vat. ο r. et septem Florentinis.

Ἐπεὶ δ' οὖν πάντες] δ' additum ex Par. AFSY. Vat.

Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ —] V. Hesiodus Theogon. v. 132 — 153. ubi de Terrae et Urani genere agitur; v. 336 sqq. quo loco enumeratur Oceani et Thetyos proles. v. 453 sqq. ubi Croni et Rheae nati recensentur. Quae qui diligentius cum hoc Platonis loco comparaverint, ii facile intelligent philosophum in pluribus rebus ab Hesiodi auctoritate discessisse. Videlicet secutus est ille, ut Proclus narrat, doctrinam Orphicam, id quod confirmat etiam Chalcidius p. 293 sqq. et 326. qui haec ad Orpheum, Linum et Musaeum refert. conf. Lobeckii Aglaophamum p. 503 sqq. et 510 sqq. Disputat Proclus de hoc loco inde a p. 291. usque ad 298. ad cuius lectionem non sine fructu adhibebis A. Ch. Eschenbachii Epigenem s. De Doctrina Orphica. Norimberg. 1702. 4. maxime 57 sqq. et 83 sqq.

P. 41. *ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς* —] qui palam in coelo volvuntur et qui quantum ipsi volunt apparent. Non igitur opus est isto ἀφανῶς, quod aliquot codd. cum Simplicio ad Aristot. De Coelo I. 24. pro φανερῶς exhibent. Multo minus etiam necessarium est, quod coniectavit Lindavius ἀειφανεῖς.

Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς —] Est haec celeberrima illa τοῦ δημιουργοῦ δημηγορία, cuius mentionem praeter alios iniiciunt Euseb. Praep. Evang. XIII. p. 18. Athenag. Leg. pro Christ. p. 9. Clem. Al. Strom. V. p. 255. Cyrillus c. Iulian. II. p. 56. et 58. conf. Isis apud Stobaeum Eclogg. Phys. c. XL. p. 118. Controversum est autem, cur demiurgus Deos Deorum nominet hos coelestes deos sive stellas animatas. Proclus p. 298. stellas censet ideo deos deorum vocari, quia corporum suorum dii sint, quae corpora et ipsa honorem divinitatis sint adepta. Quod recte reiecit Cudworthus System. Intellectual. p. 273 sq. propterea quod Plato ipsa stellarum corpora deorum nomine appellare non solet. Ipse vero stellas θεοὺς θεῶν ideo dici censet, quia a diis ὑπερκοσμίοις sive supramundanis atque ἀϊδίοις sint conditae sententia Platonis. Sed huic opinioni adversatus Moshemius est, qui Deum animadvertit eos deos, quos

Ἐπεὶ δ' οὖν πάντες ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς καὶ ὅσοι φαίνονται καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι θεοὶ γένεσιν ἔσχον, λέγει δὴ πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας τάδε· Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ γ' ἐθέλοντος.

Θ. Mon. Ambr. s. Vat. br. Tub. Flor. β. n. In Flor. x. Vat. o. et cod. Procli est ἐπεὶ δὲ πάντες.

λέγει δὴ πρὸς αὐτοὺς] δὴ inserui e Vat. o. et Flor. x.

ἐμοῦ γ' ἐθέλοντος] Athenaeus et Athenagoras Legat. pro Christ. p. 9. ἐμοῦ γε μὴ θέλοντος, sc. διαλυθῆναι. Etiam Cicero: me invito. Ex cod. Par. A. item Bekkerus enotavit γε μή: dubito tamen, an recte, siquidem Bastius alia omnia narrat. Pro vulg. θέλοντες meliores libri suppeditarunt ἐθέλοντες.

compellet, suum opus esse diserte pronuntiare: vocare enim eum semet ipsum πατέρα et δημιουργὸν numinum illorum, ad quae verba faciat. Praeterea, inquit, num Platonicum hoc vel vetus vel recentius sit dogma, deos coelestes generatos esse a diis supramundanis, valde dubito. Nec enim apud aliquem Platonicum id me legere memini. Sapientius, si quid harum rerum intelligo, illi, quorum Proclus meminit, qui vocabulis θεοὶ θεῶν hoc significaverint, stellas expressas esse imagines aliarum stellarum ideatium sive νοητῶν, ut verbo utar Platonico, deorum. Constat enim inter eos, qui has litteras attigerunt, Platonem sempiterna rerum omnium exempla, et idcirco deorum quoque suorum, cogitatione effinxisse. Verum, fateor, hoc quoque durum videtur et a simplicitate remotius, sic verba Platonis interpretari: Vos dii, qui aliorum deorum, τῶν νοητῶν nimirum, imagines et simulacra estis. Ego quidem, si minus ingenio et acumini suo dedissent egregii viri, qui loci huius sensum indagarunt, multo eos facilius rem omnem expedituros fuisse existimo. Dii, quorum deos Plato stellas appellat, mihi videntur terra, aqua, ignis, et reliquae orbis huius adspectabilis partes. Terram paullo ante vidimus a Platone diis esse annumeratam. Hoc autem vocabulo tam late veteres utuntur, ut universam eo naturae vim et omnia, quae terra comprehendit, significent. v. Gerh. Ioh. Vossius De origine et progressu idololatr. II. 2. c. 41. p. 217. Stellis vero potestatem in terram, aquam, ignem, aërem, dedisse Platonem manifestum est ex illis, quae paullo post de fabricatione corporum humanorum a stellis tradit. Quodsi igitur stellae in rerum naturae partes, quas et ipsas pro diis habuit Plato, vim habent et imperium, vide quam commode et apte dii deorum, qui, quum ipsi dii sint, aliis tamen diis ad arbitrium suum leges ferant, nominentur. Si de diis quoque poëticis, de quibus paullo ante Plato dixerat, Iove, Saturno, reliquis, verba ista capere velis, ne sic quidem, ut arbitror, peccaveris." Haec igitur Moshemius, ex quibus erit perspicuum, quantum negotii horum verborum interpretatio viris doctis creaverit. Et tamen nihil eorum

τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτόν, τό γε μὴν καλῶς
B ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ λύειν ἐθέλειν κακοῦ. δι' ἃ καὶ
ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων, οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε ξυνεδεῖσθε. νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος, μάθετε. θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρί'.

B. *ἐπείπερ γεγένησθε*] ἐγένεσθε Photius Biblioth. p. 900. 6. Rhodom. Dein τὸ ante πάμπαν cum Photio om. Par. FS. Mon. Ambr. s. Flor. x.

οὔ τι μὲν δὴ λυθ.] οὔτοι Flor. x. οὔτοι γε μὴν λυθήσεσθε Photius.

τρί' ἀγέννητα] V. γεννητά. Recte Procl. Par. A. Vat. δ. Tub. Corr. ἀγέννητα, vel, ut in plerisque scriptum, ἀγένητα. Flor. β. b. n. Par. FS. Mon. Vat. r. λοιπὰ τρία. τούτων οὖν κ. τ. λ. Nec tamen inducor, ut ἀγέννητα pro glossemate habeam.

omnium, quae ab illis disputata sunt, pro vero probandum videtur. Immo intelliguntur d i i, q u i d e o r u m s a t u o r t i s u n t, ut recte censuit C i c e r o. Intelligit autem demiurgus semet ipsum, utpote deorum coelestium auctorem et parentem. Neque enim offendere debet numerus pluralis θεῶν, quem et rei magnitudo et ipsa orationis concinnitas propemodum flagitat. Eam interpretationem vel maxime confirmant quae proxime adiunguntur: ὧν ἐγὼ δημιουργός κ. τ. λ. in quibus cavendum magnopere est, ne ὧν cum ἔργων connectatur; pertinet enim ad θεῶν, ita quidem, ut suspensum sit ex genitivo ἔργων. Etenim ἔργα τῶν θεῶν vocantur sidera illa, quibus ipsi praefecti sunt. Itaque verba sic interpreteris: D i i s a t u d i v i n o o r t i, q u o r u m o p e r a m e o p i f i c e m e t p a r e n t e m h a b e n t, q u a e, u t p o t e a m e f a c t a, s u n t i n d i s s o l u b i l i a, m e q u i d e m i t a v o l e n t e. Eam interpretationem prorsus confirmat I s i s apud S t o b a e u m Éclogg. Phys. c. XL. p. 118. ubi hic locus imitatione expressus est.

B. *καὶ ἔχον εὖ λύειν*] H. e. καὶ τὸ εὖ ἔχον. Dein ad κακοῦ intelligendum ἐστίν. In proximis post μὲν infertur deinde οὔτι μὲν δή — γε, quod nolim iam ex uno codice Flor. in οὔτοι μὲν δή — γε mutare. Phaedr. p. 266. C. βασιλικοὶ μὲν ἄνδρες, οὐ μὲν δὴ ἐπιστήμονές γε. Enimvero sequente τοι et δή in μέντοι et μὲν δή, quod sunt qui item continua scriptura μενδή pingant, vocula μὲν attenuatum μὴν videtur esse: ex quo liquidum est, cur ita μὲν δή — γε post μὲν inferri queat. v. H a r t u n g. De Particulis Linguae Gr. T. II. p. 401.

τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὑτῷ γένη ζ.] Articuli vim percipies loco hunc in modum accepto: e a e n i m, q u a e c u n c t a s u n t, g e n e r a a n i m a l i u m n o n i n s e c o n t i n e b i t; d e n n e r w i r d n i c h t d i e G e s a m m t h e i t l e b e n d i g e r

ἀγέννητα. τούτων οὖν μὴ γενομένων οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται· τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ζώων οὐχ ἕξει, δεῖ δέ, εἰ μέλλει τέλεος ἱκανῶς εἶναι. δι' ἐμοῦ δὲ C
ταῦτα γενόμενα καὶ βίου μετασχόντα θεοῖς ἰσάζοιτ' ἄν. ἵν' οὖν θνητά τε ᾖ τό τε πᾶν τόδε ὄντως ἅπαν ᾖ, τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζώων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμετέραν γένεσιν. καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανά-

C. τέλεος ἱκανῶς εἶναι] Sic Par. AF. Vat. 𝔟. τελέως Flor. x. Vett. editt. τέλειος.

τό τε πᾶν τόδε] τόδε addunt Par. AF. Vat. Θ. Mon. Vat. 𝔟. 𝔬. Tub. Flor. β. x.

τὴν ὑμετέραν γένεσιν] Sic Par. A. Vat. 𝔟. 𝔬. Tub. Flor. x. Olim erat τὴν ὑμῶν γε. Steph. coni. τὴν περὶ τὴν ὑμῶν γένεσιν. Bas. 2. τὴν ἡμῶν γένεσιν. Flor. a. b. β. c. n. o. Vind. Par. S. Ambr. s. x. Vat. 𝔠. 𝔤. 𝔯. περὶ τὴν ὑμῶν ἐμὴν γένεσιν.

Wesen in sich fassen. Ad δεῖ δέ intell. αὐτὰ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. Ex interpretatione fluxit quod est apud Simplicium ad Aristot. Phys. VIII. p. 313. δεῖ δὲ καὶ ταῦτα γενέσθαι. De re ipsa conf. infra p. 92. C.

C. τό τε πᾶν τόδε ὄντως ἅπαν ᾖ] H. e. vere absolutum et perfectum, utpote complectens in se omnia animantium genera.

καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν —] et quodcunque eorum immortalibus simile convenit esse, ut divinum appelletur et inter ea teneat principatum, quippe ex numero illorum, qui semper iustitiae atque vobis obtemperare velint, eius ego vobis tradam semina ac principia. In his fuit qui istud καθ' ante ὅσον delendum iudicaret. Quod consilium nemini profecto probabitur, qui meminerit illud καθ' ἕκαστον eodem modo cum genitivo esse constructum, de quo dictum est ad Remp. IV. p. 436. B. καθ' ἕκαστον αὐτῶν πράττομεν. Diodor. Sic. I, 21. εἰςκαλεσαμένην δὲ κατὰ γένη τῶν ἱερέων. Id. XIX. 48. ἐνετείλατο κατ' ὀλίγους αὐτῶν ἀποστέλλειν. Et sic addito accusativo Diodor. XVIII. 64. κατ' ὀλίγους στρατιώτας εἰςαγαγών. In his locis omnibus item simplicem expectabas accusativum obiecti. Alia id genus multa collegit Schaefer. ad Dionys. De compos. verbor. p. 44. Ceterum praeclare hoc ita a Platone fingitur, partem animalium immortalem a deo supremo daemonibus inferioribus suppeditatam, mortalem ab his ipsis procreatam esse. Quippe hi quoniam ipsi summo deo debent immortalitatis praestantiam, ne alias quidem animantes ex parte immortales facere potuerunt. Paullo ante Stephanus scribendum putabat: μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν τὴν περὶ τὴν ἡμῶν (sic enim vulgo est) γένεσιν. Quidni vero haec sic intelligere licebit: meam imitantes po-

τοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον ἡγεμονοῦν τ' ἐν αὐτοῖς τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παρα-
D δώσω· τὸ δε λοιπὸν ὑμεῖς, ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῶα καὶ γεννᾶτε τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε.

Ταῦτ' εἶπε, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων τρόπον μέν τινα τὸν αὐτόν, ἀκήρατα δ' οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δεύτερα καὶ τρίτα. ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε

E. εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις] Stephanus corrigendum putabat ἑκάσταις, ut est apud Proclum: quo non opus esse docebit annotatio infra subiecta. Idem Ciceronem suspicatur legisse διὰ χρόνων, certis temporum intervallis: post χρόνων denique vult interpungi. Pro χρόνων Bekkerus ex Vat. Ϸe. et corr. Par. F. recepit χρόνου. v. p. 42. D.

tentiam in ea, quam facere iubemini, creatione.

καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε] gremio vestro. Nam mortalia omnia rursus in cinerem et pulverem recidunt.

D. καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον —] Reliquias superioris mixtionis, unde anima mundi composita erat, deus summus in eundem craterem dicitur infudisse, easque eodem ferme modo temperavisse, nec tamen iam pariter sinceras, sed secundas ac tertias. Enimvero plus haud dubie terrenae materiae relictum erat tanquam sedimentum quoddam; unde animae mortalium plus terrenae faecis trahentes ad res sensibus subiectas extiterunt procliviores. De voc. ἀκήρατον v. Ruhnken ad Tim. p. 15. Locum hunc de cratere animarum imitati sunt Lucian. Bis Accusat. §. 34. Aristid. Orat. I. p. 5. Atque δεύτερον κρατῆρα hinc memorat Themist. Or. XXVI. 338. conf. VI. 74. D. Multa de eo nugatur Proclus p. 314 sqq.

ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε —] Laudat hunc locum Plutarchus de fortun. extr. et Origen. c. Cels. VI. p. 645. Narratur igitur mundi opifex distribuisse totidem animas, quot essent astra, easque tanquam vehiculo impositas, quo videlicet in astra veherentur, quum de rerum universitate tum de fatorum lege ipsis praescripta edocuisse. Sunt autem fatalis huius legis partes eae, quae enumerantur deinceps. Primum igitur deus summus edixit, primam generationem omnibus fore unam constitutam, ut ne qua ab ipso deteriorem acciperet condicionem. In quibus ne quis pro πᾶσι requirat πάσαις, contulisse iuvabit Dorvillium ad Chariton. p. 550. ed. Lips. et Matthiae Gr. §. 439. ann. 3. p. 989. ed. 3. Est autem prima haec generatio haud dubie illa ipsa animarum cum sideribus coniunctio, quam

ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ' ἑκάστην
πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα τὴν τοῦ E
παντὸς φύσιν ἔδειξε, νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς, ὅτι γένεσις πρώτη μὲν ἔσοιτο τεταγμένη μία πᾶσιν, ἵνα μή τις ἐλαττοῖτο ὑπ' αὐτοῦ, δέοι δὲ σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἕκαστα ὄργανα χρόνων φῦναι ζώων τὸ θεοσεβέστατον, διπλῆς
δὲ οὔσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ κρεῖττον τοιοῦ- 42
τον· εἴη γένος, ὃ καὶ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ. ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσίοι, τὸ δ' ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν, πρῶτον

ζώων τὸ θεοσεβέστατον] V. ζῷον, quod praeter Ambr. ε. x. Vat. o. Flor. x. Tub. vix alius liber habere videtur.

τοιοῦτον εἴη γένος] Sic Par. A. Vat. b. Vett. editt. εἴη γένος τοιοῦτον.

summus ipse deus fecisse narratur. Id quod apparet e verbis p. 42. D. unde etiam quaenam astra intelligantur, facile perspicias. Obscuriora sunt, quae de secunda parte fatalis illius legis perhibentur: δέοι δὲ σπαρείσας αὐτὰς κ. τ. λ. Neque enim scriptura verborum integra est, siquidem nec sententia nec constructio recte procedit. Quorsum enim pertinet iste accusativus σπαρείσας αὐτάς, aut unde pendet? Enimvero, me si audis, quantocius rescribes: δέοι δὲ μετὰ σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ πρ. Cuius emendationis vel auctorem vel patronum si quaeris, ipsum Platonem testem adducimus, qui mox ipse p. 42. D. τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς κ. τ. λ. quae ipsa verba huc referuntur. Ceterum hic quoque ἑκάστοις tenendum, ut mox rursus scriptum est πᾶσι, ubi facile πάσαις desideraveris. De natura muliebri pro infirmiore et imbecilliore habenda vid. Symp. p. 181. C.

P. 42. ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφ.] In his optativis ἀναγκαῖον εἴη, βιώσοιντο, ἕξοι, μεταβαλοῖ, al. post ὅτι subiuncti vicem gerunt accusativi cum infinitivo alias in obliqua oratione usurpati. De quo loquendi genere dictum est ad Phaedon. p. 86. A. Sympos. p. 201. A. conf. Matth. Gr. §. 529. 9. Cur autem animae dicantur necessitate quadam corporibus esse illigatae, liquidum est ex p. 30. D. ubi νοῦς in ψυχῇ, haec vero in corpore inesse dicitur. Ex hoc ipso autem declaratur origo τῆς αἰσθήσεως: de cuius vi et natura contulisse iuvabit Phileb. p. 32. C sqq. p. 34. c. 19. §. 65. et quae disputantur infra p. 43. C. D. E. p. 64. A sqq. v. Tennemann. System. Philos. Plat. T. III. p. 52 sqq. Anonym. de Vita Pythagorae p. 116. ed. Kiessl. De cupiditate cum voluptate ac dolore coniuncta deque aliis animi perturbationibus v. Phileb. p. 35. B sqq. Mox ἐν δίκῃ idem est quod

μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι, δεύτερον δὲ ἡδονῇ καὶ λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα, πρὸς δὲ τούτοις φόβον
B καὶ θυμὸν ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστηκότα· ὧν εἰ μὲν κρατήσειαν, ἐν δίκῃ βιώσοιντο, κρατηθέντες δὲ ἀδικίᾳ. καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα βιοὺς χρόνον, πάλιν εἰς τὴν τοῦ ξυννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου, βίον εὐδαίμονα καὶ συνήθη ἕξοι· σφαλεὶς δὲ τούτων εἰς γυναικὸς φύσιν
C ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβαλοῖ· μὴ παυόμενος δὲ

P. 42. *ἐκ βιαίων παθημάτων*] Vett. editt. pessime *ἐκεῖ βιαίων π.* quod ex Par. A. Vat. 𝔟 ο. Flor. x. correctum. Cod. Corron. *ἐκ τῶν ἐκεῖ βιαίων.* Mox v. *διεστῶτα* praeter fidem codicum.

B. *εἰ μὲν κρατήσειαν*] Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. alii *κρατήσειεν*, quod fortasse natum ex *κρατήσαιεν.* Dein *χρόνον βιοὺς* Par. A. Vat. 𝔟. pro *βιοὺς χρόνον.*

καὶ συνήθη ἕξοι] Verba *καὶ συνήθη*, vulgo omissa, restituit Bekker. ex Par. A. Vat. 𝔟. Quod proxime dein sequitur *μεταβαλοῖ*, id debetur Par. A. et Tub. Vulgo legebatur *μεταβάλλοι*, quod iam Stephanus coniiciebat in *μεταβαλοῖ* mutandum esse. Alii multi *μεταβάλοι*, quo recepta lectio maxime confirmatur. Quae hic vulgo inserta legebantur: *χιλιοστῷ δὲ ἔτει κ. τ. λ.*, de quibus v. infra, ea in marg. habent Ven. Ξ. Vind., ceteri omittunt.

δικαίως. Sic *ἐν νόμοις*, secundum leges, Critiae p. 121. B. dicitur.

B. *καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα* —] De hoc placito compares Phaedr. p. 248. Phaedon. p. 107. B sqq. Legg. X. p. 904. 614. De Rep. X. p. 620. Politic. p. 270. Plotin. Enn. IV. 7, 13. ibique Creuzer. T. III. p. 257. Platonis locos qui diligenter inter se comparaverint, ii facile animadvertent philosophum in hoc argumento tractando ingenii lusui nonnihil indulsisse, ut in re quae mentis humanae intelligentiam superaret.

ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβαλοῖ] Usum intransitivum verbi *μεταβάλλειν* tetigimus ad Remp. v. p. 473. B. X. p. 620. A. Parmenid. p. 156. C. D. E. al. Cur *μεταβαλεῖ*, vetus lectio, non sit ferenda, ex iis clarum erit, quae paullo ante de usu optativi exposuimus. Quae vulgo post *μεταβαλοῖ* interposita legebantur: *χιλιοστῷ αὖ ἔτει ἀμφότεραι ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσιν καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου αἱροῦνται, ὃν ἂν ἐθέλῃ βίον ἑκάστη· ἔνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται*, ea ex decimo libro Reipubl. p. 615. ed. Steph. huc translata esse primus vidit Cornarius. Nimirum ex margine in ipsam Platonis orationem irrepserunt.

C. *μὴ παυόμενος δὲ ἐν τούτοις*] H. e. in hac condicione, posteaquam muliebrem naturam accepisset. v. ad Menex. p. 238. B. 244. A. ubi est *ἐν τοῖς τοιοῖςδε.* Dein pro

ἐν τούτοις ἔτι κακίας, τρόπον ὃν κακύνοιτο, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς τοῦ τρόπου γενέσεως εἴς τινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβάλοι θήρειον φύσιν, ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξοι, πρὶν τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ ξυνεπισπόμενος τὸν πολὺν ὄχλον καὶ ὕστερον προςφύντα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα, λόγῳ κρατήσας εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως. Διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα, ἵνα τῆς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος, ἔσπειρε τοὺς μὲν εἰς γῆν, τοὺς δ' εἰς σελήνην, τοὺς δ' εἰς D

C. μὴ παυόμενος δὲ] τε Par. A. Vat. bo.
πόνων λήξοι] V. λήξει, quod correctum ex Par. AFSY. Vat. Θ. Vind. Ambr. s. Var. br. Flor. a. b. β. c. n. x.
ἐν αὐτῷ ξυνεπισπόμενος] Ald. Bas. 1. 2. ξυνεπισπάμενος. Steph. ξυνεπισπώμενος, ut est in plerisque codd. Sed recte idem vidit ξυνεπισπόμενος requiri, quod revocavimus tandem ex Vat. Θ. pr. Par. SY. Ambr. s.
D. ἵνα τῆς ἔπειτα εἴη κακίας] V. τοῖς. Recte Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Vat. bgor. Tub. Flor. β. n. τῆς, quod etiam Steph. in Annot. reponendum censuit.

τοὺς μὲν εἰς γῆν] V. εἰς ἥλιον, ut ex corr. scriptum in Ven. Σ. Ceteri fere omnes εἰς γῆν.

κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς τοῦ τρόπου γενέσεως poterat dici simpliciter κατὰ τοῦτον, quod enuntiatum est paullo enucleatius hunc in modum: prouti malus evasisset, ita ad similitudinem morum ingeneratorum in huiusmodi semper ferarum naturam translatum iri, neque convertentem non prius laborum finem esse habiturum etc.

πρὶν τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ —] H. e. τοῦ λογικοῦ sive τοῦ νοῦ agitationi, sive rationi, obsequutus. v. ad p. 37. B. Nam τὸ ὅμοιον vocatur quod sibi ipsi simile est atque semper sibi constat, ut Phaedr. p. 271. A. De rep. IX. p. 585. C. Phaed. p. 109. A. Symp. p. 173. D. al. Pro ξυνεπισπόμενος Bekkerus aliique ediderunt ξυνεπισπώμενος. Quod falsum esse haud dubitanter pronunciamus. Nam non ideo animus redit ad pristinam felicitatem, quod tandem rursus vi rationis abreptus quasi ad eam retrahitur, sed quod libere atque sponte obsequitur eius imperio. Verbo συνεπισπέσθαι usus est etiam Xenophon. Cyrop. VII. 1, 32. οἱ δὲ Πέρσαι συνεπισπόμενοι κ. τ. λ. ubi scribae item errore συνεπισπώμενοι. VIII. 6, 10. ἐκ τῶν συνεπισπομένων Περσῶν. conf. Matthiae Gr. Gr. §. 234. p. 577. ed. 3. qui verbi compositi ἐπισπέσθαι collegit exempla ex optimis quibusque prosae orationis scriptoribus consignata.

ἵνα τῆς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος] No-

τὰ ἄλλα, ὅσα ὄργανα χρόνου. τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά, τό τε ἐπίλοιπον ὅσον ἔτ' ἦν ψυχῆς ἀνθρω-
E πίνης δέον προσγενέσθαι, τοῦτο καὶ πάνθ' ὅσα ἀκόλουθα ἐκείνοις ἀπεργασαμένους ἄρχειν, καὶ κατὰ δύναμιν ὅ τι κάλλιστα καὶ ἄριστα τὸ θνητὸν διακυβερνᾶν ζῶον, ὅ τι μὴ κακῶν αὐτὸ ἑαυτῷ γίγνοιτο αἴτιον.

Καὶ ὁ μὲν δὴ ἅπαντα ταῦτα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει· μένοντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ πατρὸς τάξιν ἐπείθοντο αὐτῇ, καὶ λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζώου, μιμούμενοι τὸν σφέτερον δημιουργόν, πυρὸς καὶ γῆς ὕδα-

ὅσον ἔτ' ἦν ψυχῆς] V. ὅσον ἔστι ψυχῆς. Illud cum Proclo exhibuerunt Par. A F. Mon. Vat. ϐϲ. Tub. Flor, x. et marg. Flor. β. Quod merito placuit Stephano. Sermo est enim de eo, quod tum temporis reliquum erat.

E. ἀπεργασαμένους ἄρχειν] V. ἀπεργασαμένοις. Accusativum praebuerunt codd. fere omnes.

ἅπαντα ταῦτα διατ.] V. ταῦτα πάντα, quod ex Par. A. Vat. ϐ. mutatum.

bilissimum hoc est Platonis effatum, deum summum nullius mali nulliusque pravitatis auctorem esse, de quo vide quae ad Remp. II. p. 379. B. X. p. 617. E. exposuimus. De libero hominis arbitrio similiter iam Homerus Odyss. α', 37. ac deinde idem fere Pythagorei senserunt, de quibus vide Aur. Carm. v. 54. Hierocl. comm. p. 184. ed. Needh. De Platonis sententia disputant etiam Plutarch. De placit. philosoph. I. 27. et Nemesius De nat. hom. p. 303 sqq. ed. Matth. Laudat haec Plutarch. De fortuna p. 1183. et Quaest. Platon. VII. ubi fuse disputat, cur deus animas per terram, lunam, ceteraque astra, quae temporis sunt quasi instrumenta quaedam, disseminaverit.

τό τε ἐπίλοιπον ὅσον ἔτ' ἦν ψυχῆς] quantumque esset reliquum animo humano, quod deberet accedere, id et omnia his consequentia ut conficerent ac regerent et quam possent pulcherrime et optime mortale gubernarent animal, nisi quatenus ipsum (sua sponte) malorum causa sibi fieret. De ὅ τι μὴ v. ad Phaedr. p. 274. A.

E. δανειζόμενοι μόρια ὡς ἀποδ.] mutuantes particulas quae tanquam debitum futuro tempore redderentur, videlicet mortali corpore in partes suas dissoluto. Mox εἰς ἐπίῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον est: in corpus, cuius natura perpetuam subiret vicissitudinem. Similiter Parmenides, teste Aristot. Metaph. IV. 5.

τός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μόρια,
ὡς ἀποδοθησόμενα πάλιν, εἰς ταὐτὸν τὰ λαμβανόμενα 43
ξυνεκόλλων, οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ ξυνείχοντο δε-
σμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις, πυκνοῖς γόμ-
φοις ξυντήκοντες, ἓν ἐξ ἁπάντων ἀπεργαζόμενοι σῶμα
ἕκαστον, τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν
εἰς ἐπίῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον. αἱ δὲ εἰς ποτα-
μὸν ἐνδεθεῖσαι πολὺν οὔτ' ἐκράτουν οὔτ' ἐκρατοῦντο,
βίᾳ δ' ἐφέροντο καὶ ἔφερον, ὥστε τὸ μὲν ὅλον κι- B
νεῖσθαι ζῶον, ἀτάκτως μὴν ὅπῃ τύχοι προϊέναι καὶ
ἀλόγως, τὰς ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἔχον· εἴς τε γὰρ τὸ
πρόσθεν καὶ ὄπισθεν καὶ πάλιν εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ
κάτω τε καὶ ἄνω καὶ πάντῃ κατὰ τοὺς ἓξ τόπους

P. 43. εἰς ταὐτὸν τὰ λαμβανόμενα] τὰ om. vett. editt. invitis codd. fere omnibus.

B. ὅπῃ τύχοι προϊέναι] V. τύχῃ. Optativum praebent Par. AFSY. Mon. Ambr. s. Vat. o. Flor. b. β. n. x. et corr. Vat. Θ. Mox Par. A. πρόσθε.

κατὰ τοὺς ἓξ τόπους πλ.] Steph. coni. τρόπους, ut intelligerentur τρόποι κινήσεως. Idque scriptum legitur in Flor. x.

veritatis iudicium ideo abduxit a sensibus, quia corporis humani sensuumque structura varia esset et aliam atque aliam subiret mutationem.

P. 43. ἀοράτοις, πυκνοῖς γόμφοις] De his γόμφοις Chalcidius p. 351. ed. Fabr. „Invisibiles coniunctiones γόμφους appellat, vel minorum corpusculorum coacervationem, ut Diodorus, vel eorundem similium inter se conglobationem, ut Anaxagoras, vel multiformem implicationem, ut Democritus, vel concretionem, ut Empedocles."

αἱ δ' εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι] Sc. αἱ τῆς ψυχῆς περίοδοι, sive οἱ κύκλοι τοῦ ταὐτοῦ καὶ τοῦ θατέρου. Significatur igitur animarum tanquam liberam agitationem ista coniunctione cum corporibus esse turbatam, ita quidem, ut nec ipsae vincerent ac superarent, nec corporis perturbatione et fluctuatione superarentur. Quum vero naturis divinioribus non nisi motus praestantissimi convenire iudicati sint, tum animae humanae corporibus illigatae varii maximeque diversi motus attribuuntur, quo ipso indicatur eam a divinae rationis constantia atque ordine aliquantum descivisse. Contulisse cum hoc loco iuvabit quae de eodem argumento disseruntur Phaedr. p. 248. A sqq. ubi describitur perturbatio animae recens in corpus humanum delapsae; Phaedon. c. 10 sq. c. 27. et c. 33. p. 83. D. quibus locis agitur maxime de vi cupidita-

πλανώμενα προϊέναι. πολλοῦ γὰρ ὄντος τοῦ κατακλύζοντος καὶ ἀποῤῥέοντος κύματος, ὃ τὴν τροφὴν παρεῖχεν, ἔτι μείζω θόρυβον ἀπειργάζετο τὰ τῶν προσ-
C πιπτόντων παθήματα ἑκάστοις, ὅτε πυρὶ προσκρούσειε τὸ σῶμά τινος ἔξωθεν ἀλλοτρίῳ περιτυχὸν ἢ καὶ στερεῷ γῆς ὑγροῖς τε ὀλισθήμασιν ὑδάτων, εἴτε ζάλῃ πνευμάτων ὑπ' ἀέρος φερομένων καταληφθείη, καὶ ὑπὸ πάντων τούτων διὰ τοῦ σώματος αἱ κινήσεις ἐπὶ τὴν ψυχὴν φερόμεναι προσπίπτοιεν· αἳ δὴ καὶ ἔπειτα διὰ ταῦτα ἐκλήθησάν τε καὶ νῦν ἔτι αἰσθήσεις ξυνά-

D. ἐναντία αὐτῇ ῥέουσαι] Proclus ἐναντίαν. Sed ἐναντία dictum est adverbialiter.

παντελῶς λυταὶ οὐκ ἦσαν πλὴν ὑπὸ] Pro λυταί, quod et Ficinus habuit et de coniectura Stephani ex Par. A. restitutum

tum et perturbationum, quae ex sensuum perceptionibus oriuntur.

B. πολλοῦ γὰρ ὄντος τοῦ κατακλ.] quum enim magnus esset fluctus innundans atque effluens, qui alimentum praebebat (quum magna esset partium corpori vel accedentium vel decedentium vicissitudo), tum maiores etiam turbas ciebant ea, quae cuique extrinsecus accidebant παθήματα, quoties corpus alicuius igni incideret alieno extrinsecus obiecto, vel solidae terrae humidisque aquarum undationibus, vel si turbine ventorum ab aëre commotorum deprehenderetur, vel denique corporis affectiones ab his omnibus excitatae ad animam usque penetrarent. Itaque non tantum ipsius corporis naturae mutatio sed etiam sensuum perceptiones iudicantur tantum efficere in animis perturbationem et inconstantiam. Verba εἴτε ζάλῃ — καταληφθείη affert Etymol. Magn. p. 407. 34. qui legit φαινομένῃ pro φερομένων: unde Abreschius Animadverss. in Aeschyl. T. I. p. 331. scribendum coniecit φερομένῃ. Sed non opus mutatione. De εἴτε post ἢ illato dixerunt Lobeck. ad Aiac. v. 178. Iacobs ad Achill. Tat. p. 946. Matthiae Gr. Gr. §. 617. 6. p. 1477. Frequentius post εἴτε sequitur ἤ, de quo v. ad Phaedr. p. 277. D. Mox ὑπὸ τούτων πάντων cohaeret cum αἱ κινήσεις, quemadmodum Phaedon. p. 99. B. dicitur δίνη ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ, ubi v. annot. Ad rem ipsam denique pertinent illa in Philebo p. 34. A. τὸ δὲ ἐν ἑνὶ πάθει τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα κοινῇ γιγνομένην κοινῇ καὶ κινεῖσθαι, ταύτην δ' αὖ τὴν κίνησιν ὀνομάζων αἴσθησιν οὐκ ἀπὸ τρόπου φθέγγοιτ' ἄν. Ibid. p. 33. D. θὲς δὴ τῶν περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν ἑκάστοτε παθημάτων τὰ μὲν ἐν τῷ σώματι κατασβεννύμενα, πρὶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν διελθεῖν, ἀπαθῆ ἐκείνην ἐάσαντα, τὰ δὲ δι' ἀμφοῖν ἰόντα καί τινα ὥσπερ σεισμὸν ἐντιθέντα ἴδιόν τε καὶ κοινὸν ἑκατέρῳ.

πασαι κέκληνται. καὶ δὴ καὶ τότε ἐν τῷ παρόντι πλείστην καὶ μεγίστην παρεχόμεναι κίνησιν, μετὰ τοῦ ῥέοντος ἐνδελεχῶς ὀχετοῦ κινοῦσαι καὶ σφοδρῶς σείουσαι τὰς τῆς ψυχῆς περιόδους, τὴν μὲν ταὐτοῦ παντάπασιν ἐπέδησαν ἐναντία αὐτῇ ῥέουσαι, καὶ ἐπέσχον ἄρχουσαν καὶ ἰοῦσαν, τὴν δ' αὖ θατέρου διέσεισαν, ὥςτε τὰς τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου τρεῖς ἑκατέρας ἀποστάσεις καὶ τὰς τῶν ἡμιολίων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων μεσότητας καὶ ξυνδέσεις, ἐπειδὴ παντελῶς λυταὶ οὐκ ἦσαν πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος, πάσας D

est, vulgo immani errore legebatur αὖται. Pro πλὴν autem, quod debemus Par. AF. Vat. o. Flor. x., vett. editt. καὶ πρίν, errore et ipso insigni. Plurimi codd. καὶ πλήν, in quo καὶ redundat. Proclus: πλὴν τοῦ ὑποσυνδήσαντος.

D. μετὰ τοῦ ῥέοντος ἐνδελεχῶς ὀχετοῦ —] Sensuum perceptiones (αἱ αἰσθήσεις) una cum rivo illo continenter fluente dicuntur animae circuitus turbasse ac vehementer concussisse, ita quidem, ut τὴν ταὐτοῦ περίοδον omnino impedirent quippe contra eam fluentes, eoque modo eius imperium atque vim cohiberent, τὴν θατέρου περίοδον autem vehementer affligerent. Quo quid significetur, post ea, quae supra de hac re disputavimus, neminem latere poterit. v. ad p. 37. B. Quippe nihil aliud indicat philosophus, nisi hoc: Naturali illa corporis mutatione pariter atque sensuum perceptionibus turbatam esse aequabilem et constantem agitationem sive operationem quum intelligibilis tum sensilis animae partis.

ὥςτε τὰς τοῦ διπλασίου —] Memorabilis profecto hic locus est. Apparet enim hinc luculentissime, quid Plato voluerit harmonicis illis et arithmeticis rationibus significari, quas a summo deo narrat in condenda anima observatas fuisse. Quippe indicatur per eas haud dubie convenientia et aequabilitas animi virium, quae etiam in agitatione earum atque motu conspicua est, quamdiu corporis atque sensuum vis non est ea, ut illam tollat vel impediat: quod ipsum tamen efficitur animae cum corpore coniunctione. Ceterum Proclus p. 342. animadvertit τὰ λείμματα nunc appellari μεσότητας καὶ συνδέσεις. Quod quam recte ita statuatur, ex iis, quae supra explicata sunt, facile diiudicari poterit.

ἐπειδὴ παντελῶς λυταὶ οὐκ ἦσαν —] quandoquidem omnino non poterant dissolvi nisi ab eo, qui ipsas colligaverat. Dein πάσας στροφὰς στρέφεσθαι est omnibus flexibus circumagi; quae formula paullo aliter dicitur Euthydem. p. 302. B. De Rep. III. p. 405. C. ubi v. ann. Pro τῶν κύκλων expectabas τοῖς κύκλοις, quod ex ἐμποιεῖν esset suspensum. Sed genitivus aptus nexusque ex antecedentibus nominibus est, perinde ac si ποιεῖν vel ποιεῖ-

E μὲν στρέψαι στροφάς, πάσας δὲ κλάσεις καὶ διαφορὰς τῶν κύκλων ἐμποιεῖν, ὁσαχῇ περ ἦν δυνατόν, ὥςτε μετ᾽ ἀλλήλων μόγις ξυνεχομένας φέρεσθαι μέν, ἀλόγως δὲ φέρεσθαι, τοτὲ μὲν ἀντίας, ἄλλοτε δὲ πλαγίας, τοτὲ δ᾽ ὑπτίας, οἷον ὅταν τις ὕπτιος ἐρείσας τὴν κεφαλὴν μὲν ἐπὶ γῆς, τοὺς δὲ πόδας ἄνω προςβαλὼν ἔχῃ πρός τινι, τότε ἐν τούτῳ τῷ πάθει τοῦ τε πάσχοντος καὶ τῶν ὁρώντων τά τε δεξιὰ ἀριστερὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ δεξιὰ ἑκατέροις τὰ ἑκατέρων φαντάζεται. ταὐτὸν δὴ τοῦτο καὶ τοιαῦτα ἕτερα αἱ περι-
44 φοραὶ πάσχουσαι σφοδρῶς, ὅταν γέ τῳ τῶν ἔξωθεν τοῦ ταὐτοῦ γένους ἢ τοῦ θατέρου περιτύχωσι, τότε ταὐτόν τῳ καὶ θάτερόν του τἀναντία τῶν ἀληθῶν προςαγορεύουσαι ψευδεῖς καὶ ἀνόητοι γεγόνασιν, οὐδεμία τε ἐν αὐταῖς τότε περίοδος ἄρχουσα οὐδ᾽ ἡγε-

E. τοτὲ μὲν ἀντίας] Sic Vat. Θ. Vind. Paris. FSY. Ambr. s. x. Vat. cor. Ricard. septem Florr. et pr. Par. A. Vett. editt. ἐναντίας.

ἄλλοτε δὲ πλαγίας] Sic Par. A. Vat. o. Flor. x. Editt. omnes τοτὲ δὲ πλαγίας. Dein δ᾽ ante ὑπτίας accessit ex Par. AFSY. Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Ambr. s. x. Ricard. aliis.

ἄνω προςβαλὼν] Sic Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Vat. or. Flor. x. Vulgo erat προςβαλὼν ἄνω.

P. 44. ὅταν γέ τῳ τῶν ἔξωθεν] Par. A. τε, quod si verum est, respondebit proximo illi: ἂν δ᾽ αὖ ἔξωθεν, ubi tamen ille cum Vat. Θ. Par. F. Vat. o. Tub. Flor. x. scriptum habet αἷς δ᾽ ἂν ἔξωθεν αἰσθήσεις.

σθαι potius esset subiunctum. Eandem constructionem habes Sympos. p. 182. C. οὐ γάρ, οἶμαι, συμφέρει τοῖς ἄρχουσι φρονήματα μεγάλα ἐγγίγνεσθαι τῶν ἀρχομένων. De Rep. V. p. 464. D.

E. ταὐτὸν δὴ τοῦτο καὶ τοιαῦτα ἕτερα —] Hoc ipsum igitur atque alia similia dum circuitus vehementer patiuntur, quando in aliquid incidunt eorum, quae extrinsecus obiiciuntur, quod vel ταὐτὸν vel θάτερον sit, tum ταὐτόν τῳ et θάτερόν του contra quam verum est appellant atque ita falsi et insipientes existunt, nec ullus in ipsis est circuitus, qui imperium aut principatum teneat; sin autem sensuum quaedam perceptiones extrinsecus oblatae et incidentes abripiunt etiam totum animae complexum, tum vero hae, quamvis regantur, tamen imperare videntur. Tantam igitur oriri ait perturbationem animi virium, ut ταὐτὸν et θάτερον extrinsecus obiectum non amplius recte accurateque discernant, quin etiam

μών ἐστιν· ἂν δ' αὖ ἔξωθεν αἰσθήσεις τινὲς φερόμεναι καὶ προςπεσοῦσαι ξυνεπισπάσωνται καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἅπαν κύτος, τόθ' αὗται κρατούμεναι κρατεῖν δοκοῦσι. καὶ διὰ δὴ πάντα ταῦτα τὰ παθήματα νῦν κατ' ἀρχάς τε ἄνους ψυχὴ γίγνεται τὸ πρῶτον, ὅταν B
εἰς σῶμα ἐνδεθῇ θνητόν· ὅταν δὲ τὸ τῆς αὔξης καὶ τροφῆς ἔλαττον ἐπίῃ ῥεῦμα, πάλιν δὲ αἱ περίοδοι λαμβανόμεναι γαλήνης τὴν ἑαυτῶν ὁδὸν ἴωσι καὶ καθιστῶνται μᾶλλον ἐπιόντος τοῦ χρόνου, τότε ἤδη πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἰόντων σχῆμα ἑκάστων τῶν κύκλων αἱ περιφοραὶ κατευθυνόμεναι, τό τε θάτερον καὶ τὸ ταὐτὸν προςαγορεύουσαι κατ' ὀρθόν, ἔμφρονα τὸν ἔχοντα αὐτὰς γιγνόμενον ἀποτελοῦσιν. ἂν μὲν οὖν δὴ καὶ ξυνεπιλαμβάνηταί τις ὀρθὴ τροφὴ παιδεύσεως, C
ὁλόκληρος ὑγιής τε παντελῶς, τὴν μεγίστην ἀποφυ-

καὶ διὰ δὴ ταῦτα πάντα τὰ παθήματα] δὴ additum nuper ex Par. A. Vat. Θ. et plerisque aliis codd. Pro *ταῦτα πάντα*, quem ordinem verborum commendant Par. AF. Mon. Flor. β., olim scribebatur *πάντα ταῦτα.* Denique *παθήματα* pro vulg. *πάθη* praebuit Par. A.

κατ' ἀρχάς τε ἄνους] τε praeter fidem codd. vulgo erat omissum.

B. *ὅταν εἰς σῶμα ἐνδεθῇ θνητόν*] Sic Par. AF. Mon. Vat. υ. Tub. Flor. β. x. Vat. Θ. Ven. Σ. alii. Vett. editt. *σώματι ἐνδ. θνητῷ.*

C. *ὀρθὴ τροφὴ παιδεύσεως*] *ὀρθῇ τροφῇ* Vat. Θ. Vind. Par. SY. Mon. Ambr. s. x. Ricard. Vat. cor.

veritatis iudicium denique ad sensus redire videatur. *Κύτος*, receptaculum, hoc loco dicitur de eo, quo continentur universae animi vires, quemadmodum Legg. XII. p. 964. E. dicitur de corpore, in quo ratio et sensus habitant.

P. 44. *ἄνους ψυχὴ γίγνεται τὸ πρῶτον, ὅταν εἰς σ. ἐνδ.*] Phaedon. p. 79. C. Gorg. p. 493. A. Phaedr. p. 248. A. sqq. Legg. II. p. 672. B. al. Cicero Tusculan. I. 24, 58. non potuit animus haec in corpore inclusus agnoscere; cognita attulit: ex quo tam multarum rerum cognitionis admiratio tollitur neque ea plane videt animus, quum repente in tam insolitum tamque perturbatum domicilium immigravit, sed quum se collegit atque recreavit, tum agnoscit illa reminiscendo. Similia his iam Philolaus, Empedocles, alii, docuerant, de quibus v. ad Gorg. l. c. Wyttenb. ad Plut. De S. N. V. p. 135. Boeckh. Philol. p. 183 sq. et 185.

C. *ἂν μὲν οὖν δὴ ξυνεπιλάβηται —*] Ὀρθὴ τροφὴ

γὼν νόσον, γίγνεται· καταμελήσας δέ, χωλὴν τοῦ βίου διαπορευθεὶς ζωήν, ἀτελὴς καὶ ἀνόνητος εἰς Ἅιδου πάλιν ἔρχεται. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερά ποτε γίγνεται· περὶ δὲ τῶν νῦν προτεθέντων δεῖ διελθεῖν ἀκριβέστερον. τὰ δὲ πρὸ τούτων, περὶ σωμάτων κατὰ μέρη τῆς γενέσεως καὶ περὶ ψυχῆς, δι' ἅς τε αἰτίας καὶ προνοίας γέγονε θεῶν, τοῦ μάλιστα εἰκό-
D τος ἀντεχομένοις, οὕτω καὶ κατὰ ταῦτα πορευομένοις διεξιτέον.

ἀτελὴς καὶ ἀνόνητος] ἀνόητος Par. A. corr. F. Vat. ϑ ο. Flor. n. x. Proclus, probante Stephano.

δεῖ διελθεῖν ἀκρ.] δεῖ om. Vat. ο. Dein Par. A. supra versum τὰ δὴ πρὸ τ. quod recepit Bekker.

haud dubie illa ipsa est, ὅταν τὸ τῆς αὔξης καὶ τροφῆς ἔλαττον ἐπίῃ ῥεῦμα καὶ αἱ περίοδοι λαμβανόμεναι γαλήνης τὴν ἑαυτῶν ὁδὸν ἴωσι κ. τ. λ., qua homo redditur ἔμφρων. Ad hanc igitur quum παίδευσις accesserit, tum vero quis iudicatur integer esse plane atque sanus. Enimvero malo illi ut homines mederentur, a deo summo philosophia iis data est: de qua re v. Phaedon. p. 65. A. sqq. Reip. VI. p. 486. D. 511. C. Phaedr. p. 249. B sqq. Ex quo perspicuum est, quaenam παίδευσις maxime intelligatur. De v. ὁλόκληρος non poenitebit audivisse Wesselingium ad Petiti Legg. Attic. p. 170. ita commentantem: „Sacerdotes sorte lecti diligenter examinabantur, num corpore essent integri, puri ac puris progeniti, casti nec ullo scelere contaminati; quod ipsum etiam in sacerdote Iudaeo requirebatur, quem παντελῆ καὶ ὁλόκληρον esse oportebat, teste Philone libr. II. De monarch. p. 823. A.“ Hinc expendatur loci elegantia.

χωλὴν τοῦ βίου διαπορευθεὶς ζωήν] Quod Proclus pro ζωὴν habet ὁδόν, id ex glossemate fluxisse recte iudicavit Stephanus, qui opportune comparat Plutarch. Consolat. Apollon. p. 350. H. ἕως ἂν ἐκπλήσωσι τὸν ἐπικλωσθέντα τῆς ζωῆς βίον. Similiter Dio Chrysost. I. p. 412. ed. R. dixit βίου καὶ ζωῆς καὶ ξυμπάντων δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν. Phalarid. Epist. p. 172. τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, εἰ οἷόν τε, μακροτέρου βίου. Wyttenbachius ad Plutarchi Moral. Vol. VII. p. 107. „βίος et ζωή, inquit, differunt, ut βιοῦν et ζῆν: quod et Ammonius annotavit: hoc dicitur universe de tempore et duratione animantis; illud de tempore et actione animantis rationalis.“ Ammonius p. 30. Βίος ζωῆς διαφέρει· βίος μὲν ἐπὶ τῶν λογικῶν τάσσεται ζώων, τουτέστιν ἀνθρώπων μόνων, ζωὴ δὲ ἐπὶ ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων· ἐντεῦθεν Ἀριστοτέλης τὸν βίον ὡρίσατο οὕτως, βίος ἐστὶ λογικὴ ζωή· ὁ οὖν ἐπὶ τῶν θηρίων βίον τάσσων ἀκυρολογεῖ. ubi tamen vide Valckenarium p. 83, 33. locos quosdam bonorum Graecitatis auctorum afferentem, in quibus βίος etiam de brutis animanti-

Τὰς μὲν δὴ θείας περιόδους δύο οὔσας, τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα ἀπομιμησάμενοι περιφερὲς ὄν, εἰς σφαιροειδὲς σῶμα ἐνέδησαν, τοῦτο ὃ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν, ὃ θειότατόν τ' ἐστὶ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν πάντων δεσποτοῦν. ᾧ καὶ πᾶν τὸ σῶμα παρέδοσαν ὑπηρεσίαν αὐτῷ ξυναθροίσαντες θεοί, κατανοήσαντες, ὅτι πασῶν, ὅσαι κινήσεις ἔσοιντο, μετέχοι· ἵν' οὖν μὴ κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς ὕψη τε καὶ βάθη παντοδαπὰ

D. *Τὰς μὲν δὴ θείας περιόδους*] Pro δή, quod habent Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Vat. or. Flor. β. n. x., olim οὖν circumferebatur.

ὃ νῦν κεφαλὴν] V. ὃ δὴ νῦν. Sed δὴ om. optimi ac plurimi codices.

bus dicitur: cuiusmodi exempla congessit etiam Sallierius ad Thom. Mag. p. 153.

ἀτελὴς καὶ ἀνόητος εἰς Ἅιδου πάλιν ἔρχ.] Recte Proclus p. 347. explicat: οὐ δυνηθεὶς τελεώσασθαι τὸν ἑαυτοῦ νοῦν. Nam ἀνόητος nunc est, qui ipse nihil percepit utilitatis ideoque nec evasit ὁλόκληρος. Eo sensu Demosthenus De coron. p. 275. ed. R. πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀνόητόν με ποιῆσαι. Itaque errore natum, quod apud eundem Proclum et apud Simplic. ad Aristot. Phys. VI: p. 210. scriptum est ἀνόητον. Utrumque vocabulum quam frequenter a scribis sit permutatum, docebunt quae scripsit Schaefer. ad Lamb. Bos. Ell. p. 370. Phalarid. Epist. p. 234. et in Henr. Steph. Thes. Ling. Gr. c. 6757. B.

τὰ δὲ πρὸ τούτων — διεξιτέον] h. e. quae vero priora sunt, de corporum eorumque partium generatione et de anima, quibusnam de causis et quanam deorum providentia facta sint, ea ratione et eo modo progredientibus nobis est explicandum, ut verisimillimum sequamur. Nam οὕτω καὶ κατὰ ταῦτα pertinet ad verba proxime praecedentia: τοῦ μάλιστα εἰκότος ἀντεχομένοις. Disputatur autem deinceps primum de corporis humani fabrica. De qua re haec fere exponuntur. Dii inferiores, quibus mandatum erat, ut corpus humanum crearent, divinos illos animae circuitus, figuram ac speciem rerum universitatis imitantes, corpori rotundo, quod caput vocatur, indiderunt, ut videlicet haec pars corpori reliquo imperaret: quod ne locis terrae arduis aut declivibus offenderetur ac retardaretur, instrumenta, ei ad gradiendum, pedes, subiecerunt; quo factum est, ut corpus humanum speciem proceram manusque insuper acciperet, quibus in eundo ac procedendo adiuvaretur. Quibus ita expositis transitur ad descriptionem sensuum.

D. *ὑπηρεσίαν αὐτῷ ξυναθροίσαντες*] ministerium ei conciliantes. Mox ὄχημα τοῦτο est πᾶν τὸ σῶμα.

E ἐχούσης ἀπόροις τὰ μὲν ὑπερβαίνειν, ἔνθεν δὲ ἐκβαίνειν, ὄχημ' αὐτῷ τοῦτο καὶ εὐπορίαν ἔδοσαν. ὅθεν δὴ μῆκος τὸ σῶμα ἔσχεν, ἐκτατά τε κῶλα καὶ καμπτὰ ἔφυσε τέτταρα θεοῦ μηχανησαμένου πορεῖα, οἷς ἀντιλαμβανόμενον καὶ ἀπερειδόμενον διὰ πάντων τόπων πορεύεσθαι δυνατὸν γέγονε τὴν τοῦ θειοτάτου
45 καὶ ἱερωτάτου φέρον οἴκησιν ἐπάνωθεν ἡμῶν. σκέλη μὲν οὖν χεῖρές τε ταύτῃ καὶ διὰ ταῦτα προσέφυ πᾶσι· τοῦ δ' ὄπισθεν τὸ πρόσθεν τιμιώτερον καὶ ἀρχικώ-

E. *καμπτὰ ἔφυσε τέτταρα*] V. *καμπά*, quod libri tenent paucissimi. Dein vulgo *τέσσαρα*, invitis codd. Tum *πορεῖα* Mon. Flor. x. cum pr. Ven. Ξ. et corr. Σ. Inepte vett. editt. *πορείαν*.

P. 45. *προςέφυ πᾶσι*] Sic Par. A. Vett. editt. *πᾶσι προςέφυ*.

E. *μῆκος τὸ σῶμα ἔσχεν*] Μῆκος nunc de erecta corporis statura intelligendum. Dein *ἔφυσεν* est progeneravit, et quasi germinavit, siculi vitis palmites. Nisi forte hoc verbum e glossemate fluxisse statuas, quod nobis tamen veri non est simile. Tum pro vulg. *πορείαν* recte codd. *πορεῖα*, h. e. vehicula. v. Polluc. I. 83. III. 92. Etymol. Magn. et Suid. in voc. Denique *οἷς* refertur ad verbum remotius *ἀπερειδόμενον*, de quo loquendi genere v. ad Phaedon. p. 94. D. Frustra igitur *ὤν* coniectaveris.

P. 45. *σκέλη μὲν οὖν καὶ χεῖρες — προςέφυ*] De numero verbi singulari v. ad Sympos. p. 188. B. coll. Matthiae Gr. §. 303. Mox *ταύτῃ* est *εἰς τὸ πρόσθεν*, et *τὸ πολὺ τῆς πορείας* intelligitur *τὸ πλεῖστον τῆς πορείας*. Nam homini etiam regredi subinde concessum.

ὄργανα ἐνέδησαν τούτῳ πάσῃ τῇ τῆς ψυχῆς προνοίᾳ] h. e. quae inservirent universae animi providentiae. Istud *τούτῳ* referas ad *πρόςωπον*. Dein vide an cum Lindavio legendum sit *τῷ κατὰ φύσιν πρόσθεν*.

B. *τοιᾷδε ἐνδήσαντες αἰτίᾳ*] Sc. *τῷ σώματι* s. *τῷ προςώπῳ*, per hancce causam corpori illigantes. Declaratur autem deinceps visus causa et origo. Quae qualis sit, paucis accipe. Etenim Empedocles Agrigentinus, quem Plato, Zeno, ipseque Galenus secuti sunt, subtilissimam quandam statuebant de sensibus promanare materiam, quae rerum corporearum effluviis, qualia item volebant esse, quasi obviam iret, et cum iis confusa rursus per sensus ad animum deferretur. Quocirca etiam visum putabant ita oriri, ut ignea quaedam vis per oculos emissa cum tali item materia e rebus ipsis emanante tanquam in unum coiret atque deinde in animum reversa efficeret visionem. v. Empedoclis Fragmenta ed. Sturz. p. 416 sqq. et p. 350. Aristot. De sensu c. 2. p.

τερον νομίζοντες θεοὶ ταύτῃ τὸ πολὺ τῆς πορείας
ἡμῖν ἔδοσαν. ἔδει δὴ διωρισμένον ἔχειν καὶ ἀνόμοιον
τοῦ σώματος τὸ πρόσθεν ἄνθρωπον. διὸ πρῶτον
μὲν περὶ τὸ τῆς κεφαλῆς κύτος, ὑποθέντες αὐτόσε
τὸ πρόςωπον, ὄργανα ἐνέδησαν τούτῳ πάσῃ τῇ τῆς
ψυχῆς προνοίᾳ, καὶ διετάξαντο μέτοχον ἡγεμονίας B
τοῦτ' εἶναι τὸ κατὰ φύσιν πρόσθεν. τῶν δὲ ὀργάνων
πρῶτον μὲν φωςφόρα ξυνετεκτήναντο ὄμματα, τοιᾷδε
ἐνδήσαντες αἰτίᾳ. τοῦ πυρὸς ὅσον τὸ μὲν κάειν οὐκ
ἔσχε, τὸ δὲ παρέχειν φῶς ἥμερον, οἰκεῖον ἑκάστης

τοῦ σώματος τὸ πρόσθεν] Sic Par. A. Vat. o. Flor. x. Vett. editt. τὸ πρόσθεν τοῦ σώματος.

B. μέτοχον ἡγεμονίας] μετέχον Par. AF. Vat. Θ. Vind. alii.

437. b. Meteorolog. I. 6. De Anima c. 27. De generat. animal. V. 1. Diog. Laert. VII. 157 sqq. Plotin. Enn. IV. 1. 5. Plutarch. Quaestt. Natur. T. II. p. 916. C. De placit. philosoph. I. 15. IV. 13. Galen. De Hippocr. et Plat. Dogm. VII. 4. 5. 6. p. 215. T. V. ed. Chart. Id. De usu partium humani corporis p. 273 sq. Nemesius De nat. hom. VII. p. 180. ed. Matth. Euclides ap. Schneider. in Eclogg. Phys. T. II. p. 211. Theophrast. De sensib. p. 548 sqq. ed. Schneid. Stob. Eclogg. phys. I. 56. p. 1110. ed. Heeren. Apulei Apol. p. 456. Macrob. Saturn. VII. 14. Seneca Naturall. Quaest. I. 7. Plin. N. H. VII. 2 XXXVII. 3. Alcinous Doctrin. Plat. c. 18. Chalcid. in Tim. p. 329 sqq. = p. 367. ed. Fabric. denique ipse Plato De Rep. VI. p. 507 sq. Theaet. p. 156 sqq. Hanc sententiam etiam Gorgiae Leontino videri placuisse ad Menon. p. 76. C. monuimus. Priora verba ob oculos habuit Plutarchus De Fortuna p. 98. B. οὐκ ὄψις οὐδὲ ὄμματα φωςφόρα, φησὶν ὁ Πλάτων. ubi v. Wyttenbach. Animadverss. p. 670. Idem De facie lunae p. 928. B. ὥςπερ ὄμματα φωςφόρα τῷ προςώπῳ τοῦ παντὸς ἐνδεδεμένοι περιπολοῦσιν. Plotin. Enn. VI. 7. in. φόρα περὶ τὸ πρόςωπον ἔθηκεν ὄμματα, ad quem locum vide Creuzerum T. III. p. 377 sq. qui quod dubitat, num etiam apud Platonem antiquitus voc. πρόςωπον lectum fuerit, equidem illud sponte e superioribus intelligi existimo; unde factum est, ut qui hunc locum in suam rem adhibuerunt, illud de suo adiicerent. Ceterum laudat hunc locum etiam Stobaeus Eclogg. Phys. I. 55, 2. p. 1110. ed. Heeren. Pollux Onom. II. 63. p. 183. ed. Hemsterh. Alexander Aphrod. ad Aristot. de sensu p. 960. Prave editiones priores συνεκτήναντο, quod vitium prudenter sustulit Iungermannus ad Pollucem l. l.

οἰκεῖον ἑκάστης ἡμέρας] Vides ludere philosophum in vocabuli originatione, de qua conf. Cratyl. p. 116 sq.

ἡμέρας, σῶμα ἐμηχανήσαντο γίγνεσθαι. τὸ γὰρ ἐντὸς ἡμῶν ἀδελφὸν ὂν τούτου πῦρ εἰλικρινὲς ἐποίησαν διὰ
C τῶν ὀμμάτων ῥεῖν λεῖον, καὶ πυκνὸν ὅλον μέν, μάλιστα δὲ τὸ μέσον ξυμπιλήσαντες τῶν ὀμμάτων, ὥστε τὸ μὲν ἄλλο ὅσον παχύτερον στέγειν πᾶν, τὸ τοιοῦτον δὲ μόνον αὐτὸ καθαρὸν διηθεῖν. ὅταν οὖν μεθημερινὸν ᾖ φῶς περὶ τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότ' ἐκπῖπτον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον, ξυμπαγὲς γενόμενον, ἓν σῶμα οἰκειωθὲν ξυνέστη κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν, ὅπῃπερ ἂν ἀντερείδῃ τὸ προσπῖπτον ἔνδοθεν πρὸς ὃ τῶν ἔξωθεν ξυνέπεσεν. ὁμοιοπαθὲς δὴ δι' ὁμοιότητα πᾶν γενόμενον, ὅτου τε ἂν αὐτό ποτε

σῶμα ἐμηχανήσαντο] Par. A. sec. ὄμμα.

C. μεθημερινὸν ᾖ] V. μεσημερινόν, sine codicum suffragiis.

πρὸς ὃ τῶν ἔξωθεν ξυνέπεσεν] V. πρὸς ὃ τὸ ἔξω πρ. Recte Par. A. τῶν, et Flor. x. τῶν ἔξωθεν.

D. τούτων τὰς κινήσεις] Sic Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Vind. Par. FSY. Ambr. s. x. Tub. Florentini cum ed. Bas. 2. Vulgo τούτῳ.

τὸ γὰρ ἐντὸς ἡμῶν ἀδελφὸν ὂν] Depravatum puto istud γάρ, quod suspicor in δ' αὖ mutari oportere hoc sensu: vicissim vero eum, qui intus est in nobis, ignem, huic cognatum, sincerum iusserunt per oculos effluere lenem ctr. Proxima sic interpretamur: et totum quidem iusserunt promanare densum, ita tamen, ut maxime mediam oculorum partem compingerent, quae reliquum crassiorem omnem contineret neque effluere sineret, hunc autem solum purum transfunderet. Verbum στέγειν de vasis liquores continentibus usurpatum attigimus ad Gorg. p. 493. B. Usum verbi διηθεῖν, percolare; illustravit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 84. Legitur illud in hoc ipso opere etiam p. 59. B. E. p. 60. B. p. 66. E. p. 82. D. Pronomen αὐτὸ cum καθαρὸν connectas, quemadmodum alibi dicitur καθαρὸν μόνον, veluti Politic. p. 268. C. ἕως ἂν — καθαρὸν μόνον αὐτὸν ἀποφήνωμεν.

C. ξυμπαγὲς γενόμενον] Alexander Aphrodis. l. c. legit ξυμπαθές, quod facile alicui placuerit ob sequens illud ὁμοιοπαθές. Nec tamen librorum scriptura mutanda, quam unice veram esse vel proxima testantur: ἓν σῶμα οἰκειωθὲν ξυνέστη. — κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν, secundum oculorum directionem. De Rep. IV. p. 436. E. ὅταν τὴν εὐθυωρίαν εἰς δεξιὰ ἐγκλίνῃ. Mox vulgo legitur πρὸς ὃ τὸ ἔξω ξυνέπεσεν: quod ferri nullo modo potest. Aut igitur corrigendum: πρὸς τὸ ὃ ἔξω προσέπεσεν,

ἐφάπτηται καὶ ὃ ἂν ἄλλο ἐκείνου, τούτων τὰς κινή- D σεις διαδιδὸν εἰς ἅπαν τὸ σῶμα μέχρι τῆς ψυχῆς αἴσθησιν παρέσχετο ταύτην, ᾗ δὴ ὁρᾶν φαμέν. ἀπελθόντος δὲ εἰς νύκτα τοῦ ξυγγενοῦς πυρὸς ἀποτέτμηται· πρὸς γὰρ ἀνόμοιον ἐξιὸν ἀλλοιοῦταί τε αὐτὸ καὶ κατασβέννυται, ξυμφυὲς οὐκέτι τῷ πλησίον ἀέρι γιγνόμενον, ἅτε πῦρ οὐκ ἔχοντι. παύεταί τε οὖν ὁρῶν, ἔτι τε ἐπαγωγὸν γίγνεται ὕπνου· σωτηρίαν γὰρ ἣν οἱ θεοὶ τῆς ὄψεως ἐμηχανήσαντο, τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν, ὅταν ταῦτα ξυμμύσῃ, καθείργνυσι τὴν E τοῦ πυρὸς ἐντὸς δύναμιν, ἡ δὲ διαχεῖ τε καὶ ὁμαλύνει τὰς ἐντὸς κινήσεις, ὁμαλυνθεισῶν δὲ ἡσυχία γί-

E. ἐντὸς δύναμιν] Sic optimi. Legebatur ἔνδον.

διαχεῖ τε καὶ ὁμ.] V. διαχεῖται καὶ ὁμ. quod ex Par. A S Y. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Ambr. s. x. Ric. Vat. gro. Flor. a. c. b. β n. x. emendatum. Verum iam Steph. perspexit.

παύεταί τε οὖν — ἔτι τε] V. bis δέ, quod ex Par. A. Vat. Θ. et aliis plurimis emendatum.

ἣν οἱ θεοὶ τῆς ὄψεως ἐμ.] Vett. editt. ante τῆς ὄψεως interponunt ἕνεκα, quod recte cum Par. A. delevit Bekker.

aut ex codice Florentino quodam reponendum: πρὸς ὃ ἔξωθεν πρ., aut denique τὸ cum Bekkero ex cod. A. in τῶν mutandum. Ex quibus cur postremum amplexi simus, exponere non opus erit.

D. ἀπελθόντος δὲ εἰς νύκτα —] Sc. τὸ ἐντὸς ἡμῶν πῦρ. Miti illa diei luce non amplius manante etiam oculorum effluvium intercluditur, propterea quod lucis materia ex ipsis proficiscens iam non cognatam extrinsecus materiam attingit ideoque et ipsa mutatur atque exstinguitur. Quo ipso nocturnus adducitur somnus. Adversatur huic Platonis sententiae Aristoteles De sensu c. 2. τὸ δὲ ἀποσβέννυσθαι φάναι ἐν τῷ σκότει ἐξιοῦσαν (τὴν ὄψιν) ὥσπερ ὁ Τίμαιος λέγει, κενόν ἐστι παντελῶς. τίς γὰρ ἀπόσβεσις φωτός ἐστιν; σβέννυται γὰρ ἐν ὑγρῷ ἢ ψυχρῷ τὸ θερμὸν ἢ ξηρόν. Ipsius Stagiritae sententiam cognoscas maxime e libro De somno, vigilia, et insomniis. Mox τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν per periphrasin dictum pro τὰ βλέφαρα, de quo loquendi genere nolumus iterare quae nuper in repetita editione Symposii ad p. 191. A. exposuimus. Tum recte καθείργνυσι, h. e. includit; v. Lobeck. ad Aiac. v. 753. p. 338 sq. ed. 2. Ad quod verbum referendum est ἐντὸς paullo liberius inter articulum atque nomen collocatum: qua ratione offensus Astius legendum proposuit τοῦ πυρὸς τοῦ ἐντός. Similiter Sophocl. Oed. Col. v. 1089. σθένει ἐπὶ νικείῳ τὸν εὔαγρον τελειῶσαι λόχον, h. e. τὸν λόχον τελειῶσαι εὐάγρους.

E. ἡ δὲ διαχεῖ τε καὶ ὁμαλύνει] Int. ἡ τῶν βλε-

γνεται, γενομένης δὲ πολλῆς μὲν ἡσυχίας βραχυόνειρος ὕπνος ἐμπίπτει, καταλειφθεισῶν δέ τινων κινήσεων μειζόνων, οἷαι καὶ ἐν οἵοις ἂν τόποις λείπωνται,
46 τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παρέσχοντο ἀφομοιωθέντα ἐντὸς ἔξω τε ἐγερθεῖσιν ἀπομνημονευόμενα φαντάσματα. τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιίαν, καὶ πάντα, ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα, κατιδεῖν οὐδὲν ἔτι χαλεπόν· ἐκ γὰρ τῆς ἐντὸς ἐκτός τε τοῦ πυρὸς ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις, ἑνός τε αὖ περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γενομένου καὶ πολλαχῇ μεταῤῥυθμι-

P. 46. παρέσχοντο ἀφομοιωθέντα] V. παρέσχετο. Pluralem exhibuerunt Par. AF. Vat. ϱ. Flor. x. Quamquam de Par. A. Bastius aliud quid narrat.

ἐντὸς ἐκτός τε] V. ἐκτὸς ἐντός τε. Illud debetur Par. AFV. Vat. Θ. Mon. Vat. ϱr. Flor. x.

φάρων φύσις. Verbum ὁμαλύνειν et ὁμαλίζειν proprie est planum et aequabile reddere, quod nunc eleganter dicitur de sedandis et tranquillandis motibus interioribus igneae materiae manatione effectis. Tum βραχυόνειρος ὕπνος est, qui cum paucis coniunctus insomniis est, ideoque lenis et placidus.

P. 46. τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παρέσχοντο —] talia ac tot exhibent visa intus ad similitudinem (rerum extrinsecus obiectarum) efficta, et extra nobis expergefactis in memoriam revocata. Theaet. p. 157 sqq. ubi inter alia: λείπεται δὲ ἐνυπνίων τε πέρι καὶ νόσων καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τε παρακούειν ἢ παρορᾶν ἢ ἄλλο τι παραισθάνεσθαι λέγεται κ. τ. λ. Ceterum de somno similiter sensit Empedocles, qui teste personato Plutarcho De placit. philosoph. 5, 24 sq. somnum statuit evenire moderata caloris, qui sit in sanguine, refrigeratione atque naturae igneae secretione. Istud παρέσχετο, aoristus, dictum ut antea sect. D. αἴσθησιν παρέσχετο ταύτην. v. ad Phaedon. p. 73. D. Symp. p. 188. B.

τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων —] Copiose de his exposuit Chalcidius in Tim. p. 333 sq. = p. 365. ed. Fabric. brevius rem tractavit Alcinous Doctrin. Platon. §. 18. p. 498. = p. 107. ed. Fischer. ad cuius verba Iacobus Carpentarius: „Quanquam non omnes, inquit, hanc rationem eorum, quae in speculis apparent, admittunt, sed, ut ait Seneca Natur. Quaest. I. 5., omnino de illis duae opiniones sunt. Alii enim in iis simulacra cerni putant, i. e. corporum nostrorum figuras a nostris corporibus per aërem sparsas et in illis exceptas. Alii cum Platone aiunt nullas re vera imagines in speculo esse, quemadmodum neque in iride colores, sed ipsa adspici corpora, ocu-

σθέντος, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνεται, B
τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς τῷ περὶ τὴν ὄψιν πυρὶ περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν ξυμπαγοῦς γιγνομένου. δεξιὰ δὲ φαντάζεται τὰ ἀριστερά, ὅτι τοῖς ἐναντίοις μέρεσι τῆς ὄψεως περὶ τἀναντία μέρη γίγνεται ἐπαφὴ παρὰ τὸ καθεστὸς ἔθος τῆς προσβολῆς· δεξιὰ δὲ τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ ἀριστερὰ τοὐναντίον, ὅταν
μεταπέσῃ ξυμπηγνύμενον ᾧ ξυμπήγνυται φῶς· τοῦτο C
δέ, ὅταν ἡ τῶν κατόπτρων λειότης, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὕψη λαβοῦσα, τὸ δεξιὸν εἰς τὸ ἀριστερὸν μέρος ἀπώσῃ

πολλαχῇ μεταῤῥυθμισθέντος] Sic Par. A. Vat. Θ. Υ. Ven. ΞΣ. Vind. Mon. Ricard. Vat. egro. alii. In Ald. Bas. 1. 2. est μεταριθμηθεντος. Steph. μεταῤῥυθμηθέντος. Verum pervidit Cornarius Eclogg. VIII. p. 105.

B. ξυμπαγοῦς γιγνομένου] Sic Vat. o. et corr. Ven. Σ. cum Flor. x. Vett. editt. ξυμπαγεῖ γιγνομένῳ.

lorum acie retorta et in se rursus reflexa. Quam sententiam sequitur Alexander. Problemat. 129. lib. I." Attigit hunc locum etiam Aristotel. Meteorol. III. c. 4., ubi v. Ideler. — πολλαχῇ μεταῤῥυθμισθέντος, variam intelligit lucis reflexionem vel refractionem, quam vulgo appellare solent. Quocirca Alcinous l. c. ἀνακλάσεις memorat, de cuius vocis in physicis usu dixit I. Gottl. Schneider, Saxo, ad Eclog. Physic. II. p. 243 sq. et p. 210. ubi doctissime agitur de κατόπτροις et ἐνόπτροις veterum. Dein quod τὸ περὶ τὸ πρόσωπον πῦρ opponitur τῷ περὶ τὴν ὄψιν πυρί, optime vidit Schneiderus l. c. p. 210. ὄψιν esse quod nos vocamus der Sehestrahl. Sed omnino digna sunt comparatione quae vir doctus ex veteribus scriptoribus de hac re collegit Vol. I. p. 381 sqq. unde apposuisse iuvabit primum illa de effectu planorum speculorum ex Euclide De Optic. p. 393.; ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐνόπτροις τὰ δεξιὰ ἀριστερὰ φαίνεται καὶ τὰ ἀριστερὰ δεξιά, καὶ τὸ εἴδωλον ἴσον τῷ ὁρωμένῳ, καὶ τὸ ἀπόστημα τὸ ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρου ἴσον ἐστίν: deinde haec de speculis convexis: ἐν τοῖς κυρτοῖς ἐνόπτροις τὰ ἀριστερὰ δεξιὰ φαίνεται καὶ τὰ δεξιὰ ἀριστερά· καὶ τὸ ἀπόστημα ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρου τὸ εἴδωλον ἔλασσον ἔχει; denique quae theor. 29. de speculis concavis docentur: ἐὰν δ' ἔξω τῆς διαμέτρου τεθῇ τὰ ὄμματα, τὰ δεξιὰ φαίνεται δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ ἀριστερά, καὶ τὸ εἴδωλον ἔλασσον τοῦ προσώπου, καὶ ἐν τῷ ἀνὰ μέσον τοῦ προσώπου καὶ τοῦ ἐνόπτρου.

C. τοῦτο δέ, ὅταν ἡ τῶν κατόπτρων —] Euclides l. c. theor. 7. sqq. τὰ ὕψη καὶ τὰ βάθη ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἐνόπτρων ἀνεστραμμένα φαίνεται. Τὰ ὕψη καὶ τὰ βάθη ἀπὸ τῶν κυρτῶν ἐνόπτρων ἀνεστραμμένα φαίνεται. Τὰ πλάγια μήκη ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἐνόπτρων ὡς τῇ ἀληθείᾳ ἔχει, οὕτω καὶ φαίνεται.

τῆς ὄψεως καὶ θάτερον ἐπὶ θάτερον. κατὰ δὲ τὸ μῆκος στραφὲν τοῦ προσώπου ταὐτὸν τοῦτο ὕπτιον ἐποίησε πᾶν φαίνεσθαι, τὸ κάτω πρὸς τὸ ἄνω τῆς αὐγῆς τό τ' ἄνω πρὸς τὸ κάτω πάλιν ἀπῶσαν.

Ταῦτ' οὖν πάντ' ἔστι τῶν ξυναιτίων, οἷς θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται τὴν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν
D ἰδέαν ἀποτελῶν· δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων οὐ ξυναίτια ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα πηγνύντα τε καὶ διαχέοντα καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπεργαζόμενα. λόγον δὲ οὐδένα οὐδὲ νοῦν εἰς οὐδὲν δυνατὰ ἔχειν ἐστί. τῶν γὰρ ὄντων ᾧ νοῦν μόνῳ κτᾶσθαι προσήκει, λεκτέον ψυχήν· τοῦτο δὲ ἀόρατον, πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀὴρ σώματα πάντα ὁρατὰ γέγονε. τὸν δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἐραστὴν ἀνάγκη τὰς τῆς ἔμφρονος φύσεως αἰτίας πρώ-

D. καὶ γῆ καὶ ἀὴρ] Sic Par. A. Vulg. καὶ ἀὴρ καὶ γῆ.
E. ποιητέον δὴ κατὰ ταῦτα] V. ποιητέον. καὶ δὴ κατὰ ταῦτα καὶ ἡμῖν λεκτέα μὲν κ. τ. λ. quod emendatum ex Par. A F S. Vat. Θ. Ven. Σ. Ambr. s. x. Ricard. Vat. ϱ o. Flor. a. o. x.
τὰ τῶν αἰτιῶν γ.] V. αἰτίων, adversantibus Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Par. F S. Ambr. s x. Ricard. Vat. ϱ.

Τὰ ὕψη καὶ τὰ βάθη ἀπὸ τῶν κοίλων ἐνόπτρων ὅσα μέν ἐστιν ἐντὸς τῆς συμπτώσεως τῶν ὄψεων, ἀνεστραμμένα φαίνεται, καθάπερ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις καὶ κυρτοῖς ἐνόπτροις, ὅσα δ' ἐστὶν ἐκτὸς τῆς συμπτώσεως, καθάπερ ἐστί, καὶ φαίνεται.

Ταῦτ' οὖν πάντ' ἔστι τῶν ξυναιτίων] Quae adhuc explicata sunt de visus natura et usu, ea ad ξυναίτια referenda esse censet; multo maiorem autem ait esse eius utilitatem, siquidem deus illum nobis largitus sit eo maxime consilio, ut cognita rerum universitate atque variis tempestatum vicissitudinibus observatis ad philosophiam perveniremus atque naturae ordinem nostra ipsorum vita imitaremur et veluti exprimeremus. Idem indicari oportere ait de lingua et auditu, quandoquidem et linguae usus et harmoniae sonorum perceptio plurimum valeant ad sedandas atque compescendas animi perturbationes, quae pulcerrimum illum virtutis et honestatis concentum perpetuo turbare soleant. Praeclara profecto haec est de vera sensuum humanorum causa et utilitate Platonis sententia. Memorat hunc locum Simplic. ad Arist. Phys. I. p. 57.

D. δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων] Phaedon. p. 99. A. ἀλλ' αἴτια μὲν τὰ τοιαῦτα καλεῖν λίαν ἄτοπον· εἰ δέ τις

τας μεταδιώκειν, ὅσαι δὲ ὑπ' ἄλλων μὲν κινουμένων, E
ἕτερα δ' ἐξ ἀνάγκης κινούντων γίγνονται, δευτέρας. ποιητέον δὴ κατὰ ταῦτα καὶ ἡμῖν· λεκτέα μὲν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτιῶν γένη, χωρὶς δὲ ὅσαι μετὰ νοῦ καλῶν καὶ ἀγαθῶν δημιουργοὶ καὶ ὅσαι μονωθεῖσαι φρονήσεως τὸ τυχὸν ἄτακτον ἑκάστοτε ἐξεργάζονται. τὰ μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων ξυμμεταίτια πρὸς τὸ σχεῖν τὴν δύναμιν ἣν νῦν εἴληχεν εἰρήσθω· τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, δι' ὃ θεὸς αὔθ' ἡμῖν δεδώρηται, μετὰ τοῦτο ῥητέον. ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν 47
λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἄν ποτε ἐῤῥήθη μήτε ἄστρα μήτε ἥλιον μήτ' οὐρανὸν ἰδόντων. νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμόν, χρόνου δὲ ἔννοιαν περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως

θεὸς αὔθ' ἡμῖν δ.] *αὔθ'* Ven. Σ Ξ. *αὐτὰ* Par. S. Ambr. s. Ricard. In vett. editt. vitiose scribitur *αὖθ'*. Flor. β'. *ταῦθ'*.

P. 47. *περί τε τῆς τοῦ παντὸς φ.*] *τῆς* om. Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Paris. FSY. Ambr. s. x. alii. In Par. S. Ambr. s. etiam *φύσεως* abest.

λέγοι, ὅτι ἄνευ τοῦ τὰ τοιαῦτα ἔχειν — οὐκ ἂν οἷόν τ' ἦν ποιεῖν τὰ δόξαντά μοι, ἀληθῆ ἂν λέγοι· — τὸ γὰρ μὴ διελέσθαι οἷόν τ' εἶναι, ὅτι ἄλλο μέν τί ἐστι τὸ αἴτιον τῷ ὄντι, ἄλλο δ' ἐκεῖνο, ἄνευ οὗ τὸ αἴτιον οὐκ ἄν ποτ' εἴη αἴτιον, ὃ δή μοι φαίνονται ψηλαφῶντες οἱ πολλοὶ ὥσπερ ἐν σκότει ἀλλοτρίῳ ὀνόματι προςχρώμενοι ὡς αἴτιον αὐτὸ προςαγορεύειν. κ. τ. λ. Totus enim ille locus, ubi de Anaxagora sermo est, ad praesentem materiam vel maxime pertinet. Mox ad *δυνατὰ ἔχειν ἐστίν* intell. *αὐτά*. Enimvero illis ipsis rebus *λόγον καὶ νοῦν* abiudicat, quippe qui uni *ψυχῇ* proprius sit. Quocirca etiam intelligentiae ac sapientiae amatorem decere arbitratur ante omnia causas *τῆς ἔμφρονος φύσεως* indagare easque primarias esse sibi persuadere.

E. *τὰ μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων* —] Haec igitur de causis adiuvantibus, sive secundariis, ut eam haberent vim, quam nunc acceperunt, dicta sunto.

P. 47. *μήτε ἄστρα — ἰδόντων*] si nec sidera nec solem nec coelum conspexissemus. Sed in genitivo *ἰδόντων* inest notio personae indefinitae: quod monendum putamus, ne quis subiecti mentionem desideret. — *μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμόν*, v. p. 37. E sqq. p. 38. C.

B ζήτησιν ἔδοσαν· ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. λέγω δὴ τοῦτο ὀμμάτων μέγιστον ἀγαθόν· τἆλλα δέ, ὅσα ἐλάττω, τί ἂν ὑμνοῖμεν; ὧν ὁ μὴ φιλόσοφος τυφλωθεὶς ὀδυρόμενος ἂν θρηνοῖ μάτην. ἀλλὰ τοῦτο λεγέσθω παρ' ἡμῶν, αὐτῇ ἐπὶ ταύτῃ αἰτίᾳ θεὸν ἡμῖν ἀνευρεῖν δωρήσασθαί τε ὄψιν, ἵνα τὰς ἐν οὐρανῷ τοῦ νοῦ κατιδόντες περιόδους χρησαίμεθα ἐπὶ τὰς περιφορὰς
C τὰς τῆς παρ' ἡμῖν διανοήσεως, ξυγγενεῖς ἐκείναις οὔ-

B. *αὐτῇ ἐπὶ ταύτῃ αἰτίᾳ θ.*] hanc ipsam ob caussam. Vett. editt. *αὐτὰ ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ*. Par. A. Vat. d. *αὕτη ἐπὶ ταῦτα αἰτία*, quod recepit Bekkerus commate post *αἰτία* interposito. Flor. B. Mon. et corr. Ven. Σ. *αὖ τῇ ἐπὶ ταῦτα αἰτία*. Flor. a. b. c. n. o. Vat. Θ. Vind. Par. Y. Ambr. x. Ricard. Vat. e. *αὖ τῇ ἐπὶ ταύτῃ αἰτίᾳ*. Unde nostram effinximus lectionem.

τοῦ νοῦ κατιδόντες περιόδους] *κατιδόντες τοῦ νοῦ* Vind. Vat. r. Flor. b. n. quos sequutus est Bekkerus.

φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν —] Cicero De Univ. 44. Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus, quo bono nullum optabilius, nullum praestantius neque datum est mortalium generi concessu deorum atque munere, neque dabitur. Tusc. I. 26, 64. Philosophia omnium mater artium, donum et inventum deorum. De Legg. I. 22. Academ. I. 2, 8. ubi v. intpp. conf. Phaedr. p. 276. B. E. Erast. p. 134. E.

B. *τί ἂν ὑμνοῖμεν; ὧν ὁ μὴ φιλόσοφος —*] Ὑμνεῖν ut Lat. decantare dicitur pro referre, enarrare, commemorare, maximeque usurpatur de rebus crebro vel laudatis vel reprehensis; v. Ruhnken. ad Tim. p. 262 sq. Respicitur autem ad versum Eurip. Phoeniss. v. 1775. *ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα θρηνῶ καὶ μάτην ὀδύρομαι;* Verbum *τυφλωθεὶς* genitivo iunctum sicuti *τυφλὸς* apud Xenophontem Sympos. IV. 12. *τυφλὸς δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων μᾶλλον ἂν δεξαίμην εἶναι ἢ ἐκείνου ἑνὸς ὄντος*, h. e. coecitate privatus esse malim.

ἵνα τὰς ἐν οὐρανῷ κατιδόντες —] Orbes coeli, quorum alter est *τοῦ ταὐτοῦ*, alter *τοῦ θατέρου*, agitationi partis animae sensilis atque intelligibilis (*ταῖς περιφοραῖς τῆς παρ' ἡμῖν διανοήσεως*) exemplo ait esse debere, ne videlicet constantia eius et aequabilitas vi corporis atque sensuum perturbetur. Itaque philosophus considerationem cognitionemque rerum coelestium atque naturae ad vitam sapienter honesteque regendam moderandamque necessariam esse iudicavit. Quae sententia postea etiam Stoicis placuit, de quibus docte disseruit Car. Beierus ad Cicer. De Offic. Excurs. VIII. p. 325 sq. Ante Platonis aetatem iam

σας, ἀταράκτοις τεταραγμένας, ἐκμαθόντες δὲ καὶ λογισμῶν κατὰ φύσιν ὀρθότητος μετασχόντες, μιμούμενοι τὰς τοῦ θεοῦ πάντως ἀπλανεῖς οὔσας τὰς ἐν ἡμῖν πεπλανημένας καταστησαίμεθα. Φωνῆς τε δὴ καὶ ἀκοῆς πέρι πάλιν ὁ αὐτὸς λόγος, ἐπὶ ταὐτὰ τῶν αὐτῶν ἕνεκα παρὰ θεῶν δεδωρῆσθαι. λόγος τε γὰρ ἐπ' αὐτὰ ταῦτα τέτακται, μεγίστην ξυμβαλλόμενος εἰς αὐτὰ μοῖραν, ὅσον τ' αὖ μουσικῆς φωνῆς χρήσιμον, πρὸς ἀκοὴν ἕνεκα ἁρμονίας ἐστὶ δοθέν· ἡ δὲ ἁρμονία, ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς D

C. καὶ λογισμῶν κατὰ φ.] Par. A. Mon. Vat. bo. et ex corr. Flor. B. Par. S. Legebatur λογισμόν, quod iam Steph. vidit in λογισμοῦ vel λογισμῶν mutari oportere.

ἐπὶ ταὐτὰ τῶν αὐτῶν] V. ταῦτα. Recte Par. A. Flor. B. et corr. Ven. Σ. ταὐτά.

μεγίστην ξυμβαλλόμενος] V. ξυμβαλόμενος, invitis codd. tantum non omnibus.

Pythagoras ita sensit, cuius auctoritate confisus Cato apud Ciceronem De senect. 21, 5. statuit deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur, quique coelestium ordinem contemplantes imitarentur eum vitae modo atque constantia. conf. etiam quae de hac veterum philosophorum sententia exposuit Wyttenbach. ad Plutarch. De S. N. V. p. 28 sq. et ipsum Platonem infra p. 88.

C. Φωνῆς τε δὴ καὶ ἀκοῆς πέρι —] Hunc locum vel expresserunt imitatione vel etiam integrum recitarunt et illustrarunt Theo Smyrn. Mathemat. p. 12 sq. ed. Bulliald. Philo De Victim. Offer. p. 859. E. ed. Mangey. Plutarch. De superst. p. 167. B. ubi v. Wyttenb. p. 1013. Aristid. Quint. De musica I. p. 2 sq. Dio Chrysost. Orat. XXXII. p. 378. D.

λόγος τε γὰρ ἐπ' αὐτὰ ταῦτα τέτακται] De hac loquendi formula paucis monuit Lobeck. ad Phrynich. p. 475.

D. ἡ δὲ ἁρμονία — ὑπὸ Μουσῶν δέδοται] Harmoniam, utpote cognatos habentem motus nostris animi conversionibus, ei, qui cum Musis sapienter conversetur, utilem esse vult ad circuitum animi nostri, si quando inconcinnus exstiterit, ordinandum atque iustis modis temperandum. Quod decretum prorsus convenit cum Reip. VII. p. 531. C. ubi musica valere dicitur εἰς τὴν τοῦ καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ ζήτησιν. conf. ibid. IV. p. 403. C. 402. D. p. 412. A. VI. p. 494. B. infra p. 87. D. Similiter constat sensisse Pythagoreos, qui musicam putabant plurimum valere ad sedandas animi perturbationes et ad ἐπανόρθωσιν ψυχῆς. v. Iamblich. Vit. Pyth.

ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προςχρωμένῳ Μούσαις οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν, εἶναι δοκεῖ χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοστον ψυχῆς περίοδον εἰς κατακόσμησιν καὶ συμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος ὑπὸ Μουσῶν δέδοται· καὶ ῥυθμὸς
E αὖ διὰ τὴν ἄμετρον ἐν ἡμῖν καὶ χαρίτων ἐπιδεᾶ γιγνομένην ἐν τοῖς πλείστοις ἕξιν ἐπίκουρος ἐπὶ ταὐτὰ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐδόθη.

Τὰ μὲν οὖν παρεληλυθότα τῶν εἰρημένων, πλὴν βραχέων, ἐπιδέδεικται τὰ διὰ νοῦ δεδημιουργημένα· δεῖ δὲ καὶ τὰ δι' ἀνάγκης γιγνόμενα τῷ λόγῳ παρα-
48 θέσθαι. μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συστάσεως ἐγεννήθη·

E. ἐπὶ ταὐτὰ ὑπὸ τ. α.] Sic scripsi ex Par. A. Editt. omnes ταῦτα.

P. 48. κατὰ ταὐτά τε] Sic Par. A. Vett. editt. κατὰ ταὐτά, omisso τε.

κατὰ ταῦτα ὄντως ἐρεῖ] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. Σ.

c. 25. 29. Plutarch. De virt. mor. p. 441. E. Seneca De ira III. 9. Porphyr. Vit. Pyth. 30. Cicero Tusc. IV. 2. Quintil. Instit. Orr. I. 10. IX. 4. De musices ad voluptatem abusu conf. De Rep. III. p. 411. A. sqq. VII. p. 530 sqq. Legg. II. p. 266 sqq. al.

καὶ ῥυθμὸς αὖ διὰ τὴν — ἐδόθη] Protagor. p. 326. B. πᾶς ὁ βίος εὐρυθμίας τε καὶ εὐαρμοστίας δεῖται. conf. De Rep. III. p. 399. E. sqq.

E. Τὰ μὲν οὖν παρεληλυθότα —] Nondum explicata adhuc est elementorum natura et origo. Itaque Timaeus nunc accedit ad contemplandam primitivam materiam atque elementorum ex ea procreationem. Quae mentis vi sunt effecta, inquit, ea hactenus consideravimus; sequitur nunc, ut videamus de iis, quorum causa est necessitas. Est enim hic mundus a mente et necessitate profectus atque ita procreatus, ut necessitas mentis imperio concesserit. Itaque de hac necessitate, hoc est de causa rationis mentisque experte, deque materia rerum et elementorum natura atque origine, disputemus. Infra p. 68. E. χρὴ δύο αἰτίας εἴδη διορίζεσθαι, τὸ μὲν ἀναγκαῖον, τὸ δὲ θεῖον. Similiter nec tamen prorsus eodem modo ἀνάγκη sensu physico dicitur apud Xenoph. Mem. I. I, 11.

τῷ λόγῳ παραθέσθαι] h. e. ea, quam instituimus disputatione, adiicere atque persequi. v. ad Reip. II. p. 361. B. Aliter dictum illud Sophocl. Oed. Col. v. 334. λόγῳ σκοποῦσι τὴν πάλαι γένους φθοράν, οἷα κατέσχε τὸν σὸν ἄθλιον δόμον. ubi quae alia

νοῦ δὲ ἀνάγκης ἄρχοντος τῷ πείθειν αὐτὴν τῶν γιγνομένων τὰ πλεῖστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταῦτά τε δι' ἀνάγκης ἡττωμένης ὑπὸ πειθοῦς ἔμφρονος οὕτω κατ' ἀρχὰς ξυνίστατο τόδε τὸ πᾶν. εἴ τις οὖν ᾗ γέγονε, κατὰ ταῦτα ὄντως ἐρεῖ, μικτέον καὶ τὸ τῆς πλανωμένης εἶδος αἰτίας, ᾗ φέρειν πέφυκεν. ὧδε οὖν πάλιν ἀναχωρητέον, καὶ λαβοῦσιν αὐτῶν τούτων προςήκουσαν ἀρχὴν ἑτέραν αὖθις αὖ, καθάπερ περὶ τῶν τότε, νῦν οὕτω περὶ τούτων πάλιν ἀρκτέον ἀπ' ἀρχῆς. τὴν δὴ πρὸ τῆς οὐρανοῦ γενέσεως πυρὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς φύσιν θεατέον αὐτὴν καὶ τὰ πρὸ τούτου πάθη. νῦν γὰρ οὐδείς πω γένεσιν αὐτῶν μεμήνυκεν, ἀλλ' ὡς εἰδόσι πῦρ ὅ τί ποτε ἔστι καὶ ἕκαστον αὐτῶν λέγομεν ἀρ- B

Flor. β. x. Vulgo κατὰ ταῦτά.

ᾗ φέρειν πέφυκεν] Vulgo οἷ scribebatur. Recte ᾗ Par. AFS. Vat. Θ. Vind. Ambr. s. x. Ricard. Vat. cr. Tub. Flor. a. b. o.

B. τὴν δὴ πρὸ τῆς] V. δέ, praeter fidem codicum.

rei exempla congesserunt interpretes, ea non unius generis sunt. Huius loci sensum audi quomodo Lindavius declaraverit; interpretatur enim: „orationi nostrae adiicere, h. e. de iis quoque oportet argumentari.“ Quod refutare non attinet.

P. 48. τῷ πείθειν αὐτὴν — ἄγειν] eo quod ipsi persuadebat, ut maximam rerum, quae gignerentur, partem ad optimum perduceret. Sic τῷ infinitivo iunctum sexcenties; afferamus, fidei faciendae causa De Rep. II. p. 361. C. V. p. 471. D. IV. p. 429. C. Phaedon. p. 60. B. Crit. 51. D.

κατὰ ταῦτα ὄντως ἐρεῖ] Hic κατὰ ταῦτα idem est quod ταύτῃ: quamobrem improbanda scriptura olim vulgata κατὰ ταὐτά. Est autem τὸ εἶδος τῆς πλανωμένης αἰτίας materia corporum, quae est ξυναίτιόν τι, ut infra docebitur. Huius igitur considerationem reliquae disputationi immiscendam censet, ᾗ (αὐτὸ) φέρειν ἔοικεν, h. e. ea ratione, qua ipsius natura fert. Quod quid significet, e proximis facili negotio perspicietur. — ἀναχωρητέον, sc. redeundum ad principium.

B. περὶ τῶν τότε] περὶ τῶν διὰ νοῦ δεδημιουργημένων, de quibus antea disputatum est.

τὴν δὲ πρὸ τῆς οὐρανοῦ γενέσεως —] Primitivam ait materiae vim et naturam exquirendam esse neque continuo quattuor rerum elementa statuenda. Primus quattuor materiae elementa distinxit Empedocles Agrigentinus, de quo Sextus adv. Mathem. VII. 115 sqq. IX. 10. X. 317. Plutarch. ap. Euseb. Praep. Evang.

χὰς αὐτὰ τιθέμενοι στοιχεῖα τοῦ παντός, προςῆκον αὐτοῖς οὐδ' ὡς ἐν συλλαβῆς εἴδεσι μόνον εἰκότως
C ὑπὸ τοῦ καὶ βραχὺ φρονοῦντος ἀπεικασθῆναι. νῦν δὲ οὖν τό γε παρ' ἡμῶν ὧδε ἐχέτω· τὴν μὲν περὶ ἁπάντων εἴτε ἀρχὴν εἴτε ἀρχὰς εἴτε ὅπῃ δοκεῖ τούτων πέρι, τὸ νῦν οὐ ῥητέον, δι' ἄλλο μὲν οὐδέν, διὰ δὲ τὸ χαλεπὸν εἶναι κατὰ τὸν παρόντα τρόπον τῆς διεξόδου δηλῶσαι τὰ δοκοῦντα. μήτ' οὖν ὑμεῖς οἴεσθε δεῖν ἐμὲ λέγειν, οὔτ' αὐτὸς αὖ πείθειν ἐμαυτὸν εἴην ἂν δυνατὸς ὡς ὀρθῶς ἐγχειροῖμ' ἂν τοσοῦ-
D τον ἐπιβαλλόμενος ἔργον. τὸ δὲ κατ' ἀρχὰς ῥηθὲν διαφυλάττων, τὴν τῶν εἰκότων λόγων δύναμιν, πειράσομαι μηδενὸς ἧττον εἰκότα, μᾶλλον δὲ καὶ ἔμπροσθεν ἀπ' ἀρχῆς περὶ ἑκάστων καὶ ξυμπάντων λέγειν. θεὸν δὴ καὶ νῦν ἐπ' ἀρχῇ τῶν λεγομένων σωτῆρα ἐξ ἀτόπου καὶ ἀήθους διηγήσεως πρὸς τὸ

D. θεὸν δὴ καὶ νῦν ἐπ' ἀρχῇ] V. δὲ errore paucis codd. communi.

I. 24, C. Plutarch., qui fertur, de placitis philosoph. I. 3. al. Videtur haec Empedoclis sententia iam Platonis aetate pervulgata fuisse et communi assensione comprobata.

προςῆκον αὐτοῖς — ἀπεικασθῆναι] quum iis conveniat, ut ne syllaba quidem iure ab homine vel paululum sapiente comparari (cum rerum principiis) possint. Dictum hoc ut p. 30. C. ἐν μέρους εἴδει πεφυκότων. ubi v. ann.

C. δι' ἄλλο μὲν οὐδέν, διὰ δὲ τὸ χ.] h. e. non aliam ob causam, quam quod difficile est ctr. Forma loquendi Graecis non infrequens. v. Phaedr. p. 229. D. ibique Astium Comment. I. p. 233. Iacobs ad Philostr. p. 502. Dein κατὰ τὸν παρόντα τρόπον τῆς διεξόδου est κατὰ τὸ εἰκός, ut ipse deinde interpretatur.

D. τό δὲ κατ' ἀρχὰς ῥηθὲν δ.] V. p. 29. C. D.

πειράσομαι μηδενὸς ἧττον —] conabor, inquit, nullo homine minus in medium afferre probabilia; magis vero etiam antea inde ab initio de singulis atque cunctis, h. e. maxime in cuiusque rei quaestione ab initio, ubi disputabitur de principiis, ad probabilia erit confugiendum. Haeremus tamen in isto ἔμπροσθεν, quod ita non solet nisi de superioribus dici. Refingendum haud dubie: μᾶλλον δὲ κατὰ τὰ ἔμπροσθεν, h. e. magis vero etiam superioris disputationis exemplo ab initio conabor in medium afferre probabilia.

θεὸν δὴ καὶ νῦν ἐπ' ἀρχῇ] ut p. 27. C.

τῶν εἰκότων δόγμα διασώζειν ἡμᾶς ἐπικαλεσάμενοι E
πάλιν ἀρχώμεθα λέγειν.

Ἡ δ' οὖν αὖθις ἀρχὴ περὶ τοῦ παντὸς ἔστω
μειζόνως τῆς πρόσθεν διῃρημένη. τότε μὲν γὰρ δύο
εἴδη διειλόμεθα. νῦν δὲ τρίτον ἄλλο γένος ἡμῖν
δηλωτέον. τὰ μὲν γὰρ δύο ἱκανὰ ἦν ἐπὶ τοῖς
ἔμπροσθεν λεχθεῖσιν, ἓν μὲν ὡς παραδείγματος εἶ-
δος ὑποτεθέν, νοητὸν καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν, μί-
μημα δὲ παραδείγματος δεύτερον, γένεσιν ἔχον καὶ 49
ὁρατόν. τρίτον δὲ τότε μὲν οὐ διειλόμεθα, νομίσαντες
τὰ δύο ἕξειν ἱκανῶς· νῦν δὲ ὁ λόγος ἔοικεν εἰςαναγκάζειν
χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφα-
νίσαι. τίνα οὖν ἔχον δύναμιν κατὰ φύσιν αὐτὸ ὑπο-
ληπτέον; τοιάνδε μάλιστα, πάσης εἶναι γενέσεως ὑπο-
δοχὴν αὐτό, οἷον τιθήνην. εἴρηται μὲν οὖν τἀληθές,
δεῖ δ' ἐναργέστερον εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ. χαλεπὸν δὲ B

E. *ἀρχώμεθα λέγειν*] Sic Par. A. Vat. r. ut iam Steph. scribendum vidit. Vulgo erat ἀρχόμεθα.

P. 49. *κατὰ φύσιν αὐτὸ ὑποληπτέον*] Vett. editt. καὶ φύσιν. Sed praestat lectio Par. A. Post τοιάνδε μάλιστα recte vidit Stephanus commate distingui oportere, ut reliqua per epexegesin subiiciantur. Dein post ὑποδοχὴν pro αὐτὸ Par. A. Vat. o. Flor. x. αὐτήν, plerique alii αὐτῶν scriptum habent: sed dubitari non potest, quin αὐτὸ vera sit Platonis manus.

P. 49. *χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος*] h. e. obscurum ac difficile ad explicandum. Sequitur dehinc locus ille celeberrimus de primitiva materia, qui quantopere hominum doctorum ingenia exercuerit, facile apparebit ex iis, quae exposuerunt Chalcidius in Tim. p. 379 sqq. ed. Fabr. Moshemius in Dissert. de Creatione mundi ex Nihilo ad calcem Cudworth. System. Intellectual. p. 947 sqq. Tiedemann. disput. De materia quid visum sit Platoni in Nova Biblioth. philol. et critic. Vol. I. fasc. I. Götting. 1782. 8. min. p. 3 sqq. Tennemann. Histor. Philos. T. III. P. I. praefat. p. XXXII sqq. Boeckh. in Studiis T. III. p. 26 sqq. Ast. De Vita et Scriptis Platon. p. 363 sq. Brandis De perditis Aristotelis libris de Ideis et de Bono p. 38 sq. et p. 63. Creuzer. ad Plotin. Enn. II. libr. IV. p. 104 sqq. et Enn. III. Libr. VI. p. 179 sqq. Tom. III. Nobis quid de hac re videatur, ad locum Parmenidis p. 145. B. — E. subtilius explicabimus. Ad praesentem locum sufficiet haec exposuisse. Discrevit Plato finitam materiam, quae iam certam aliquam formam rationemque accepisset (τὸ πέρας ἔχον)

ab infinita, h. e. ea, quae omnis formae rationisque definitae expers esset ideoque ἄπειρος. Hanc ipsam autem voluit esse primitivam, siquidem ex infinito id, quod finitum est, existere demum et oriri potest. Iam vero nemo est quin intelligat infinitum ita demum in finitum transire posse, si natura sua definitae rationis capax sit. Itaque primitiva illa materia hanc habeat necesse est virtutem, ut qualitates et quantitates in se recipiat. Ex quo ipso consequens est, ut quatuor ista, quae vulgo statuuntur, elementa non efficiant primariam rerum materiam. Sunt enim iam discretae eius formae ac species. Itaque necessario consequitur, ut ante eorum originem iam infinita materia extitisse existimanda sit. Haec ipsa autem qualis tandem est? Nimirum est illa eiusmodi, qualem elegantissime descripsit *Tullius* Academ. I. 7, 27. „Sed subiectam putant (philosophi) omnibus sine ulla specie atque carentem omni qualitate materiam quandam, ex qua omnia expressa atque efficta sint: quae tota omnia accipere possit omnibusque modis mutari atque ex omni parte: eoque etiam interire, non in nihilum, sed in suas partes, quae infinite secari ac dividi possint, quum sit nihil in rerum natura minimum, quod dividi nequeat etc. Dilucidius etiam Apuleius De Habitud. Doctr. Plat. p. 3. ed. Elmenh. „Materiam vero improcreabilem incorruptamque commemorat, non ignem, neque aquam, nec aliud de principiis et absolutis elementis esse; sed ex omnibus primam et figurarum capacem factionique (quod vocabulum scilicet Ciceronianis nostris est invisum et odiosum) subiectam, adhuc rudem et figurationis qualitate viduatam. — Sed neque corpoream neque sane incorpoream esse concedit. Ideo autem non putat corpus, quod omne corpus specie qualicunque non careat. Sine corpore vero esse non potest dicere, sed *vi et ratione* sibi eam videri corpoream. — Sed quae substantiam non habeant corpoream, *cogitationibus* ea videri: unde *adulterata opinione* (νόθῳ λογισμῷ) ambiguam materiae huius intelligi qualitatem. Addimus Chalcidium in Tim. p. 416. ed. Fabric. „Quibus ita decursis sequitur, ut an corpus sylva sit, consideremus. Neque corpus neque incorporeum quiddam posse dici simpliciter puto, sed tam corpus quam incorporeum *possibilitate.*" Hanc igitur infinitam materiam rerum genitarum Plato *adulterina ratione* cognosci statuit, quia humana ratio res finitas tantummodo comprehendere et intelligere potest; unde eam etiam infra appellat ἀόρατον. Enimvero illud demum sub humanae mentis intelligentiam subiectum esse censet, quod certam quandam adscivit speciem, formam, figuram, rationem. Qua in re secutus est Philolaum, de cuius sententia et Boeckhius exposuit in Philolao, praestantissimo opere, p. 45 sqq. et nos ipsi ad ipsius Platonis mentem copiosius disputabimus in Prolegomenis ad Parmenidem. Atque haec quidem perspicuum facient, cur Plato hanc primitivam materiam appellaverit ὑποδοχὴν οἷον τιθήνην, ac mox etiam χώραν: est enim quasi quod-

ἄλλως τε καὶ διότι προαπορηθῆναι περὶ πυρὸς καὶ τῶν μετὰ πυρὸς ἀναγκαῖον τούτου χάριν· τούτων γὰρ εἰπεῖν ἕκαστον, ὁποῖον ὄντως ὕδωρ χρὴ λέγειν

dam receptaculum idearum, quibus susceptis ipsa quoque fit definita: declarabunt item, quamobrem p. 51. A. appelletur εἶδός τι ἀνόρατον καὶ ἄμορφον, πανδεχές, μεταλαμβάνον δὲ ἀπορώτατά πῃ τοῦ νοητοῦ καὶ δυςαλωτότατον. Neque minus intelligetur, quo iure Tennemannus Histor. Phil. II. p. 400. Platonem iudicaverit materiam atque spatium temere inter se permutavisse. Enimvero, ego si quid video, Plato infinitum quoddam posuit materiae corporeae principium, quod corporum quasi substratum quoddam esset, sed tamen, quoniam sola mente intelligeretur nec vero, sicuti res finita, cognosceretur ac discerneretur, ab rerum finitarum natura maxime discreparet. Hanc ipsam vero corporum materiam Aristoteles Phys. IV. 12. appellat τὴν ὕλην, eandemque vult esse atque τὴν χώραν. Quod plurimi intellexerunt sic, ac si Stagirites Platoni affinxerit crassam aliquam ac sensibus subiectam corporum materiam, unde mundus hic corporatus genitus esset atque procreatus. Quod cave credideris. Nam sylvae vocabulum, ut nos materiae, ille propter apti alicuius verbi penuriam posuit, in quo ipso consentientes habuit posterioris aetatis philosophos, veluti Plutarch. De Oracul. Def. p. 414. E. aliosque Academicos atque Stoicos. Nam dubitari vix potest, quin Aristoteles intellexerit magistrum mente informasse idealem quandam materiam, quae nihil haberet commune cum materiae corporeae crassitate ac densitate. Atque hinc denique diiudicari poterit, quid statuendum sit de controversia illa, nimis diu agitata, qua multum est disceptatum, statueritne Plato aeternam corporum materiam. Nam si ideae — sed manum de tabula; vel sic enim longior fortasse haec disputatio evasit, quam expectent ii, qui talia in commentariis scriptorum orationi subiectis non posse explicari sibi persuaserunt. Diximus de hac re etiam in Prolegomenis.

ὑποδοχὴν αὐτὸ οἷον τιθήνην] Haec verba quam frequenter usurpaverint posterioris aetatis philosophi, maxime Platonici recentiores, copiosa locorum enumeratione docuerunt Wyttenbach. ad Plut. Mor. Vol. VI. 1. p. 661 sq. et Creuzerus ad Plotin. T. III. p. 182. In brevius totum locum contraxit Alcinous De Plat. Dogm. c. 8.

B. τούτων γὰρ εἰπεῖν ἕκαστον —] difficile enim est de unoquoque horum (elementorum) dicere, quidnam vere aquam dici oporteat potius quam ignem, et quidnam quidvis potius quam cuncta vel singula, ita ut certa stabilique utamur oratione. In his nemo erit quin dubitet atque incertus haereat, qua ratione isti ὁτιοῦν opponantur dein verba ἅπαντα καθ' ἕκαστόν τε. Nam singulorum ratio elementorum, qua inter se coniungantur, iam antegressis verbis significata est. Accedit quod insolenter sane dicitur ἅπαντα καθ' ἕκαστόν τε pro ἅπαντα καὶ ἕκαστον. Emendanda igitur verborum distinctio est. Tolle

μᾶλλον ἢ πῦρ καὶ ὁποῖον ὁτιοῦν μᾶλλον ἢ καὶ ἅπαντα καθ' ἕκαστόν τε, οὕτως ὥςτε τινί πιστῷ καὶ βεβαίῳ χρήσασθαι λόγῳ, χαλεπόν. πῶς οὖν δὴ τοῦτ' αὐτὸ καὶ πῇ καὶ τί περὶ αὐτῶν εἰκότως διαπορηθέντες ἂν λέγοιμεν; πρῶτον μὲν ὃ δὴ νῦν ὕδωρ
C ὠνομάκαμεν, πηγνύμενον, ὡς δοκοῦμεν, λίθους καὶ γῆν γιγνόμενον ὁρῶμεν, τηκόμενον δὲ καὶ διακρινόμενον αὖ ταὐτὸν τοῦτο πνεῦμα καὶ ἀέρα, ξυγκαυθέντα δὲ ἀέρα πῦρ, ἀνάπαλιν δὲ πῦρ συγκριθὲν καὶ κατασβεσθὲν εἰς ἰδέαν τε ἀπιὸν αὖθις ἀέρος, καὶ πάλιν ἀέρα ξυνιόντα καὶ πυκνούμενον νέφος καὶ ὁμίχλην, ἐκ δὲ τούτων ἔτι μᾶλλον ξυμπιλουμένων

B. πιστῷ καὶ βεβαίῳ χρ. λόγῳ] Sic Par. AF. Mon. Vat. o. Tub. Flor. β. x. Vett. editt. πιστῶς καὶ βεβαίως. Pro χρήσασθαι, quae est lectio Par. A., vulgo χρῆσθαι scribitur.

διαπορηθέντες ἂν λέγοιμεν] V. λέγωμεν, sine ἄν. Plerique libri cum Bas. 2. λέγομεν. Recte Par. A. λέγοιμεν, etiam ἂν interposito.

C. καὶ διακρινόμενον αὖ] αὖ vulgo post τηκόμενον δὲ positum hoc loco collocant Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. Vat. br. Flor. b. β. n.

ξυγκαυθέντα δὲ ἀέρα] Sic Par. A. Ven. Σ. Par. FS. Mon. Ambr. s. x. Ricard. Vat. deor. Flor. x. al. pro vulg. ξ. δὲ τὸν comma post καθ' ἕκαστόν τε ac post ἅπαντα pone: ita cohaerebunt καθ' ἕκαστόν τε οὕτως, ad quae intelligendus est infinitivus εἰπεῖν, idque de quoque sic, ut certa et firma utamur oratione. Sic omnia plana et expedita.

ὃ νῦν δὴ ὕδωρ ὠνομάκαμεν —] V. p. 32. B. ibique ann. Vides igitur elementorum cognationem ac necessitudinem sic describi: γῆ : ὕδωρ = ὕδωρ : ἀήρ = ἀήρ : πῦρ, et ἀνάπαλιν, sive inversa ratione, πῦρ : ἀήρ = ἀήρ : ὕδωρ = ὕδωρ : γῆ. Unde ἡ γένεσις εἰς ἄλληλα ἀποδίδοται κύκλον, h. e. generatio ipsorum mutua in orbem efficitur. Connectendum enim εἰς ἄλληλα cum ἡ γένεσις, sicuti infra p. 54. C. περὶ τῆς εἰς ἀλλήλα γενέσεως. ibid. B. al. Phaedon. p. 71. B. γένεσίν τε εἶναι ἐξ ἑκατέρων εἰς ἄλληλα. Ibid. E. ἐκ τῶν τεθνεώτων ἂν εἴη γένεσις εἰς τοὺς ζῶντας. Verbum διαδιδόναι est ordine deinceps tradere, ut Reip. I. p. 328. λαμπάδα ἔχοντες διαδώσουσιν ἀλλήλοις. Haeremus tamen in isto κύκλον τε. Scribendum κύκλῳ; nam τε adhaesit ex vetere scribendi ratione κύκλωι. Infra p. 64. B. διαδίδωσι κύκλῳ μόρια ἕτερα ἑτέροις. Praeterea locus aliam etiam suscepit labem, pusillam illam quidem et exiguam, at labem tamen. Importune enim τε post ἰδέαν intrusum est, quod dele quantocius. Nam verba hoc significant: vicissim autem videmus ignem concretum et exstinctum

ῥέον ὕδωρ, ἐξ ὕδατος δὲ γῆν καὶ λίθους αὖθις, κύκλον τε οὕτω διαδιδόντα εἰς ἄλληλα, ὡς φαίνεται, τὴν γένεσιν. οὕτω δὴ τούτων οὐδέποτε τῶν αὐτῶν D ἑκάστων φανταζομένων, ποῖον αὐτῶν ὡς ὂν ὁτιοῦν τοῦτο καὶ οὐκ ἄλλο παγίως διισχυριζόμενος οὐκ αἰσχυνεῖταί τις ἑαυτόν; οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀσφαλέστατον μακρῷ περὶ τούτων τιθεμένους ὧδε λέγειν· ἀεὶ ὃ καθορῶμεν ἄλλοτε ἄλλῃ γιγνόμενον, ὡς πῦρ, μὴ τοῦτο ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἑκάστοτε προσαγορεύειν πῦρ, μηδὲ ὕδωρ τοῦτο ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἀεί, μηδὲ ἄλλο ποτὲ μηδὲν ὥς τιν' ἔχον βεβαιότητα, ὅσα δεικνύντες τῷ E ῥήματι τῷ τόδε καὶ τοῦτο προσχρώμενοι δηλοῦν

ἀέρα. In Vat. Θ. Vind. al. est *δὲ καὶ ἀέρα.* Ante prius *πῦρ* vulgo *καὶ* interpositum erat, quod om. Par. AFS. Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Ambr. s. al.

ἀνάπαλιν δὲ πῦρ] Hoc *πῦρ* additum ex Par. A. Vat. ᵬ. Vulgo post *αὖθις ἀέρος* inferebatur.

D. *οὐκ αἰσχυνεῖταί τις ἑαυτόν*] Sic Par. AF. Mon. Tub. et ex corr. Flor. β. Vett. editt. *αἰσχυνεῖ γε.*

ἀσφαλέστατον μακρῷ] V. *ἀσφαλέστατον ἂν μ.* Par. A. Vat. o. Flor. a. x. *ἀσφαλέστατα μακρῷ.* Ceteri fere omnes *ἀσφαλέστατ' ἂν μ.* quod perducit ad lectionem a Bekkero nobisque receptam.

rursus abire in aeris speciem. Pervidit rem etiam Astius, qui legendum proposuit: *ἀνάπαλιν δὲ πῦρ ξυγκριθὲν — εἰς ἰδέαν ἀπιὸν αὖθις κ. τ. λ.* Dein ad *νέφος καὶ ὁμίχλην* ex praegressis repetendum *γιγνόμενον*, in quo nemo quisquam haerebit. De re ipsa audi Simplicium ad Arist. Phys. I. p. 33. *λέγει γοῦν Ἀναξαγόρας ἐν πρώτῳ τῶν φυσικῶν· ἐκ μὲν τῶν νεφελῶν ὕδωρ ἀποκρίνεται, ἐκ δὲ τοῦ ὕδατος γῆ, ἐκ δὲ τῆς γῆς λίθος συμπήγνυται ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ.*

D. *ποῖον αὐτῶν ὡς ὂν ὁτιοῦν τοῦτο —*] H. e. *ποῖον αὐτῶν ἐστιν, ὅ τις παγίως διισχυριζόμενος ὡς ὂν ὁτιοῦν τοῦτο καὶ οὐκ ἄλλο (ὅτι ὁτιοῦν αὐτῶν τοῦτό ἐστι καὶ οὐκ ἄλλο) οὐκ αἰσχυνεῖται ἑαυτόν;* Censet igitur Timaeus quatuor illa elementa, quia perpetuo mutentur nec unquam eadem maneant, nullo vocabulo posse insigniri, quod perpetuitatis et constantiae faciat significationem, veluti pronomine *τοῦτο*, neque aerem nunc praesentem recte dici licere aerem, sed potius tale quippiam appellari oportere, itemque aquam, terram, ignem: eam autem rem, unde ista omnia oriantur, quaeque nunc calida, nunc frigida, modo alba modo nigra sit, esse mutabilem quidem neque ulla praeditam qualitate, sed tamen talem ferre appellationem utpote sibi constantem. Talem autem vult esse illam ipsam primitivam materiam, in qua elementorum

ἡγούμεθά τι· φεύγει γὰρ οὐχ ὑπομένον τὴν τοῦ τόδε καὶ τὴν τοῦτο καὶ τὴν τῷδε καὶ πᾶσαν ὅση μόνιμα ὡς ὄντα αὐτὰ ἐνδείκνυται φάσις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἕκαστα μὴ λέγειν, τὸ δὲ τοιοῦτον ἀεὶ περιφερόμενον ὅμοιον ἑκάστου πέρι καὶ ξυμπάντων οὕτω καλεῖν· καὶ δὴ καὶ πῦρ τὸ διὰ παντὸς τοιοῦτον, καὶ ἅπαν ὅσον περ ἂν ἔχῃ γένεσιν. ἐν ᾧ δὲ ἐγγιγνόμενα ἀεὶ ἕκαστα αὐτῶν φαντάζεται καὶ πάλιν
50 ἐκεῖθεν ἀπόλλυται, μόνον ἐκεῖνο αὖ προςαγορεύειν τῷ τε τοῦτο καὶ τῷ τόδε προςχρωμένους ὀνόματι, τὸ δὲ ὁποιονοῦν τι, θερμὸν ἢ λευκὸν ἢ καὶ ὁτιοῦν τῶν ἐναντίων, καὶ πάνθ᾽ ὅσα ἐκ τούτων, μηδὲν ἐκεῖνο αὖ τούτων καλεῖν. ἔτι δὲ σαφέστερον αὐτοῦ πέρι προθυμητέον αὖθις εἰπεῖν. εἰ γὰρ πάντα τις σχήματα πλάσας ἐκ χρυσοῦ μηδὲν μεταπλάττων παύ-

E. ἐγγιγνόμενα ἀεὶ ἕκαστα] ἀεὶ additum ex Par. A.
P. 50. μόνον ἐκεῖνο αὖ πρ.] αὖ Par. AF. Vat. o. Tub.

quasi semina inclusa fuerint utpote semper omnia recipientem.

E. καὶ πᾶσαν ὅση — ἐνδείκνυται φάσις] H. e. καὶ πᾶσαν φάσιν, ὅση ἐνδ. Aristoph. Rann. v. 889. ἕτεροι γάρ εἰσιν οἷσιν εὔχομαι θεοῖς. quae frustra sollicitavit Brunckius. Sophocl. Aiac. 1044. τίς δ᾽ ἐστίν, ὅντιν᾽ ἄνδρα προςλεύσσεις στρατοῦ; v. Schaefer. Add. ad Hecubam Porson. v. 1030. p. 94. ed. nov. et Lobeck. ad Aiac. v. 801.

E. τὸ δὲ τοιοῦτον ἀεὶ περιφερόμενον ὅμοιον] τὸ τοιοῦτον, quum id semper fluctuetur, de singulis et cunctis usurpare. In his quid ὅμοιον sibi velit, nemo quisquam dixerit. Scribendum putamus ὁμοίως, pariter, quod referatur ad ἑκάστου πέρι καὶ ξυμπάντων.

ἐν ᾧ δὲ ἐγγιγνόμενα —] Illud demum censet ita appellandum esse, in quo omnia generentur, sive τὸ τῆς ὑποδοχῆς εἶδος καὶ οἷον τιθήνην s. μητέρα, cui etiam nomen τῆς χώρας posuit. Enimvero quum primitiva illa corporum materia sit infinita, tum propter id ipsum non habet istam corporum varietatem et inconstantiam, ideoque per se nullius qualitatis nomine insigniri potest.

P. 50. εἰ γὰρ πάντα τις σχήματα] omnis generis formas s. figuras.

B. ἅ γε μεταξὺ τιθεμένου μ.] quippe quae, dum quid eorum ponitur, rursus mutentur. Nam ad τιθεμένου intelligi licet τινός, vel αὐτοῦ, siquidem scriptor το τρίγωνον potissimum cogitavit. conf. Matthiae Gr. §. 293. coll. §. 565. 2. Proxima sic intelligas: sed si forte etiam τοῦ τοιούτου nomen cum aliqua

οιτο ἕκαστα εἰς ἅπαντα, δεικνύντος δή τινος αὐτῶν ἓν προςερομένου τί ποτ᾽ ἐστι, μακρῷ πρὸς ἀλήθειαν ἀσφαλέστατον εἰπεῖν, ὅτι χρυσός, τὸ δὲ τρίγωνον, **B** ὅσα τε ἄλλα σχήματα ἐνεγίγνετο, μηδέποτε λέγειν ταῦτα ὡς ὄντα, ἅ γε μεταξὺ τιθεμένου μεταπίπτει, ἀλλ᾽ ἐὰν ἄρα καὶ τὸ τοιοῦτον μετ᾽ ἀσφαλείας ἐθέλῃ δέχεσθαί τινος, ἀγαπᾶν. ὁ αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως· ταὐτὸν αὐτὴν ἀεὶ προςρητέον· ἐκ γὰρ τῆς ἑαυτῆς τὸ παράπαν οὐκ ἐξίσταται δυνάμεως. δέχεταί τε γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα, καὶ μορφὴν οὐδεμίαν ποτὲ οὐδενὶ τῶν εἰςιόν- **C** των ὁμοίαν εἴληφεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς· ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰςιόντων. φαίνεται δὲ δι᾽ ἐκεῖνα ἄλλοτε ἀλλοῖον. τὰ δὲ εἰςιόντα καὶ ἐξιόντα τῶν ὄντων

Flor. x. Vett. editt. ἄν. Idem error mox sublatus est, ubi vulgo scribebatur μηδὲν ἐκεῖνο ἄν.

securitate suscipiat acquiescere.

περὶ τῆς τὰ πάντα δεχ. σώματα φύσεως] De collocatione verborum v. ad p. 39. D.

C. *ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει*] Varias significationes voc. ἐκμαγεῖον persecuti sunt Hemsterhus. ad Polluc. IX. 130. p. 1116. et Is. Vossius ad Catull. p. 97. Hoc loco significat receptaculum, h. e. massam infinitae materiae rerum finitarum in se suscipiendarum capacem et quasi vas quoddam eorum, quae sunt generationi obnoxia: quae quidem etiam τιθήνη et χώρα appellatur. Procl. ad Cratyl. p. 44. ed. Boiss. ἐκμαγεῖον δὲ ὁ Πλάτων καὶ τὸ ἐκμάσσον καλεῖ καὶ τὸ ἐκμασσόμενον τὸν ἄλλον τύπον. Timaeus Locr. p. 94. A. τὰν δὲ ὕλαν ἐκμαγεῖον καὶ ματέρα τιθάναν τε καὶ γεναικὰν εἶμεν τᾶς τρίτας οὐσίας· δεξαμέναν γὰρ τὰ ὁμοιώματα ἐς ἑαυτὰν καὶ οἷον ἀναμαξαμέναν ἀποτελῆν τάδε τὰ γεννάματα. Ocell. Luc. c. 2. p. 516. ed. Gab. τοῦτο (σῶμα) δ᾽ ἂν εἴη πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως. Plutarch. De Anim. Procr. p. 1015. D. 1023. A. Mor. p. 374. F. 672. E. Themist. Oratt. p. 244. E. Chalcidius p. 379. „Quippe id, quod gignitur et perit nec vere semperque est, *corporea species* est. Quae quidem corpora sola et per se, ac sine suscipiente ea essentia, essentia esse non possunt. Quam quidem (essentiam) modo *matrem*, alias *nutriculam*, interdum totius generationis *gremium*, nonnunquam *locum* appellat. Quamque iuniores ὕλην, nos *sylvam* vocamus." conf. Petavius ad Themist. Oratt. XXI. p. 501. Gelder ad Tim. Locr. p. 49.

ἀεὶ μιμήματα, τυπωθέντα ἀπ' αὐτῶν τρόπον τινὰ δύςφραστον καὶ θαυμαστόν, ὃν εἰςαῦθις μέτιμεν. ἐν δ' οὖν τῷ παρόντι χρὴ γένη διανοηθῆναι τριττά, τὸ μὲν γιγνόμενον, τὸ δὲ ἐν ᾧ γίγνεται, τὸ δ' ὅθεν
D ἀφομοιούμενον φύεται τὸ γιγνόμενον. καὶ δὴ καὶ προςεικάσαι πρέπει τὸ μὲν δεχόμενον μητρί, τὸ δ' ὅθεν πατρί, τὴν δὲ μεταξὺ τούτων φύσιν ἐκγόνῳ, νοῆσαί τε ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐκτυπώματος ἔσεσθαι μέλλοντος ἰδεῖν ποικίλου πάσας ποικιλίας, τοῦτ' αὐτό, ἐν ᾧ ἐκτυπούμενον ἐνίσταται, γένοιτ' ἂν παρεσκευασμένον εὖ, πλὴν ἄμορφον ὂν ἐκείνων ἁπασῶν τῶν
E ἰδεῶν, ὅσας μέλλοι δέχεσθαί ποθεν. ὅμοιον γὰρ ὂν τῶν ἐπειςιόντων τινὶ τὰ τῆς ἐναντίας τά τε τῆς τὸ παράπαν ἄλλης φύσεως, ὁπότ' ἔλθοι, δεχόμενον κα-

C. τυπωθέντα ἀπ' αὐτῶν] V. ὑπ' αὐτῶν, quod vix in uno alterove libro ms. repertum.

D. ὅσας μέλλοι δέχεσθαι] μέλλοι Par. A. Vat. Θ. Vett. editt. μέλλει.

E. τὸ παράπαν ἄλλης φύσεως] τὸ additum ex Par. A. Flor. x.

παρεμφαῖνον ὄψιν] V. παρεμφαίνων, quod mutatum auctoritate Par. ASY. Ven. ΞΣ. Vind. Mon. Ambr. x. Ricard. Vat. or. et corr. Vat. Θ. Par. F. Mox vett. editt. ἐνδεξόμενον, quod ex codd. optimis plurimisque mutatum.

τυπωθέντα ἀπ' αὐτῶν] ficta et formata ab iis (ἀπὸ τῶν ὄντων, h. e. ab ideis) modo quodam vix explicabili et mirabili, quem alias explicabimus. Quae sit mutua rerum atque idearum ratio ac necessitudo, id vero copiosissime explicatur in Parmenide. Quocirca aliquis ex hoc loco recte colligere videatur Parmenidem proxime post Timaeum litteris consignatum esse. Quod tamen certo affirmare nos quidem non audemus. Laudant locum Stobaeus Eclogg. Phys. I. p. 318. Simplic. ad Aristot. Phys. p. 56. uterque exigua lectionis varietate.

D. τὸ μὲν δεχόμενον μητρί —] Aristotel. Metaph. I. 6. φαίνεται δ' ἐκ μιᾶς ὕλης μία τράπεζα· ὁ δὲ τὸ εἶδος ἐπιφέρων, ἓν ὄν, πολλὰς ποιεῖ. ὁμοίως δ' ἔχει καὶ τὸ ἄῤῥεν πρὸς τὸ θῆλυ. τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ μιᾶς πληροῦται ὀχείας, τὸ δ' ἄῤῥην πολλὰ πληροῖ. καίτοι ταῦτα μιμήματα τῶν ἀρχῶν ἐκείνων ἐστίν. Πλάτων μὲν οὖν περὶ τῶν ζητουμένων οὕτως διώρισεν. Tim. Locr. p. 94. B. δύο ὦν αἵδε ἀρχαὶ ἐναντίαι, ἂν τὸ μὲν εἶδος λόγον ἔχει ἄῤῥενός τε καὶ πατρός, ἃ δ' ὕλα θήλεός τε καὶ ματέρος, τρίτα δ' εἶμεν τὰ ἐκ τούτων ἔκγονα. Mox de ἰδεῖν ad ποικίλου πάσας τὰς ποικιλίας adiecto v. ad Phaedon. p. 84. C.

κῶς ἂν ἀφομοιοῖ, τὴν αὑτοῦ παρεμφαῖνον ὄψιν. διὸ καὶ πάντων ἐκτὸς εἰδῶν εἶναι χρεὼν τὸ τὰ πάντα ἐκδεξόμενον ἐν αὑτῷ γένη, καθάπερ περὶ τὰ ἀλείμματα, ὁπόσα εὐώδη, τέχνῃ μηχανῶνται πρῶτον τοῦτ' αὐτὸ ὑπάρχον, ποιοῦσιν ὅ τι μάλιστα ἀνώδη τὰ δεξόμενα ὑγρὰ τὰς ὀσμάς· ὅσοι τε ἔν τισι τῶν μαλακῶν σχήματα ἀπομάττειν ἐπιχειροῦσι, τὸ παράπαν σχῆμα οὐδὲν ἔνδηλον ὑπάρχειν ἐῶσι, προομαλύναντες δὲ ὅ τι λειότατον ἀπεργάζονται. ταὐτὸν οὖν καὶ τῷ 51 τὰ τῶν πάντων ἀεί τε ὄντων κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ πολλάκις ἀφομοιώματα καλῶς μέλλοντι δέχεσθαι πάντων ἐκτὸς αὐτῷ προσήκει πεφυκέναι τῶν εἰδῶν. διὸ δὴ τὴν τοῦ γεγονότος ὁρατοῦ καὶ πάντως αἰσθητοῦ μητέρα καὶ ὑποδοχὴν μήτε γῆν μήτε ἀέρα μήτε πῦρ

τέχνῃ μηχανῶνται — μάλιστα ἀνώδη] Haec verba in editt. vett. neglecta primum a Bekkero ex Par. A. restituta sunt. Mon. Vat. o. et marg. Vat. Θ. habent *εὐώδη*. Extant ea etiam in Tubing. Flor. β. x. et expressa sunt a Ficino.

P. 51. *αὐτῷ προσήκει πεφ.*] *αὐτῶι* Par. A. Vett. editt. *αὐτῶν*. Stephanus coni. *ἐκτὸς αὐτό*. Dein *δὴ* post *διὸ* item restitutum ex Par. A. Pro *πάντως*, quod Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Vind. Par. FSY. Mon. Ambr. s. x. Vat. eor. praebuerunt, olim *παντὸς* legebatur. Mox vett. editt. *ἀόρατον*, quod mutatum ex Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. x. Vat. gr. Flor. b. n. x.

Illa vero *πλὴν ἄμορφον ὂν* explicanda sic: *πλὴν εἰ ἄμορφον εἴη*. Sententia verborum igitur haec est: ac reputare decet, si effigies futura sit omni distincta varietate ad adspectum, non aliter sane id ipsum, in quo exprimenda sit, bene praeparatum fore, nisi vacuum sit a formis illis omnibus, quas alicunde sit susceptur um.

E. *καθάπερ περὶ τὰ ἀλείμματα — τοῦτ' αὐτό, ποιοῦσιν ὅ τι μάλιστα*] Verba *ποιοῦσιν ὅ τι μάλιστα κ. τ. λ.* inserviunt explicationi praecedentium illorum *τέχνῃ μηχανῶνται πρῶτον τοῦτ' αὐτὸ ὑπάρχον*, in qua epexegesi legitima est omissio coniunctionum. v. Indic. ad Rempubl. Protag. Sympos. alios libros in voc. Asyndeton. unde creberrimum esse apud Platonem hoc loquendi genus facile tibi persuadebis.

P. 51. *ταὐτὸν οὖν καὶ τῷ τὰ τῶν π.*] Iungas hunc in modum: *ταὐτὸν οὖν καὶ προσήκει ἐκτὸς πάντων τῶν εἰδῶν πεφυκέναι τῷ μέλλοντι πολλάκις δέχεσθαι κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ τῶν πάντων ἀεί τι ὄντων*. Ergo *αὐτῷ* apparet ex abundanti illatum esse, de quo usu loquendi v. ad Phaedon. p. 111. C. Sympos. p. 195. A. Apparet, opinor, item rursus errore irre-

μήτε ὕδωρ λέγωμεν, μήτε ὅσα ἐκ τούτων μήτε ἐξ ὧν ταῦτα γέγονεν· ἀλλ᾽ ἀνόρατον εἶδός τι καὶ ἄμορφον, πανδεχές, μεταλαμβάνον δὲ ἀπορώτατά πῃ τοῦ νοη-
B τοῦ καὶ δυςαλωτότατον αὐτὸ λέγοντες οὐ ψευσόμεθα. καθ᾽ ὅσον δὲ ἐκ τῶν προειρημένων δυνατὸν ἐφικνεῖσθαι τῆς φύσεως αὐτοῦ, τῇδ᾽ ἄν τις ὀρθότατα λέγοι, πῦρ μὲν ἑκάστοτε αὐτοῦ τὸ πεπυρωμένον μέρος φαίνεσθαι, τὸ δὲ ὑγρανθὲν ὕδωρ, γῆν δὲ καὶ ἀέρα, καθ᾽ ὅσον ἂν μιμήματα τούτων δέχηται. λόγῳ δὲ δὴ μᾶλλον τὸ τοιόνδε διοριζομένοις περὶ αὐτῶν διασκε-

B. *δυςαλωτότατον αὐτὸ λέγοντες*] Flor. x. *δυςαλώτατον*, quo eodem compendió Graeci formasse putantur *δυςχειρώτατος*, *εὐχειρώτατος*, al. de quibus v. Wyttenbach. Biblioth. Crit. II. 2. p. 54. et Schaefer. ad Choerili Fragmenta a Naekio edita p. 273. Fateor tamen habere me, cur de talium formarum probitate dubitem. Atque easdem inter librariorum sordes referre non psisse istud *τε* post *ἀεί*, siquidem non intelligitur, qua ratione *τὰ πάντα* et *τὰ ἀεὶ ὄντα* nunc distinguantur. Nam hoc dicit sine dubio Timaeus: pariter etiam ei, quod suscepturum sit simulacra idearum *omnium*, h. e. unde res generatae prodîturae sint, convenire, ut natura sua extra omnes formas sit. Denique iungendum *κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ*, secundum omnes sui ipsius partes. Sic p. 52. E. *κατ᾽ οὐδὲν αὐτῆς ἰσοῤῥοπεῖν*.

ἀλλ᾽ ἀνόρατον εἶδός τι καὶ ἄμορφον] Primitiva illa materia quia est *ἄπειρος* necdum certas formas, species, rationesque suscepit, ne sub conspectum quidem oculorum subiecta est. Nam quae sunt infinita, ea nec mente humana intelligi nec sensibus nostris percipi possunt, quia carent rerum finitarum ratione. Fuit haec sententia Philolai, sicuti apparet ex eius fragmentis apud Boeckhium p. 49., quam etiam Platoni placuisse copiose in Prolegomenis ad Parmenidem Platonicum disputabimus. Quod autem hoc *εἶδος* vocatur *μεταλαμβάνον ἀπορώτατά πῃ τοῦ νοητοῦ καὶ δυςαλώτατον* (*αὐτῷ*), pertinet hoc eo, quod rudis ista atque informis corporum materia natura sua unitatis rationisque expers est ideoque aegre admodum ad idearum formam rationemque componitur. Quam ipsam rem Plato item in Parmenide explicavit. Ceterum Pollux in v. *Ἀόρατον· Πλάτων δὲ καὶ ἀνόρατον εἶπεν ἐν Τιμαίῳ*.

B. *ἐφικνεῖσθαι τῆς φύσεως*] V. ad Remp. VI. p. 506. D.

C. *ἆρ᾽ ἔστι τι πῦρ αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ —*] Ad aliam nunc progreditur quaestionem. Nam illud etiam explorandum censet, num ignis ceteraque omnia per se seorsum constent atque sint eorum ideae sempiternae, an ea tantum, quae sensibus percipiantur, certa sint. Quam quidem rem ita diiudicat, ut quoniam

πτέον· ἆρ' ἔστι τι πῦρ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ πάντα C περὶ ὧν ἀεὶ λέγομεν οὕτως αὐτὰ καθ' αὐτὰ ἕκαστα ὄντα, ἢ ταῦτα ἅπερ καὶ βλέπομεν ὅσα τε ἄλλα διὰ τοῦ σώματος αἰσθανόμεθα, μόνα ἐστὶ τοιαύτην ἔχοντα ἀλήθειαν, ἄλλα δὲ οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτα οὐδαμῇ οὐδαμῶς, ἀλλὰ μάτην ἑκάστοτε εἶναί τί φαμεν εἶδος ἑκάστου νοητόν, τὸ δὲ οὐδὲν ἆρ' ἦν πλὴν λόγος; οὔτε οὖν δὴ τὸ παρὸν ἄκριτον καὶ ἀδίκαστον ἀφέντα ἄξιον φάναι δισχυριζόμενον ἔχειν οὕτως, οὔτ' ἐπὶ λόγου μήκει πάρεργον ἄλλο μῆκος ἐπεμβλητέον· εἰ D

dubitarunt Dindorf. Praefat. ad Themist. et Lobeck. Paralipom. Vol. I. p. 93. qui totam hanc quaestionem ad finem usque profligarunt. Itaque codicibus obtemperare nunc non dubitavimus.

C. ἐπὶ λόγου μήκει] Vett. editt. contra auctoritatem codicum ἐπὶ μήκει λόγου. Mox ἐγκαιριώτατον Par. AF. Tub. Flor. x. Editt. omnes καιριώτατον.

scientia et opinio multum inter se differant, etiam ideae rerum atque res sub sensus subiectae plurimum differre existimandae sint. Ab utrisque autem vult differre τὴν χώραν sive infinitae illius materiae receptaculum, quae tantummodo adulterina ratione intelligatur. Etenim quod infinitum est, id mentis nostrae intelligentiae non est subiectum, sed fingitur tantummodo atque ponitur, ideoque νόθῳ τινὶ λογισμῷ aliquatenus cogitatur. Itaque universae disputationis vis ac sententia sane clara est ac perspicua. De singulis autem eiusdem partibus videbimus deinceps.

C. καὶ πάντα περὶ ὧν ἀεὶ λέγομεν —] atque omnino omnia, de quibus semper ita statuimus, ut ipsa per se quaeque dicamus esse; an haec sola, quae vel oculis cernimus vel aliis sensibus percipimus, *talem* habent veritatem (quae ad idearum firmitatem et constantiam, sicuti δόξα ἀληθής, prope accedat), alia vero praeter illa haudquaquam habent, sed temere semper iudicamus esse cuiusque speciem quandam sub intelligentiam cadentem, quum tamen id nihil sit nisi vana oratio et verba inania? De οὐδαμῇ οὐδαμῶς, quod respondet nostro auf keine Art und Weise, v. ad Phaedon. p. 78. D. Formulae τὸ δὲ ἆρ' ἦν exempla bene multa consignavimus ad Reipubl. II. p. 357. A. conf. ad Menon. p. 97. C. λόγος denique sic dicitur, ut in pervulgata illa inter ἔργον et λόγον oppositione, de qua dictum ad Reip. V. p. 473. A.

D. πάρεργον ἄλλο μῆκος ἐπεμβλητέον] H. e. μῆκος λόγου περὶ πράγματος παρέργου. Nam hanc de ideis disputationem per occasionem tantummodo vult esse interpositam. Dein ὅρος μέγας i. q. χαλεπός, sicuti Phaedon. p. 62. B. est μέγας λόγος. Mox quod νοῦς cum δό-

δὲ τις ὅρος ὁρισθεὶς μέγας διὰ βραχέων φανείη, τοῦτο
μάλιστ' ἐγκαιριώτατον γένοιτ' ἄν. ὧδε οὖν τήν γ'
ἐμὴν αὐτὸς τίθεμαι ψῆφον· εἰ μὲν νοῦς καὶ δόξα
ἀληθὴς ἐστὸν δύο γένη, παντάπασιν εἶναι καθ' αὑτὰ
ταῦτα, ἀναίσθητα ὑφ' ἡμῶν εἴδη, νοούμενα μόνον·
εἰ δ', ὥς τισι φαίνεται, δόξα ἀληθὴς νοῦ διαφέρει
τὸ μηδέν, πάνθ' ὁπόσα αὖ διὰ τοῦ σώματος αἰ-
σθανόμεθα, θετέον βεβαιότατα. δύο δὴ λεκτέον ἐκεί-
E νω, διότι χωρὶς γεγόνατον ἀνομοίως τε ἔχετον. τὸ
μὲν γὰρ αὐτῶν διὰ διδαχῆς, τὸ δ' ὑπὸ πειθοῦς
ἡμῖν ἐγγίγνεται· καὶ τὸ μὲν ἀεὶ μετὰ ἀληθοῦς λόγου,
τὸ δὲ ἄλογον· καὶ τὸ μὲν ἀκίνητον πειθοῖ, τὸ δὲ
μεταπειστόν· καὶ τοῦ μὲν πάντα ἄνδρα μετέχειν φα-
τέον, νοῦ δὲ θεούς, ἀνθρώπων δὲ γένος βραχύ τι.

D. αὐτὸς τίθεμαι ψῆφον] Par. AF. Vat. o. Flor. β. Vett. editt. τίθεμαι ψῆφον αὐτός. Mon. ψῆφον αὐτὸς τίθεμαι. Par. SY. Ambr. s. Vat. r. Ricard. ψῆφον τίθεμαι αὐτός.

διαφέρει τὸ μηδὲν] V. διαφέροιτο μηδέν contra codd. auctoritatem atque soloece. Steph. coni. διαφέροι τὸ μηδέν. Mox indicativum αἰσθανόμεθα pro vulg. αἰσθανώμεθα ex Par. AFY. Vat. or. Flor. c. n. x. restituimus praegresso ἂν in αὖ commutato.

ξῃ ἀληθεῖ iungitur, illo uno percipitur ἐπιστήμη, hoc est scientia et cognitio idearum, unde pro hac ipsa commemorari potuit. De δόξῃ ἀληθεῖ v. Menon. p 97 sq. De Rep. VI. p. 506. 6 sqq. Symp. p. 200 A sqq. Haec autem quatenus a mentis scientia diversa sit, egregie deinceps inde a sectione E. explicatur.

E. γένος βραχύ τι] H. e. parum. Nam βραχύ τι vi adverbii positum, usu haud infrequenti, de quo v. Aristoph. Thesm. v. 938. χάρισαι βραχύ τί μοι. Alia suppeditabunt Porson Advers. p. 109. et nuperi editores Thesauri Steph. in v. βραχύς.

P. 52. τὸ δὲ ὁμώνυμον] Res enim sub sensus subiectae cum ideis et nominis communitate et naturae similitudine coniunctae sunt; etenim sunt sane ad harum exemplum comparatae. Quocirca ridiculo sane errore nonnemo ἀνόμοιον putavit corrigendum esse.

τρίτον δὲ αὖ γένος τὸ τῆς χώρας ἀεί] Hunc locum ob oculos habuit Plotinus Enn. II. lib. IV. p. 293 sq. T. I. ed. Creuzer. et Enn. III. lib. VI. p. 575 sq. Facile autem intelligitur χώραν nunc appellari idem illud εἶδος, quod antea ὑποδοχή, οἷον τιθήνη, μήτηρ, et ἐκμαγεῖον audiebat, h. e. primitivam illam rerum generatarum materiam, eamque infinitam, sed formarum capacem. Falluntur enim magno-

τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων ὁμολογητέον ἓν μὲν εἶναι τὸ κατὰ ταῦτα ἔχον εἶδος, ἀγέννητον καὶ ἀνώλεθρον, 52 οὔτε εἰς ἑαυτὸ εἰςδεχόμενον ἄλλο ἄλλοθεν οὔτε αὐτὸ εἰς ἄλλο ποι ἰόν, ἀόρατον δὲ καὶ ἄλλως ἀναίσθητον, τοῦτο ὃ δὴ νόησις εἴληχεν ἐπισκοπεῖν· τὸ δ' ὁμώνυμον ὅμοιόν τε ἐκείνῳ δεύτερον, αἰσθητόν, γεννητόν, πεφορημένον ἀεί, γιγνόμενόν τε ἔν τινι τόπῳ καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπολλύμενον, δόξῃ μετ' αἰσθήσεως περιληπτόν· τρίτον δὲ αὖ γένος ὂν τὸ τῆς χώρας ἀεί, φθορὰν οὐ προςδεχόμενον, ἕδραν δὲ παρέχον B ὅσα ἔχει γένεσιν πᾶσιν, αὐτὸ δὲ μετ' ἀναισθησίας ἁπτὸν λογισμῷ τινὶ νόθῳ, μόγις πιστόν, πρὸς ὃ δὴ καὶ ὀνειροπολοῦμεν βλέποντες καί φαμεν ἀναγκαῖον εἶναί που τὸ ὂν ἅπαν ἔν τινι τόπῳ καὶ κα-

E. ἓν μὲν εἶναι τὸ κατὰ ταὐτὰ] ἓν additum ex Par. A. Mon. Vat. Ꝺ o. Tub. Flor. β. x. quod requirit proximum δεύτερον et τρίτον γένος. Pro ἔχον εἶδος Par. A. Vat. Ꝺ o. εἶδος ἔχον praebuerunt.

P. 52. γιγνόμενόν τε ἔν τινι τόπῳ] τε ex codd. optimis atque plurimis additum.

B. ὃ δὴ καὶ ὀνειροπολ.] V. δέ, invitis codd. fere omnibus.

pere, qui Platonem existimant inane spatium cum infinito illo rerum generatarum fonte ac principio permutavisse, in qua sententia Tennemannus fuit. Cur vero dicatur φθορὰν οὐ προςδεχόμενον, e superioribus perspicuum esse debet.

B. μετ' ἀναισθησίας ἁπτὸν λογισμῷ τινὶ νόθῳ] Quemadmodum res generatae sunt δόξῃ μετ' αἰσθήσεως περίληπτοι, ita tertium hoc genus est ἁπτὸν λογισμῷ τινὶ μετ' ἀναισθησίας. Enimvero sensuum perceptio nulla sane in illud cadere potest, quoniam est infinitum; quidquid enim infinitum est, id Platonis sententia hac in re cum Philolao consentientis neque mente intelligi et cognosci neque sensibus percipi potest, ut iam ad p. 51. A. significavimus. Eandem ob causam igitur nec animi intelligentiae subiectum esse putari licet, sed mens ratiocinando illud assequitur atque ita adulterina quadam ratiocinatione attingit: ponit enim esse id, quod, quia natura sua est infinitum, ipsius cognitioni et scientiae non est subiectum. Ita nos hunc locum explicandum putamus, quem multi legerunt, pauci intellexerunt. Dein μόγις πιστόν est vix certum, cui vix possit fides haberi ulla. Tum fuit qui pro κατέχον cum Stephano scriptum mallet κατέχειν et post κατ' οὐρανόν addendum putaret ὂν participium. Quorum nihil opus est. Nam καί φαμεν ἀναγκαῖον dictum est sic, ut εἶ-

τέχον χώραν τινά, τὸ δὲ μήτε ἐν γῇ μήτε που κατ' οὐρανὸν οὐδὲν εἶναι. ταῦτα δὴ πάντα καὶ τούτων ἄλλ' ἀδελφὰ καὶ περὶ τὴν ἄϋπνον καὶ ἀληθῶς φύσιν ὑπάρχουσαν ὑπὸ ταύτης τῆς ὀνειρώξεως οὐ δυ-
C νατοὶ γιγνόμεθα ἐγερθέντες διοριζόμενοι τἀληθὲς λέγειν, ὡς εἰκόνι μέν, ἐπείπερ οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἐφ' ᾧ γέγονεν ἑαυτῆς ἐστίν, ἑτέρου δέ τινος ἀεὶ φέρεται φάντασμα, διὰ ταῦτα ἐν ἑτέρῳ προσήκει τινὶ γίγνεσθαι, οὐσίας ἁμωσγέπως ἀντεχομένην, ἢ μηδὲν τὸ

ταῦτα δὴ πάντα] V. δέ, quod hic quoque optimi ac plurimi libri mss. aspernantur. Dein vett. editt. καὶ τὰ τούτων ἀδελφά: sed articulum om. Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Ricard. Vat. or. Flor. β. n. x. et ἄλλ' adiiciunt Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Ricard. Vat. or. Flor. β. n. x.

ναι reticeatur. Quamobrem quod scriptum hic legimus εἶναι, id non ad ἀναγκαῖον pertinet, sed pendet ex φαμὲν ἀναγκαῖον, ita ut cohaereant haec: τὸ ὂν ἅπαν εἶναί που ἔν τινι τόπῳ καὶ κατέχον (εἶναι) χώραν τινά. Quae constructionis ratio nihil habet insolentiae; v. ad Sympos. p. 216. E. Phaedon. p. 100. D. διότι καλόν ἐστιν ὁτιοῦν, ἢ ὅτι χρῶμα εὐανθὲς ἔχον (ἐστὶν) ἢ σχῆμα κ. τ. λ. Neque vero ὂν isto opus, siquidem τὸ ἐν γῇ et τὸ κατ' οὐρανὸν eodem modo intelligendum, ac si ὂν additum esset. Quocirca sensus verborum hic est: quod intuentes etiam somniamus atque putamus necessario esse alicubi in loco aliquo quodcunque sit atque sedem aliquam tenere, quod autem nec in terra nec in coelo alicubi sit, id nihil esse. Videtur autem philosophus hoc dicere: hanc de receptaculo spatioso aliquo opinionem etiam caussam esse, ut vel de eius natura, quod revera est, deque ideis perperam statuamus, atque has quoque spatii terminis inclusas existimemus. Eam certe interpretationem suadent et confirmant quae proxime deinceps adiiciuntur.

καὶ περὶ τὴν ἄϋπνον — φύσιν] Naturam idearum sempiternam nunc ἄϋπνον vocat, quia τοῦ ὀνειροπολεῖν antea facta mentio est. Hinc Plotinus Enn. II. libr. V. extr. ἐκείνη ἡ φύσις ἄγρυπνος κ. τ. λ. Id. II. 6. 3. Enn. libr. VI. p. 561. ed. Cr. p. 310. A. ubi totum hunc locum ob oculos habuit. Eandem imaginem adhibuerunt etiam alii, veluti Alciphr. Epist. III. 38.

C. ὡς εἰκόνι μὲν — δύο γενήσεσθον.] nam (sicuti) imagini quidem, quandoquidem nec ipsum hoc, cuius caussa extitit, ipsius est, sed alius cuiusdam fertur simulacrum, ob id ipsum convenit, ut sit in alio quopiam essentiam aliquo modo sibi vindicans, aut nihil sit omnino necesse est; ei vero, quod revera est, ratio accurata atque vera auxiliatur, docens illa, quamdiu hoc aliud sit atque illud aliud, non posse un-

παράπαν αὐτὴν εἶναι, τῷ δὲ ὄντως ὄντι βοηθὸς ὁ δι' ἀκριβείας ἀληθὴς λόγος, ὡς ἕως ἄν τι τὸ μὲν ἄλλο ᾖ, τὸ δὲ ἄλλο, οὐδέτερον ἐν οὐδετέρῳ ποτὲ γεγενημένον ἓν ἅμα ταὐτὸν καὶ δύο γενήσεσθον. D

Οὗτος μὲν οὖν δὴ παρὰ τῆς ἐμῆς ψήφου λογισθεὶς ἐν κεφαλαίῳ δεδόσθω λόγος, ὄν τε καὶ χώραν καὶ γένεσιν εἶναι, τρία τριχῇ, καὶ πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι· τὴν δὲ γενέσεως τιθήνην ὑγραινομένην καὶ

D. οὗτος μὲν οὖν δὴ παρὰ τ.] V. δὴ οὖν, invitis Par. AF. Vat. Θ Mon. aliis non paucis. Mox pro γενέσεως τιθήνην, quod ex optimis plurimisque libris mss. restitutum est, vulgo γεννήσεως τιθήνην legebatur.

quam alterum in altero ortum esse atque idem unum simul atque duo existere. Quorum verborum sententia haec est, opinor: nam res sub sensus cadentes sunt illae quidem ad idearum exemplum compositae ideoque harum quasi imagines quaedam, sed tamen ab ipsis ideis diversae: unde necesse est, ut materiam aliquam habeant, in qua expressae sint, alioquin nihil omnino futurae; veruntamen sana ratio docet inter eas atque ideas multum discriminis intercedere. Ita nobis quidem verba obscurissima, si rem ipsam spectemus, interpretanda esse videntur. Superest ut de singulis verbis nonnihil admoneamus, ne forte interpretatio nostra laborare videatur. Itaque primum quidem ἑαυτῆς ἐστίν ne quis in posterum vitiosum et cum Stephano in αὐτῆς mutandum censeat, hunc in modum accipe: sui ipsius est proprium, ad ipsam pertinet. Deinde ad ἣ μηδὲν τὸ παράπαν αὐτὴν εἶναι ex antecedenti προσήκει assumendum ἀναγκαῖον, quod genus loquendi affatim illustravimus ad Remp. VI. p. 490. A. Men. p. 96. E. Porro ἀντεχομένην, accusativus, post dativum illatus, usu loquendi haud ita raro, de quo v. ad Criton. p. 51. D. Sympos. p. 176. D. Euthyphr. p. 5. A. al. Denique βοηθός praegnanti sensu dictum pro βοηθῶν διδάσκει, unde deinceps ὡς γενήσεσθον infertur; conf. ad Protagor. p. 323. A. Ita igitur ratio nostrae interpretationis utique constat.

D. τὴν δὲ γενέσεως τιθήνην ὑγραινομένην —] Materiam censet, antequam mundus conderetur (ὁ οὐρανός), in aquam et ignem versam, terraeque et aëris formas suscipientem aliaque patientem similia omniformem visam esse; quoniam autem viribus disparibus nec aequilibribus repleta fuerit, ipsam nulla sui parte fuisse aequilibrem, sed immoderate et ipsam esse agitatam et vicissim alia agitavisse: ita factum esse, ut discretis suapte vi ac natura levibus atque gravibus similia inter se coirent, atque ex infinita materia infinita rerum elementa existerent. Id enim voluisse philosophum, ex iis, quae sequuntur, clarum est

πυρουμένην καὶ τὰς γῆς τε καὶ ἀέρος μορφὰς δεχομένην, καὶ ὅσα τούτοις ἄλλα πάθη ξυνέπεται πάσχουσαν, παντοδαπὴν μὲν ἰδεῖν φαίνεσθαι, διὰ δὲ τὸ μήθ' ὁμοίων δυνάμεων μήτ' ἰσοῤῥόπων ἐμπίπλασθαι κατ' οὐδὲν αὐτῆς ἰσοῤῥοπεῖν, ἀλλ' ἀνωμάλως πάντῃ ταλαντουμένην σείεσθαι μὲν ὑπ' ἐκεί-

E (margin)

E. *κατ' οὐδὲν αὐτῆς ἰσοῤῥοπεῖν*] Sic Par. AFSY. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Ambr. s. x. Vat. εο. Flor. a. b. β. c. Scribebatur *αὐτοῖς*.

ὑπὸ τῶν πλοκάνων] Sic plurimi libri cum Ald. Bas. 1. et 2. Stephanus edidit *πλοκάμων*, ut est in Ambr. s. Vat. r. Flor. n.

et perspicuum, siquidem deus dicitur, quum ad mundum condendum accederet, ista omnia numeris demum atque figuris distinxisse atque ornavisse. Mirabile vero alicui videatur hoc Platonis decretum, quandoquidem, qui factum sit, ut quasi facto sedimento quodam consimiles elementorum particulae in unum coirent, ne verbo quidem indicatur. Videmur tamen causam reperisse satis probabilem, quamobrem philosophus ita statuerit. Voluit enim primum cogitatam ab ipso divino numine esse materiae corporum ab ideis diversitatem, quo ipso *ὄγκοι*, sive massae, extiterunt, qui esse quidem viderentur, nec tamen iam revera essent aut finiti extitissent. Quod ut ita esse suspicemur, facit locus Parmenidis p. 164. D. usque ad p. 165. D. nondum ille ad hunc usque diem a quoquam satis intellectus. Ibi enim docetur, *τὸ ἕν*, id est ideam, si relative negetur, hoc est statuatur ab alio quopiam esse diversum, *τὰ ἄλλα* omnia esse *videri* atque moles quasdam efficere nondum certis quibusdam formis et rationibus distinctas et ornatas. Itaque ideas docetur, siquidem notis determinentur negantibus, hanc habere cum rebus ipsis necessitudinem, ut hae tantummodo in universum ab illis distinguantur et quasi quandam essentiae communionem nancisci videantur. Quod praeclare in hunc locum convenit. Tantum igitur abest, ut Plato in hac re illustranda atomisticorum temeritatem secutus sit gravissima quaeque fortunae et casus ludibrio tribuentium, ut suam de ideis doctrinam constanter tenuisse videatur. Sed haec quorsum spectent et quam vim habeant, clarius aliquando intelligetur, ubi Parmenidem nostrum in lucem publicam emiserimus.

E. *παντοδαπὴν μὲν ἰδεῖν φαίνεσθαι*] Phaedon. p. 84. C. *ὡς ἰδεῖν ἐφαίνετο*, ubi v. ann. Dein *κατ' οὐδὲν αὐτῆς* dictum ut antea p. 51. A. *κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ*. Prave vulgo *αὐτοῖς*. De proximis Etymolog. M. p. 744. = 674. ed. Lips. *τάλαντον οὖν ἡ στάθμη, καὶ ταλαντεύειν τὸ σταθμίζειν καὶ ζυγοστατεῖν. ἐν Τιμαίῳ, Τὴν γῆν κ. τ. λ., μεταφορικῶς, ἀπὸ τῶν ζυγῶν· ἐπεὶ τὸ ζυγεῖν ταλαντᾶν λέγουσι, καὶ ὑπερταλαντᾶν τὸ ὑπερβαρεῖν.*

νων αὐτήν, κινουμένην δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνα σείειν· τὰ δὲ κινούμενα ἄλλα ἄλλοσε ἀεὶ φέρεσθαι διακρινόμενα, ὥςπερ τὰ ὑπὸ τῶν πλοκάνων τε καὶ ὀργάνων τῶν περὶ τὴν τοῦ σίτου κάθαρσιν σειόμενα καὶ ἀναλικνώμενα τὰ μὲν πυκνὰ καὶ βαρέα ἄλλῃ, τὰ δὲ 53 μανὰ καὶ κοῦφα εἰς ἑτέραν ἵζει φερόμενα ἕδραν·

Denique Par. A. scribit πλοχάνων, quam formam in Lexicon suum retulit Suidas. v. annot. Dein ἀναλικνώμενα Ven. Σ. Vind. Vat. ϵ. Flor. a. b. n. x. et pr. Par. A. Vat. Θ. Vett. editt. ἀναλικμώμενα. Alii libri habent ἀνικμώμενα, ἀνικνώμενα, ἀναλισκώμενα, ἀνακυκλώμενα, ἀνακλώμενα. Sed satis errorum.

Laudant locum etiam Photius Lexic. in v. ταλαντοῦσθαι, atque Suidas. Gloss. Timaei p. 247. ταλαντοῦσθαι. ἑτεροφορεῖσθαι.

ὥςπερ τὰ ὑπὸ τῶν πλοκάνων —] Male quidam πλοκάμων. Vere iam Aldus πλοκάνων. Locum expressit Plutarch. De defectu oracul. p. 693. = p. 359. ed. Hutten. ubi Wyttenbachius scripsit πλοχάνων, Suidae secutus auctoritatem, qui πλόχανον, inquit, πλέγμα, ᾧ σῖτος καθαίρεται, quae ipsa verba scholiastae sunt ad h. l. Quam scripturam unice probat Schneiderus ad Theophrast. Histor. Plantar. T. III. p. 358. libr. IV. 10. nec tamen in Lexico s. v. comprobavit. Nec vero secutus est Pollux. X. 129. Dein ἀναλικνώμενα si non plurimi, at certe optimi libri. Praestat tamen ἀναλικμώμενα. Astius coniecit ἀνικμώμενα. Id certe habuisse videtur Grammaticus in Bekkeri Anecdott. T. I. p. 405. Ἀνικμώμενα· ταὐτὸ τῷ λικμώμενα, ὡς ἐν Τιμαίῳ Πλάτων. Triplex igitur verbi forma affertur, ἀναλικνᾶν, ἀναλικμᾶν et ἀνικλᾶν vel ἀνικμᾶν. De qua scripturae discrepantia paucis dicendum. Hesychius: Ἀνικλώμενον· ἀνακαθαιρόμενον. Idem in v. Ἀφικλῶντο· ἀπεσείοντο ἢ ἀποελῶντο. ubi Hemsterhusius probavit ἀφικμῶντο. Et sane scriptura per μι vera videtur, siquidem in usu fuit ἰκμάω, verbum simplex, non item ἰκνάω. Praeter istud ἰκμάω autem etiam λικμάω usitatum fuit: unde prodiit duplex forma ἀναλικμάω et ἀνικμάω. Prior apud Platonem quidem praeferenda videtur, propterea quod λικμᾶν, non item ἰκμᾶν prosae orationis scriptoribus placuisse videtur. Xenoph. Oecon. 18. 2. οἱ λικμῶντες. Ibid. καθορῶμεν τὸν σῖτον λικμῶντες. Ibid. §. 7. et 8. Theophrast. Hist. Plant. IV. 14. ἐὰν δὲ λικμῶνται πάλιν, ubi vulgo scribebatur ἐὰν δὲ ἰκμῶνται πάλιν. Est autem λικμᾶν ventilabro purgare. Ventilator Homero est λικμητήρ Iliad. ν'. v. 590. Quod interpretatur Hesychius ἀποχωρίζων τοὺς καρποὺς καὶ τὰ ἄχυρα. Voc. μανόν Timaeus Gloss. p. 177. interpretatur τὸ ἀραιόν. Legitur etiam infra p. 75. C. p. 78. D. p. 79. C. p. 85. C. et ex coniectura Cornarii p. 65. C.

τότε οὕτω τὰ τέτταρα γένη σειόμενα ὑπὸ τῆς δεξαμενῆς, κινουμένης αὐτῆς οἷον ὀργάνου σεισμὸν παρέχοντος, τὰ μὲν ἀνομοιότατα πλεῖστον αὐτὰ ἀφ' αὑτῶν ὁρίζειν, τὰ δ' ὁμοιότατα μάλιστα εἰς ταὐτὸν ξυνωθεῖν, διὸ δὴ καὶ χώραν ταῦτα ἄλλα ἄλλην ἴσχειν, πρὶν καὶ τὸ πᾶν ἐξ αὐτῶν διακοσμηθὲν γενέσθαι. καὶ τὸ μὲν δὴ πρὸ τούτου πάντα ταῦτ' ἔχειν ἀλόγως καὶ ἀμέτρως· ὅτε δ' ἐπεχειρεῖτο κοσμεῖ-
B σθαι τὸ πᾶν, πῦρ πρῶτον καὶ γῆν καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ, ἴχνη μὲν ἔχοντα αὑτῶν ἄττα, παντάπασι μὴν διακείμενα ὥσπερ εἰκὸς ἔχειν ἅπαν ὅταν ἀπῇ τινὸς θεός, οὕτω δὴ τότε πεφυκότα ταῦτα πρῶτον διε-

P. 53. ὑπὸ τῆς δεξαμενῆς] Vat. Θ. Flor. F. Mon. et Flor. δεξαμένης. v. Phrynichum p. 321. ibique Lobeck. et quae de vocis δεξαμενὴ cum participio δεξαμένη confusione exposuit Gataker. ad Antonin. VII. 3.

ἀφ' αὑτῶν ὁρίζειν] V. ὑφ' αὐτῶν. Emendavimus ex codd. mss. plurimis.

μάλιστα εἰς ταὐτὸν ξυνωθεῖν] Sic Par. AFY. Mon. Ambr. s. Vat. o. Tub. Flor. b. β. n. x. Vett. editt. πάλιν εἰς ταὐτὸ ξυν.

P. 53. σειόμενα ὑπὸ τῆς δεξαμενῆς] V. δεξαμένης, quod emendavit Bekkerus. v. Reiz. De accentus inclinatione p. 117. ed. Wolf.

τὸ μὲν δὴ πρὸ τούτου] Sc. πρὸ τοῦ διακοσμηθὲν αὐτὸ γενέσθαι.

B. ἴχνη μὲν ἔχοντα αὑτῶν ἄττα] Quod elementa ante mundum conditum ait vestigia quidem sui quaedam habuisse, sed tamen temere et immoderate fluctuasse, id pertinet haud dubie eo, ut tum infinita fuisse intelligantur necdum aliqua forma et ratione praedita. Quocirca deus ea deinde finita reddidit, ita ut in species et numeros distinguerentur. Etenim numeri et figurae sunt quasi formae, quibus indutae res existunt finitae atque generantur. Quod ipsum placuit Pythagoreis imprimisque Philolao, de quo v. Boeckh. in Philolao p. 64 sqq.

παρὰ πάντα — ὑπαρχέτω] id nobis per omnia ita positum esto, ut semper ita statuatur. Dein ἀήθει λόγῳ est mathematica demonstratione, quam tamen perceptum iri ab audientibus sperat, quia μετέχουσι τῶν κατὰ παίδευσιν ὁδῶν, h. e. doctrinae viam et rationem tenent. Ceterum in his desinit Chalcidii Commentarius.

C. Πρῶτον μὲν δή — παντί] V. p. 31. B. sqq.

τὸ δὲ βάθος αὖ — φύσιν] Contra haec verba disputat Aristoteles De Coelo III. 1. p. 369. B. ubi corpora docet e planis effici non posse. At

σχηματίσατο εἴδεσί τε καὶ ἀριθμοῖς. τὸ δὲ ᾗ δυνατὸν ὡς κάλλιστα ἄριστά τε ἐξ οὐχ οὕτως ἐχόντων τὸν θεὸν αὐτὰ ξυνιστάναι, παρὰ πάντα ἡμῖν, ὡς ἀεὶ, τοῦτο λεγόμενον ὑπαρχέτω. νῦν δ' οὖν τὴν διάταξιν αὐτῶν ἐπιχειρητέον ἑκάστων καὶ γένεσιν ἀήθει λόγῳ πρὸς ὑμᾶς δηλοῦν· ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ μετέχετε τῶν κατὰ παίδευσιν ὁδῶν, δι' ὧν ἐνδείκνυσθαι τὰ λεγόμενα ἀνάγκη, ξυνέψεσθε. C

Πρῶτον μὲν δὴ πῦρ καὶ γῆ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ ὅτι σώματά ἐστι, δῆλόν που καὶ παντί. τὸ δὲ τοῦ σώματος εἶδος πᾶν καὶ βάθος ἔχει. τὸ δὲ βάθος αὖ

B. πῦρ πρῶτον καὶ γῆν —] Par. A. Vat. Θ. Flor. x. πῦρ πρῶτον καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα, qui ordo verborum parum placet. Dedit tamen Bekkerus. Dein αὐτῶν Flor. β. et Par. S. pro vulg. αὐτῶν praebuerunt. Pro ἄττα autem plerique vitiose αὐτά habent.

οὕτω δὴ τότε] V. δέ, quod rursus plurimi optimique libri mss. iure aspernantur. Dein τε post εἴδεσι ex Par. A. inseruimus.

ἄριστά τε ἐξ οὐχ οὕτως] V. ἄριστά τε καὶ ἐξ οὐχ. Recte om. καὶ Par. AF. Vat. o. Flor. x. Dein παρὰ πάντα pro vulg. περὶ πάντα obtulerunt codd. fere omnes.

enim vero Plato non plana, sed corpora solida planis terminata in hac disputatione sua ob oculos habuit; quamobrem sic argumentatur: ,,Elementa omnia sunt corpora solida: itaque altitudinem et latitudinem habeant necesse est; ergo sunt superficiebus circumscripta. Iam vero superficies omnes e triangulis oriuntur rectangulis; horum autem duplex genus est, aequicrurum alterum (Euclid. I. 24. ἰσοσκελὲς δὲ τὸ τὰς δύο μόνας ἴσας ἔχον πλευράς), alterum scalenum, quod latera habet inaequalia, (Euclid. I. 25. σκαληνὸν δὲ τὸ τὰς τρεῖς ἀνίσας ἔχον πλευράς). Ergo ex his elementa oriri consequitur. Enimvero formam quidem certe rudis illa atque informis materia inde nacta est: atque id ipsum putamus Platonem voluisse. Iam vero quaeritur, cur philosophus superficierum originem e triangulis repetierit. Cuius rei rationem Proclus memoriae prodidit in Euclid. II. p. 46. ubi hoc decretum Pythagoreis deberi narrat. Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι, inquit, τὸ μὲν τρίγωνον ἁπλῶς ἀρχὴν γεννήσεως εἶναί φασι καὶ τῆς τῶν γεννητῶν εἰδοποιΐας κ. τ. λ. quem locum tractavit Boeckhius in Philolao p. 154. sqq. conf. etiam Tiedemann. in Graeciae antiquissimis philosophis p. 437. et p. 418. qui horum omnium decretorum originem Pythagoricam esse ideo statuit, quia cum mythologica Pythagoreorum doctrina de numeris admodum consentiant. Mihi tamen non est dubium, quin hic quoque Plato decreta physicorum Ionicorum et atomistico-

πᾶσα ἀνάγκη τὴν ἐπίπεδον περιειληφέναι φύσιν. ἡ δὲ ὀρθὴ τῆς ἐπιπέδου βάσεως ἐκ τριγώνων ξυνέστηκε. τὰ δὲ τρίγωνα πάντα ἐκ δυεῖν ἄρχεται τριγώνοιν,
D μίαν μὲν ὀρθὴν ἔχοντος ἑκατέρου γωνίαν, τὰς δὲ δύο ὀξείας· ὧν τὸ μὲν ἕτερον ἑκατέρωθεν ἔχει μέρος γωνίας ὀρθῆς πλευραῖς ἴσαις διῃρημένης, τὸ δὲ ἕτερον ἀνίσοις ἄνισα μέρη νενεμημένης. ταύτην δὴ πυρὸς ἀρχὴν καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων ὑποτιθέμεθα κατὰ τὸν μετ' ἀνάγκης εἰκότα λόγον πορευόμενοι· τὰς δ' ἔτι τούτων ἀρχὰς ἄνωθεν θεὸς οἶδε καὶ ἀνδρῶν ὃς
E ἂν ἐκείνῳ φίλος ᾖ. Δεῖ δὴ λέγειν ποῖα κάλλιστα σώματα γένοιτ' ἂν τέτταρα, ἀνόμοια μὲν αὐτὰ ἑαυτοῖς, δυνατὰ δὲ ἐξ ἀλλήλων αὐτῶν ἄττα διαλυόμενα γίγνεσθαι. τούτου γὰρ τυχόντες ἔχομεν τὴν ἀλή-

πάντα ἐκ δυεῖν ἄρχεται τριγώνοιν] Pro ἅπαντα Par. A. Flor. x. suppeditavit πάντα. Loco vulg. δυοῖν Par. D. et Flor. x. δυεῖν. Pro ἄρχεται, quod habent optimi atque plurimi, vulgo legebatur ἄρχονται. Denique τριγώνοιν, quod vulgo aberat, restitutum est ex Par. AFS. Vat. Θ. Mon. Vat. c. Tub. Flor. x., qui partim τριγώνων scriptum habent.

D. ταύτην δὴ πυρὸς ἀρχήν] V. δέ, praeter fidem librorum mss. Dein vett. editt. ὑποτιθώμεθα, quod ex Par. A. Vat. o. Flor. x. mutatum.

τὰς δ' ἔτι τούτων] V. τὰς δέ τι τ. quod iam Steph. recte emendavit. Veram lectionem servarunt Flor. β. corr. et Par. AF. Vat. Θ. Mon. Vat. o.

rum cum ratione Pythagoreorum omnia ad numeros et figuras referentium copulaverit. Quamquam illa omnia immutavit sic, ut quae hic traduntur, ipsius Platonis ingenio deberi videantur. Simplicius in Physica Aristot. p. 30. B. ὡς οὖν ὁ Πλάτων ἐπίπεδα εἶπεν εἶναι τὰ πρῶτα καὶ ἐλάχιστα σώματα, οὕτως ὁ Ξενοκράτης γραμμὰς ἀδιαιρέτους μὲν διὰ σμικρότητα, διαιρετὰς δὲ καὶ αὐτὰς τῇ φύσει. Idem ad Aristot. De Coelo lib. III. c. 1. p. 139. B. Ceterum de istiusmodi symbolis Pythagoreorum v. Meurs. Denar. Pythagor. p. 6 sqq.

ἡ δ' ὀρθὴ τῆς ἐπιπέδου βάσεως] quae autem recta est de plana basi, i. e. recta vero atque plana. Constructio satis crebra, de qua diximus ad Sympos. p. 209. A. Remp. III. p. 416. B. al.

γενέσεως πέρι γῆς τε καὶ π.] Tenendum est igitur hic non agi de natura sed de generatione elementorum, id quod praeteriit Boeckhium Commentat. de Platonica corporis mundani fabrica p. XXV. — τῶν τε ἀνὰ λόγον ἐν μέσῳ, sc. ὄντων. i. e. aquae et aëris; nam terrae crassissimum, aëris tenuissimum elementum.

θειαν γενέσεως πέρι γῆς τε καὶ πυρὸς τῶν τε ἀνὰ λόγον ἐν μέσῳ· τότε γὰρ οὐδενὶ συγχωρησόμεθα καλλίω τούτων ὁρώμενα σώματα εἶναί που καθ' ἓν γένος ἕκαστον ὄν. τοῦτ' οὖν προθυμητέον, τὰ διαφέροντα κάλλει σωμάτων τέτταρα γένη συναρμόσασθαι καὶ φάναι τὴν τούτων ἡμᾶς φύσιν ἱκανῶς εἰληφέναι. τοῖν δὴ δυοῖν τριγώνοιν τὸ μὲν ἰσοσκελὲς μίαν εἴ- 54
ληχε φύσιν, τὸ δὲ πρόμηκες ἀπεράντους. προαιρετέον οὖν αὖ τῶν ἀπείρων τὸ κάλλιστον, εἰ μέλλομεν ἄρξεσθαι κατὰ τρόπον. ἂν οὖν τις ἔχῃ κάλλιον ἐκλεξάμενος εἰπεῖν εἰς τὴν τούτων ξύστασιν, ἐκεῖνος οὐκ ἐχθρὸς ὢν ἀλλὰ φίλος κρατεῖ· τιθέμεθα δ' οὖν τῶν πολλῶν τριγώνων κάλλιστον ἕν, ὑπερβάντες τἆλλα, ἐξ οὗ τὸ ἰσόπλευρον τρίγωνον ἐκ τρίτου συνέστηκε. B

E. *μὲν αὐτὰ ἑαυτοῖς*] Inserui αὐτὰ e Flor. x. et Vat. ο.

ἔχομεν τὴν ἀλήθειαν] V. ἔχοιμεν, quod certe ἂν requireret. Indicativum debemus Par. A. Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Ambr. x. Vat. ϱο. Flor. a. c. o. Mox τε post γῆς inseruimus ex Par. A. Vat. ο. Flor. x.

V. 54. *τοῖν δὴ δυοῖν τρ.*] V. δέ, contra librorum mss. auctoritatem.

φίλος κρατεῖ] V. κρατοῖ, quod in nullo codice repertum.

B. *ἐκ τρίτου συνέστηκε*] V. ἐκ τρίτων. Singularem numerum codd. ferme omnes exhibent.

P. 54. *τὸ μὲν ἰσοσκελὲς — ἀπεράντους*] Illud igitur, quod est ἰσοσκελές, est simplex et unam habet naturam; hoc autem oblongum, quod infinitam admittit varietatem. Vides τὸ ἰσοσκελὲς simile esse τῷ ταὐτῷ, alterum autem τῷ θατέρῳ, de quibus dictum est antea. Ex quo consequi videtur, ut Platonem existimare debeamus terram pro perfectissimo elementorum habuisse. At enim vero eum probavisse contrarium quum aliunde intelligatur, satius erit existimare secundum eius sententiam in rebus sub sensibus subiectis contrariam obtinere rationem atque illam, quae valet in mundo intelligibili, ita ut constantissimum et solidissimum quodque etiam sit crassissimum ac solidissimum.

οὐκ ἐχθρὸς ὤν, ἀλλὰ φίλος κρατεῖ] Habent haec verba speciem proverbii. Est autem κρατεῖν superiorem discedere, h. e. sententia sua vincere, Recht haben; ut Phaedr. p. 272. A. ὁ μὴ πειθόμενος κρατεῖ. Legg. VIII. p. 839. A.

ἐξ οὗ τὸ ἰσόπλευρον — ξυνέστηκε] Ex triangulis illis infinitis deligit unum, id-


διότι δέ, ὁ λόγος πλείων· ἀλλὰ τῷ τοῦτο ἐλέγξαντι καὶ ἀνευρόντι δὴ μὴ οὕτως ἔχον κεῖται φιλία τὰ ἆθλα. προῃρήσθω δὴ δύο τρίγωνα, ἐξ ὧν τό τε τοῦ πυρὸς καὶ τὰ τῶν ἄλλων σώματα μεμηχάνηται, τὸ μὲν ἰσοσκελές, τὸ δὲ τριπλῆν κατὰ δύναμιν ἔχον τῆς ἐλάττονος τὴν μείζω πλευρὰν ἀεί. Τὸ δὴ πρόσθεν ἀσαφῶς ῥηθὲν νῦν μᾶλλον διοριστέον. τὰ γὰρ τέτταρα γένη δι' ἀλλήλων εἰς ἄλληλα ἐφαίνετο πάντα

ἀνευρόντι δὴ μὴ οὕτως] V. δέ. Recte Ven. Ξ. Flor. β. δὴ μή. Plerique libri errore δὴ οὕτως ἔχον. Dein vulgo φίλια, quod Bekk. ex Par. A. et Ricard. mutavit.

προῃρήσθω δὴ δύο τρ.] V. δέ, contra codices.

que iudicat esse certas quasdam ob causas longe praestantissimum. Quod quale sit, his ipsis verbis declaratur. Vult enim esse tale, ex quo triangulum aequalia habens latera ipsum tertium sit compositum, h. e. sic ut ipsum tertium praeter duo alia triangula evaserit. Nam id ἐκ τρίτων s. ἐκ τρίτου (das selbdritte) significat, veluti Sympos. p. 213. B. Gorg. p. 500. A. ubi hunc usum tetigit Heindorfius. Secus, opinor, intellexit Boeckhius De Platonica corporis mundani fabrica p. XXII. qui interpretatur ex tertiis partibus. Eandem rem Timaeus paullo post significat his verbis: τριπλῆν κατὰ δύναμιν ἔχον τῆς ἐλάττονος τὴν μίαν πλευρὰν ἀεί, et mox rursus his: τὸ τὴν ὑποτείνουσαν τῆς ἐλάττονος πλευρᾶς διπλασίαν ἔχον μήκει. Intelligitur igitur triangulum rectangulum, cuius hypotenusa aequat duplicem longitudinem minoris catheti. Quale triangulum, ubi eiusdem naturae et magnitudinis triangulo ita componitur, ut coniunctio fiat in maiore catheto, tertium oritur triangulum, quod est aequilaterum.

Res facillima intellectu hac demonstratione fiet clarior, quam praeivit Boeckhius l. c. p. XIX.



Sit ABD triangulum rectangulum, et cathetus minor BD dimidia hypotenusae AB. Apponatur dein triangulum ACD = ABD. Ita erit ABC triangulum aequilaterale. Nam anguli ADB et ADC recti sunt; itaque linea BC est recta. Deinde latus AC = AB, et linea CD = BD; quum igitur linea CD dimidia sit lineae AB, duplicata linea CD = BC erit = AB. Igitur AB = BC = AC, unde patet ABC esse triangulum aequilaterale.

B. κεῖται φιλία τὰ ἆθλα] Proverbialis loquutio. Quod autem τὰ ἆθλα dicuntur κεῖσθαι et προκεῖσθαι, nihil hoc usu loquendi frequentius. v. Xenoph. Mem. III. 1, 14. Cyrop. II. 3, 2. al. Ipsa sententia illustrior fiet proxima disputatione de huius trigoni virtutibus.


τὸ δὲ τριπλῆν κατὰ δύ-

γένεσιν ἔχειν, οὐκ ὀρθῶς φανταζόμενα· γίγνεται μὲν γὰρ ἐκ τῶν τριγώνων ὧν προῃρήμεθα γένη τέτταρα, τρία μὲν ἐξ ἑνὸς τοῦ τὰς πλευρὰς ἀνίσους ἔχοντος, τὸ δὲ τέταρτον ἓν μόνον ἐκ τοῦ ἰσοσκελοῦς τριγώνου ξυναρμοσθέν. οὔκουν δυνατὰ πάντα εἰς ἄλληλα διαλυόμενα ἐκ πολλῶν σμικρῶν ὀλίγα μεγάλα καὶ τοὐναντίον γίγνεσθαι, τὰ δὲ τρία οἷόν τε· ἐκ γὰρ ἑνὸς ἅπαντα πεφυκότα, λυθέντων τε τῶν μειζόνων C

τὴν μείζω πλευράν] V. *τὴν μίαν πλ.* invitis libris mss. Verum iam Bas. 2. habet.

Τὸ δὴ πρόσθεν ἀσαφῶς] V. *δέ*, contra codices. Pro *ἀσαφῶς*, quod habent Par. A F. Vat. o. Flor. x. Vat. Θ. corr. et Bas. 2., vulgo legebatur *οὐκ ἀσφαλῶς*. Alii *ἀσφαλῶς*.

ναμιν —] *Τὴν μείζω πλευράν* est maiorem cathetum, quam vult esse triplo semper maiorem quam cathetum alteram *κατὰ δύναμιν*, h. e. potentia, quae a mathematicis vocatur, sive quadrato. Nam ita *δύναμις* et *δύνασθαι* usurpatur, veluti Theaet. p. 147. D. p. 148. A. B. Epinom. p. 990. E. Politic. p. 226. B. al. conf. Euclid. Elem. XII. 1. XIII. 13 sqq. Itaque aliud etiam hic theorema significatur. Quod quidem hoc est: „in trigono rectangulo, cuius hypotenusa longitudine aequat minorem cathetum, quadratum maioris catheti triplum est quadratum minoris.“ Cuius quidem rei demonstratio admodum facilis est. Sit



AB hypotenusa dupla minoris catheti BD, erit quadratum maioris catheti AD triplum quadratum minoris BD. Nam linea AB est duplum lineae BD; ergo □ AB quadruplum □ BD est. Sed □ AD ex theoremate Pythagorico aequale est quadrato AB demto □ BD: ergo □ AD triplum est □ BD. conf. Boeckh. l. c. p. XXI. qui rem bene expedivit, modo figura rectius delineetur, quam ibi typothetae errore factum est.

τὸ δὴ πρόσθεν ἀσαφῶς ῥηθὲν — διοριστέον] Corrigit nunc quod dixerat antea, quatuor elementa eam habere naturam, ut aliud possit in aliud facile transire. Quod secus esse docet, quoniam terra, utpote cubi vim naturamque referens, ceteris elementis sit solidior ideoque non possit eadem atque illa facilitate transformari. Hic quoque *εἰς ἄλληλα* iungendum cum *γένεσιν*, ut p. 49. B. ubi v. ann. Platonis sententiam de transformatione elementorum impugnat Aristotel. De generat. et corrupt. II. 5. coll. I. 8.

C. *γένη τέτταρα*] Intelligit tetraedron s. pyramidem, octaedron et icosaedron, quae vult ex trigono inaequalia latera habente prodire, atque cubum, quem oriri statuit e triangulo aequicruro. Itaque cubus quum diversam habeat originem, fieri non posse ait, ut omnia in alia dissolvantur, sed tribus tantummodo hanc vicissitudinem


πολλὰ σμικρὰ ἐκ τῶν αὐτῶν ξυστήσεται, δεχόμενα τὰ
D προςήκοντα ἑαυτοῖς σχήματα, καὶ σμικρὰ ὅταν αὖ πολλὰ κατὰ τὰ τρίγωνα διασπαρῇ, γενόμενος εἷς ἀριθμὸς ἑνὸς ὄγκου μέγα ἀποτελέσειεν ἂν ἄλλο εἶδος ἕν. ταῦτα μὲν οὖν λελέχθω περὶ τῆς εἰς ἄλληλα γενέσεως. Οἷον δὲ ἕκαστον αὐτῶν γέγονεν εἶδος καὶ ἐξ ὧν ξυμπεσόντων ἀριθμῶν, λέγειν ἂν ἑπόμενον εἴη. ἄρξει δὴ τό τε πρῶτον εἶδος καὶ σμικρότατον ξυνιστάμενον. στοιχεῖον δ' αὐτοῦ τὸ τὴν ὑποτείνου-

C. *ἑαυτοῖς σχήματα*] Vulgarem verborum ordinem, σχήματα ἑαυτοῖς, optimorum librorum auctoritate invertimus.

D. *κατὰ τὰ τρίγωνα*] Articulum ex Vat. Θ. Par. FSY. Mon. Vat. r. Flor. x. suscepimus.

ἀποτελέσειεν ἂν ἄλλο] Pro ἂν vulgo scribebatur αὖ, quod attribuit. Quae sequuntur, ἐκ γὰρ ἑνὸς κ. τ. λ., sic interpreteris: *natura enim fert, ut omnia ex uno oriantur; solutisque maioribus multa parva ex iisdem existent, dum convenientes sibi accipiunt figuras rursusque ubi parva multa in triangula sunt dispersa, unus existens numerus unius molis magnam absolverit speciem eamque unam atque aliam.* Quae quid valeant, iis, qui non intelligunt, non exponere satius esse putamus.

D. *ξύνδυο δὲ τοιούτων κατὰ διάμετρον ξυντ.*] Non ignotum potest esse iis, qui vel primis labiis gustarunt mathematica, lineas rectas, quae in triangulo aequilaterali ex angulis ad mediam oppositi lateris partem ducuntur, triangulum aequilaterale dividere in sex triangula rectangula: quorum ipsorum hypotenusae aequales sunt lateribus brevioribus rectos angulos efficientibus, sed bis sumtis. Quod ipsum Plato hic praecepit. Nam ex eius sententia ubi sena triangula rectangula eiusdem magnitudinis, in quibus singulis hypotenusa aequat duplicem longitudinem catheti minoris, ita componuntur, ut bina in hypotenusa et minore catheto iungantur, fit inde triangulum aequilaterale. Id quod recte iudicio perspexit *Windischmannus* Interpret. Germ. p. 88. et post eum *Boeckhius* l. c. p. XX. qui hac utitur demonstratione.



Apponatur, inquit, primum triangulum AGB in minore catheto ad alterum CGB, et ad hoc tertium CGD in hypotenusa CG, tertium ad quartum DGE in minore catheto DG, quartum

σαν τῆς ἐλάττονος πλευρᾶς διπλασίαν ἔχον μήκει
ξύνδυο δὲ τοιούτων κατὰ διάμετρον ξυντιθεμένων E
καὶ τρὶς τούτου γενομένου, τὰς διαμέτρους καὶ τὰς
βραχείας πλευρὰς εἰς ταὐτὸν ὡς κέντρον ἐρεισάντων,
ἓν ἰσόπλευρον τρίγωνον ἐξ ἓξ τὸν ἀριθμὸν ὄντων
γέγονε· τρίγωνα δὲ ἰσόπλευρα ξυνιστάμενα τέτταρα
κατὰ σύντρεις ἐπιπέδους γωνίας μίαν στερεὰν γωνίαν
ποιεῖ, τῆς ἀμβλυτάτης τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν ἐφεξῆς 55
γεγονυῖαν· τοιούτων δὲ ἀποτελεσθεισῶν τεττάρων

correctum ex libris optimis.

καὶ ἐξ ὧν] Par. A. ὅσων, quod dedit Bekker.

ἄρξει δὴ τό τε πρῶτον] V. δέ, invitis codicibus.

ξύνδυο δὲ τοιούτων] τοιούτων Par. AF. Vat. ο. Flor. x. et corr. β. Vett. editt. τούτων.

ad quintum EGF in hypotenusa EG, quintum ad sextum FGA in minore catheto FG; erit inde natum trigonum aequilaterale ACE. Etenim angulus ille, qui maiori catheto oppositus est, quique in singulis trigonis centro G adiacet, est angulus trigoni aequilateralis, et proinde terni anguli centro G circumdati efficiunt duos rectos, et seni quatuor rectos; ergo hypotenusa ultimi trigoni FGA cadit in hypotenusam primi AGB, neque inter illas spatium ullum relinquitur. Porro anguli ABG et GBC sunt recti: itaque AC est linea recta; et quum anguli GDC et GDE, item anguli GFE et GFA recti sint, etiam lineae CE et EA rectae erunt: igitur figura ACE est trigonum. Postremo quum maiores catheti omnes aequales sint, est AB = BC = CD = DE = EF = FA; ergo etiam AB + BC = CD + DE = EF + FA, hoc est AC = CE = EA. Itaque ACE trigonum est aequilaterum." Ne vero in verbis haereas, *κατὰ διάμετρον*, quod alias est **secundum lineam diagonalem**, nunc est **secundum hypotenusam**: sunt enim singulae hypotenusae, quibus bina trigona iunguntur, utique lineae diagonales, sicuti ex figura supra apposita intelligere licet. Ceterum eandem rem tractavit **Timaeus Locrus** p. 98. A.

τρίγωνα δὲ ἰσόπλευρα — ποιεῖ] Ex quaternis trigonis aequilateralibus secundum ternos planos angulos compositis, ita ut unum solidum angulum efficiant, oritur **tetraedron**, ut haec ostendit figura:



Is autem solidus angulus dicitur *τῆς ἀμβλυτάτης τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν ἐφεξῆς εἶναι*, hoc est, esse **obtusissimus**, qui proxime absit a recta linea sive a gradunm 180 mensura; nihil amplius. Ita igitur oritur *τὸ πρῶτον εἶδος στερεόν*, quod totum circuitum distribuit in aequales similesque partes.

πρῶτον εἶδος στερεόν, ὅλου περιφεροῦς διανεμητικὸν εἰς ἴσα μέρη καὶ ὅμοια, ξυνίσταται. δεύτερον δὲ ἐκ μὲν τῶν αὐτῶν τριγώνων, κατὰ δὲ ἰσόπλευρα τρίγωνα ὀκτὼ ξυστάντων, μίαν ἀπεργασαμένων στερεὰν γωνίαν ἐκ τεττάρων ἐπιπέδων· καὶ γενομένων ἓξ τοιούτων τὸ δεύτερον αὖ σῶμα οὕτως ἔσχε τέλος. τὸ
B δὲ τρίτον ἐκ δὶς ἑξήκοντα τῶν στοιχείων ξυμπαγέντων, στερεῶν δὲ γωνιῶν δώδεκα, ὑπὸ πέντε ἐπιπέδων τριγώνων ἰσοπλεύρων περιεχομένης ἑκάστης, εἴκοσι βάσεις ἔχον ἰσοπλεύρους τριγώνους γέγονε. καὶ τὸ μὲν ἕτερον ἀπήλλακτο τῶν στοιχείων γεννῆσαν ταῦτα, τὸ δὲ ἰσοσκελὲς τρίγωνον ἐγέννα τὴν τοῦ τε-

P. 55. B. *εἴκοσι βάσεις ἔχον*] Sic codd. plerique omnes. V. *ἔχων*. Dein *τριγώνους* additum ex Par. AF. Vat. o. Flor. x. Galen. De dogm. Hippocrat. et Plat. l. VIII. qui locum sic scriptum habet: *βάσεις ἔχον τριγώνους ἰσοπλεύρους γέγονε*. Statim post Par. A. mutato ordine *ταῦτα γεννῆσαν*.

P. 55. *δεύτερον δὲ ἐκ μὲν τῶν αὐτῶν τριγώνων*] Ex octonis trigonis aequilateralibus repetit originem octaedri. Quod quidem octo planities triangulares et sex angulos complectitur. Unde perspicuus erit horum verborum sensus.

τὸ δὲ τρίτον ἐκ δὶς ἑξήκοντα —] Describitur his verbis icosaedri origo. Quod constare dicitur ex bis sexaginta elementis compactis. Etenim habet illud viginti trigona aequilateralia, quorum unumquodque ex sex trigonis illis inaequalibus est conflatum, de quibus antea dictum est. Hinc igitur perspicuum erit, unde centum et viginti ista elementa proveniant.

B. *ἐγέννα τὴν τοῦ τετάρτου φύσιν*] Imperfectum respicit ad p. 54. C. *γίγνεται μὲν γὰρ ἐκ τῶν τριγώνων κ. τ. λ.* de quo usu loquendi vide ad Criton. p. 47. B. D. Phaedon. p. 72. A. supra ad p. 38. C. al. Est igitur idem quod *γεννᾶν ἐλέγομεν*. — *τὴν τοῦ τετάρτου φύσιν*, i. e. *τὸ τέταρτον εἶδος*; v. ad Sympos. p. 191. A.

τὸ δὲ ἰσοσκελὲς τρίγωνον ἐγ.] Ex trigono rectangulo aequilaterali oritur quadratum. Nam quaterna trigona aequilatera ita composita, ut recti anguli in centro iungantur, efficiunt quadratum: sena quadrata autem efficiunt cubum, qui est corporum solidissimus idemque gravissimus. — *κατὰ τέτταρα ξυνιστ.* quaterna componens. Deinceps, *κατὰ τρεῖς ἐπιπέδους κ. τ. λ.* est secundum ternas planas rectas unoquoque angulo composito.

C. *ἔτι δὲ οὔσης ξυστάσεως μιᾶς π.*] Praeterea quum una esset quinta compositio, deus ea usus est ad universi descriptionem. Significat dodecaedron, quod volt esse imaginem totius rerum universitatis. De qua re

τάρτου φύσιν, κατὰ τέτταρα ξυνιστάμενον, εἰς τὸ κέντρον τὰς ὀρθὰς γωνίας ξυνάγον, ἓν ἰσόπλευρον τετράγωνον ἀπεργασάμενον· ἓξ δὲ τοιαῦτα ξυμπαγέντα γωνίας ὀκτὼ στερεὰς ἀπετέλεσε, κατὰ τρεῖς ἐπιπέδους ὀρθὰς ξυναρμοσθείσης ἑκάστης· τὸ δὲ σχῆμα C τοῦ ξυστάντος σώματος γέγονε κυβικόν, ἓξ ἐπιπέδους τετραγώνους ἰσοπλεύρους βάσεις ἔχον. ἔτι δὲ οὔσης ξυστάσεως μιᾶς πέμπτης, ἐπὶ τὸ πᾶν ὁ θεὸς αὐτῇ κατεχρήσατο ἐκεῖνο διαζωγραφῶν. Ἃ δή τις εἰ πάντα λογιζόμενος ἐμμελῶς ἀποροῖ πότερον ἀπείρους χρὴ κόσμους εἶναι λέγειν ἢ πέρας ἔχοντας, τὸ μὲν ἀπείρους ἡγήσαιτ' ἂν ὄντως ἀπείρου τινὸς εἶναι δόγμα D

C. ἐκεῖνο διαζωγραφῶν] V. ἐκεῖνα. Veram lectionem servavit Par. A. et Flor. x.

ἐμμελῶς ἀποροῖ] V. ἀπορεῖ. Optativum habent Par. ASY. Vat. Θ. Ambr. s. Ricard. Vat. ο. Tub. Flor. b. β. n. x.

fusius agit qui nomen Locri Timaei mentitus est p. 98. B. Enimvero comprehendit dodecaedron duodena pentagona, ex quibus unumquodque in quina aequilatera dividitur: horum autem singula rursus habent sena triangula ἀνισόπλευρα. Itaque dodecaedron omnino continet sexaginta trigona aequilateralia, et trecenta sexaginta inaequalia trigona, qui posterior numerus convenit mirifice cum partibus, in quas zodiacus est descriptus. Id quod iam acute Plutarchus vidit Quaestion. Platt. IV. ubi de primariis hisce elementorum figuris copiosius disserit. Ceterum comparasse iuvabit quae de hac re doctissime exposuit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 304 sqq.

πότερον ἀπείρους χρὴ κόσμους —] Plutarchus De ει apud Delphos p. 389 = 530. T. VII. ed. Reisk. πολλὰ δὲ ἄλλα τοιαῦτα παρελθὼν τὸν Πλάτωνα προςάξομαι λέγοντα κόσμον ἕνα, ὡς εἴπερ εἰσὶ παρὰ τοῦτον ἕτεροι καὶ μὴ μόνος οὗτος, εἰς πέντε τοὺς πάντας ὄντας καὶ μὴ πλείονας. οὐ μὴν ἀλλὰ κἂν εἷς οὗτος ᾖ μονογενής, ὡς οἴεται καὶ Ἀριστοτέλης (De Coelo I. 9 sq.), τρόπον τινὰ καὶ τοῦτον ἐκ πέντε συγκείμενον κόσμον καὶ συνηρμοσμένον εἶναι, ὧν ὁ μέν ἐστι γῆς κ. τ. λ. Multa idem De Oraculor. Defectu p. 426 sqq. = p. 682 sqq. ed. Reisk. T. VII. p. 428 sqq. = 686 sq. quae omnia describere non vacat. Ceterum observabis elegantem dilogiam verborum: ἀπείρους — ἀπείρου (imperiti) τινὸς εἶναι, quae reperitur etiam Phileb. p. 17. E. τὸ δ' ἄπειρόν σε ἑκάστων καὶ ἐν ἑκάστοις πλῆθος ἄπειρον ἑκάστοτε ποιεῖ. Praeterea notabis rideri haud dubie Democritum, de quo Diogen. Laert. IX. 44. ἀπείρους (ἡγήσατο) εἶναι κόσμους. Cicero Acad. IV. 17. Democritum dicere innumerabiles esse mundos. De Nat.

ὧν ἔμπειρον χρεὼν εἶναι, πότερον δὲ ἕνα ἢ πέντε αὐτοὺς ἀληθείᾳ πεφυκότας λέγειν προσήκει, μᾶλλον ἂν ταύτῃ πᾶς εἰκότως διαπορήσαι. τὸ μὲν οὖν δὴ παρ' ἡμῶν ἕνα αὐτὸν κατὰ τὸν εἰκότα λόγον πεφυκότα μηνύει, ἄλλος δὲ εἰς ἄλλα πῃ βλέψας ἕτερα δοξάσει. Καὶ τούτων μὲν μεθετέον, τὰ δὲ γεγονότα νῦν τῷ λόγῳ γένη διανείμωμεν εἰς πῦρ καὶ γῆν καὶ

D. *μᾶλλον ἂν ταύτῃ πᾶς*] ἂν pro αὖ reposuimus ex Par. A. Vat. ρ. r. Flor. x. Nec dubitavimus πᾶς ex Vat. c. et Flor. x. restituere loco vulg. στάς, quod etiam Bekker. retinuit. Vat. Θ. ἱστάς.

εἰς ἄλλα πῃ βλέψας] V. ἀποβλέψας, quod optimi plurimique codd. mss. spernunt.

Deor. I. 24. De Fin. I. 6. Valer. Maxim. VIII. 24. Anaxarcho ex auctoritate Democriti innumerabiles esse mundos referenti. Origenes Philosophum. ἀπείρους δὲ εἶναι κόσμους καὶ μεγέθει διαφέροντας (ἐνόμιζεν). al. Eandem de multitudine mundorum sententiam quum ab aliis multis tum etiam ab Epicuro defensam esse constat. v. Theodoret. Serm. IV. Therap. Neque ab ea alienus fuit Diogenes Appolloniates De quo Eusebius Praepar. Ev. I. c. 5. et Theodoret. De cur. aff. Graec. IV. in. ἐδόκει αὐτῷ εἶναι κόσμους ἀπείρους, τόν τε ἀέρα πυκνούμενον καὶ ἀραιούμενον γεννητικὸν εἶναι τῶν κόσμων: ex quo patet, quatenus is ab Democrito hanc doctrinam suam ex atomis defendente dissenserit. Unum mundum etiam Pythagoram statuisse tradit Theodoretus d. l. conf. Gassendus ad Diog. L. X. 45. et Phys. Sect. I. Lib. I. c. 2.

D. *μᾶλλον ἂν ταύτῃ στὰς — διαπορήσοι*] Istud ταύτῃ στὰς nihil aliud esse potest nisi hoc: ταῦτα τὰ εἴδη τιθέμενος, quomodo qui locutus sit, novimus neminem. Et certe ἱστὰς scriptum oportebat. Itaque nondum poenitet, quod iam olim e Florentino quodam libro πᾶς recepimus. Cur vero de hoc dubitari posse censet? Nimirum propterea quod quatuor sunt rerum elementa, quae in unum coniuncta quintum quoddam efficiunt. — Dein τὸ παρ' ἡμῶν est nostra sententia, id quod nos statuimus.

τὰ δὲ γεγονότα νῦν τῷ λόγῳ γένη] De τῷ λόγῳ v. ad Remp. II. p. 377. D. et 361. B.

διανείμωμεν εἰς πῦρ — δῶμεν] Itaque nunc singulis elementis singulas figuras attribuit, tetraedron sive pyramidem igni, tanquam subtilissimo, octaedrum aeri, icosaedrum aquae, cubum denique terrae, quippe quae est omnium solidissima et gravissima. Saepenumero veteres hoc Platonis decretum memorant, quo mundo et elementis quinque corpora, quae a mathematicis appellantur perfecta, accommodanda censuit. Ad Pythagoram auctorem res refertur apud Plutarchum, qui dicitur, de placitis philosoph. II. 6. Iamblichum De Vita Pyth. §. 89. qui istud Pythagorae arcanum

ὕδωρ καὶ ἀέρα. γῇ μὲν δὴ τὸ κυβικὸν εἶδος δῶμεν. ἀκινητοτάτη γὰρ τῶν τεττάρων γενῶν γῆ καὶ τῶν E σωμάτων πλαστικωτάτη. μάλιστα δὲ ἀνάγκη γεγονέναι τοιοῦτον τὸ τὰς βάσεις ἀσφαλεστάτας ἔχον· βάσις δὲ ἥ τε τῶν κατ' ἀρχὰς τριγώνων ὑποτεθέντων ἀσφαλεστέρα κατὰ φύσιν, ἡ τῶν ἴσων πλευρῶν, τῆς τῶν ἀνίσων, τό τε ἐξ ἑκατέρου ξυντεθὲν ἐπίπεδον ἰσό-

γῇ μὲν δὴ τὸ κ.] δὴ accessit ex Par. AF. Vat. ο. Tub. Flor. β. x.

E. τῶν σωμάτων πλαστικωτάτη] V. σωματικῶν, quem errorem cum Par. A. Vat. ο. Tub. sustulimus.

ἡ τῶν ἴσων πλευρῶν] V. ἰσοπλεύρων, praeter fidem praestantissimorum librorum omnium.

ab Hippaso evulgatum esse memoriae prodidit; denique apud Euseb. Praep. Evang. XV. p. 843. et Stobaeum Eclogg. Phys. T. I. p. 452. ed. Heeren. quod tamen fragmentum totum ex Timaeo consarcinatum censemus. De eadem re disputat Aristot. De Coelo III. 8. p. 376. F. sq. eorum refutans opinionem, qui elementa figuris inter se differre statuant, qua disputatione sua haud dubie Platonem maxime spectavit. Frequentissime argumentum tetigit Plutarchus, veluti De εἰ Delphico p. 390. A. Quaest. Platon. IV. p. 1003. C. Symposiac. VIII. 2. p. 719. D. De Defectu Orac. p. 423. A. 426. E. 427. A. B. p. 428. A sqq. = p. 687. T. VII. ed. Reisk. unde haec adscripsisse iuvabit: ὅθεν ἐνιστάμενος τοῖς ἓν τὸ πᾶν ἀποφαίνουσιν ὁ Πλάτων, τό τε ὂν εἶναί φησι καὶ τὸ ταὐτὸν καὶ ἕτερον· ἐπὶ πᾶσι δὲ κίνησιν καὶ στάσιν (v. Sophist. p. 249 sqq. 260.). ὄντων οὖν πέντε τούτων, οὐ θαυμαστὸν ἦν, εἰ τῶν πέντε σωματικῶν στοιχείων ἐκείνων ἕκαστον ἑκάστου μίμημα τῇ φύσει καὶ εἴδωλόν ἐστι γεγενημένον —. ὁ μέν γε κύβος ἐμφανῶς στάσεως οἰκεῖόν ἐστι σῶμα διὰ τὴν τῶν ἐπιπέδων ἀσφάλειαν καὶ βεβαιότητα. τῆς δὲ πυραμίδος πᾶς ἄν τις τὸ κινητικὸν ἐν τῇ λεπτότητι τῶν πλευρῶν καὶ τῇ τῶν γωνιῶν ὀξύτητι κατανοήσειεν κ. τ. λ. Adde praeterea Theon. Smyrn. 38. p. 352. Theolog. Arithm. p. 20. Galen. T. I. p. 321. ed. Bas. Nemes. De Nat. Hom. V. p. 161. ed. Matth. Apulei. p. 5. ed. Elmenh. quem confer in Commentar. p. 13. Alcinoum De Dogm. Plat. c. 13. Achill. Tat. in Arati Phaen. p. 131. A. et Kircheri Oedipum Aegypt. T. II. p. 105 sqq.

E. καὶ τῶν σωμάτων πλαστικωτάτη] Interpretantur: maxime compacta. Parum accurate. Imo est ad fingendum aptissima, ut mox ignis vocatur τμητικώτατος, h. e. solidissima. Nam alia elementa, quae sunt tenuiora, non possunt ita ad fingendum videri idonea. — τό τε ἐξ ἑκατέρου κ. τ. λ. et planum ex utroque compositum aequilaterale quadrangulum necessario firmius stat quam trigonum aequilaterale quum ex partibus suis tum toto spectatum. Iungas hunc in modum: τό τε

πλευρον ἰσοπλεύρου τετράγωνον τριγώνου κατά τε μέρη καὶ καθ' ὅλον στασιμωτέρως ἐξ ἀνάγκης βέβηκε. διὸ γῇ
56 μὲν τοῦτο ἀπονέμοντες τὸν εἰκότα λόγον διασώζομεν, ὕδατι δ' αὖ τῶν λοιπῶν τὸ δυςκινητότατον εἶδος, τὸ δ' εὐκινητότατον πυρί, τὸ δὲ μέσον ἀέρι· καὶ τὸ μὲν σμικρότατον σῶμα πυρί, τὸ δ' αὖ μέγιστον ὕδατι, τὸ δὲ μέσον ἀέρι· καὶ τὸ μὲν ὀξύτατον αὖ πυρί, τὸ δὲ δεύτερον ἀέρι, τὸ δὲ τρίτον ὕδατι. ταῦτ' οὖν δὴ πάντα, τὸ μὲν ἔχον ὀλιγοστὰς βάσεις εὐκινητότατον ἀνάγκη πεφυκέναι τμητικώτατόν τε
B ὀξύτατον ὂν πάντῃ πάντων, ἔτι τε ἐλαφρότατον, ἐξ ὀλιγίστων ξυνεστὸς τῶν αὐτῶν μερῶν· τὸ δὲ δεύτερον δευτέρως τὰ αὐτὰ ταῦτ' ἔχειν, τρίτως δὲ τὸ τρίτον. ἔστω δὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον καὶ κατὰ τὸν εἰκότα τὸ μὲν τῆς πυραμίδος στερεὸν γεγονὸς εἶδος πυρὸς στοιχεῖον καὶ σπέρμα· τὸ δὲ δεύτερον

P. 56. *αὖ τῶν λοιπῶν τὸ δ.*] *τῶν λοιπῶν* additum ex Par. AFY. Vat. Θ. Ven. Σ. Mon. Ambr. s. Ricard. Vat. r. Flor. β. b. n. x.

ταῦτ' οὖν δὴ πάντα] V. *δέ* contra codices. Dein Flor. x. *ὀλιγοστάς*. Par. A. Flor. β. Par. F. Mon. *ὀλίγας τάς*.

τὰ παθήματα ὅσα αἰσθητικά, οὔτ' ἐκεῖνα ἄνευ τού-
των δυνατὰ ἱκανῶς λεχθῆναι· τὸ δὲ ἅμα σχεδὸν
οὐ δυνατόν. ὑποθετέον δὴ πρότερον θάτερα, τὰ δ'
ὕστερα ὑποτεθέντα ἐπάνιμεν αὖθις. ἵνα οὖν ἑξῆς τὰ
παθήματα λέγηται τοῖς γένεσιν, ἔστω πρότερα ἡμῖν
τὰ περὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ὄντα. Πρῶτον μὲν οὖν
ᾗ πῦρ θερμὸν λέγομεν, ἴδωμεν ὧδε σκοποῦντες, τὴν
διάκρισιν καὶ τομὴν αὐτοῦ περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν γι-
γνομένην ἐννοηθέντες. ὅτι μὲν γὰρ ὀξύ τι τὸ πάθος, E
πάντες σχεδὸν αἰσθανόμεθα· τὴν δὲ λεπτότητα τῶν
πλευρῶν καὶ γωνιῶν ὀξύτητα τῶν τε μορίων σμικρό-
τητα καὶ τῆς φορᾶς τὸ τάχος, οἷς πᾶσι σφοδρὸν ὂν
καὶ τομὸν ὀξέως τὸ προστυχὸν ἀεὶ τέμνει, λογιστέον
ἀναμιμνησκομένοις τὴν τοῦ σχήματος αὐτοῦ γένεσιν, 62
ὅτι μάλιστα ἐκείνη καὶ οὐκ ἄλλη φύσις διακρίνουσα

τὰ περὶ σῶμα] τὰ περὶ τὸ σῶμα vett. editt. vix uno alterove libro ms. suffragante.

E. *τῶν πλευρῶν καὶ γωνιῶν*] Sic Par. A. Legebatur vulgo *τῶν γωνιῶν καὶ πλευρῶν*. Illum ordinem tuetur etiam Venetus cod. Simplicii ap. Peyron. De Empedocle p. 9.

καὶ τῆς φορᾶς τὸ τάχος] τὸ accessit ex Par. A. Vat. 0. Flor. x. In Ald. Bas. 1. scribitur *φθορᾶς*.

C. *Καὶ τὰ μὲν σχήματα—*] Declarata elementorum mixtione atque corporum origine exinde demonstrata Timaeus jam ostendere instituit, quos sensus rerum perceptio in corpore humano movere soleat. Quod etsi videt commodius etiam ita fieri posse, si carnium origo et mortalis animae pars illustrata sit, tamen quia utriusque rei disputatio in unum coniungi non possit, posteriorem locum postea demum tractatum iri significat. — *ὑπάρχειν αἴσθησιν δεῖ τοῖς λεγομένοις ἀεί*, h. e. percipiantur vel sentiantur necesse est quaecunque esse dicuntur. — *ψυχῆς τε ὅσον θνητόν*, h. e. τοῦ αἰσθητικοῦ; v. p. 68. E sqq.

D. *τὸ δὲ ἅμα σχεδὸν οὐ δυνατόν*] Ad τὸ δὲ ἅμα intell. *λέγεσθαι*. — *τὰ δὲ ὕστερα ὑποτ.* sc. τὰ περὶ σαρκὸς γένεσιν ψυχῆς τε ὅσον θνητόν. Ceterum hic locus accedet iis, in quibus *τυγχάνω* sine participio positum legitur; v. ad Apol. 38. A. Phaedon. 62. A.

ὧδε σκοποῦντες] Epexegesi inserviunt quae proxime sequuntur: *τὴν διάκρισιν — ἐννοηθέντες*.

E. *ὅτι μὲν γὰρ ὀξύ τι πάθος*] Calorem vult ex eo oriri, quod ignis particularum exiguitate, angulorum tenuitate et acumine, laterum

ἡμῶν κατὰ σμικρά τε τὰ σώματα κερματίζουσα, τοῦτο ὃ νῦν θερμὸν λέγομεν, εἰκότως τὸ πάθημα καὶ τοὔνομα παρέσχε. Τὸ δ' ἐναντίον τούτῳ κατάδηλον μέν, ὅμως δὲ μηδὲν ἐπιδεὲς ἔστω λόγου. τὰ γὰρ δὴ τῶν περὶ τὸ σῶμα ὑγρῶν μεγαλομερέστερα εἰσιόντα, τὰ σμικρότερα ἐξωθοῦντα, εἰς τὰς ἐκείνων οὐ δυνά-
B μενα ἕδρας ἐνδῦναι, ξυνωθοῦντα ἡμῶν τὸ νοτερόν, ἐξ ἀνωμάλου κεκινημένου τε ἀκίνητον δι' ὁμαλότητα καὶ τὴν ξύνωσιν ἀπεργαζόμενα πήγνυσι· τὸ δὲ παρὰ φύσιν ξυναγόμενον μάχεται κατὰ φύσιν αὐτὸ ἑαυτὸ εἰς τοὐναντίον ἀπωθοῦν. τῇ δὴ μάχῃ καὶ τῷ σεισμῷ τούτῳ τρόμος καὶ ῥῖγος ἐτέθη, ψυχρόν τε τὸ πάθος ἅπαν τοῦτο καὶ τὸ δρῶν αὐτὸ ἔσχεν ὄνομα. Σκληρὸν

P. 62. B. αὐτὸ ἑαυτὸ εἰς τοὐναντίον] V. ἑαυτῷ, quod ex Par. A. Vat. o. Flor. x. et aliis nonnullis emendatum. Dein Stephanus ἐν τῇ δὴ μάχῃ legendum coniecit. male.

subtilitate et motus celeritate carnis particulas feriat ac disiungat. Recitat totum hunc locum Theophrastus De sensu et sensili §. 83. ad quem conf. Schneider T. IV. p. 532 sqq. Contrarium atque Plato affirmat Stagirites De gener. et corrupt. II. 2. θερμὸν γάρ ἐστι τὸ συγκρῖνον τὰ ὁμογενῆ· τὸ γὰρ διακρίνειν, ὥςπερ φασὶ ποιεῖν τὸ πῦρ, συγκρίνειν ἐστὶ τὰ ὁμόφυλα· συμβαίνει γὰρ ἐξαιρεῖν τὰ ἀλλότρια. — τοῦθ' ὃ νῦν θερμὸν λεγ., id quod nunc calidum vocamus, ut Gorg. p. 461. C. Theaet. 172. D. Reip. V. 462. D.

P. 62. καὶ τοὔνομα παρέσχε] Videtur θερμόν a θέω, θέρω, θεράω, θερίζω dictum velle.

Τὸ δ' ἐναντίον —] Frigidum oriri censet eo, quod humida grandiora extrinsecus corpori accedentia, dum introrsum penetrare conantur, id quod in nobis est humidum contrudant et ex inaequalitatis et agitationis statu ad immobilitatem et compressionem redigant: hinc enim fieri, ut quod contra naturam contractum sit, repugnet, eoque ipso tremor et rigor oriatur. Aliter rursus Aristot. l. c. ψυχρὸν δὲ τὸ συνάγον καὶ συγκρῖνον ὁμοίως τά τε συγγενῆ καὶ τὰ μὴ ὁμόφυλα. — τρόμος καὶ ῥῖγος ἐτέθη, sc. ὄνομα. v. ad Cratyl. p. 392. A. B.

B. σκληρὸν δέ, ὅσοις ἂν ἡμῶν —] De plurali numero relativi post σκληρόν et μαλακόν illato v. Matthiae Gr. §. 434. 2. b. coll. ann. ad VIII. De Rep. p. 554. B. Adversatur huic sententiae Aristot. l. c. μαλακὸν γὰρ τὸ ὑπεῖκον εἰς ἑαυτὸ καὶ μὴ μεθιστάμενον, ὅπερ ποιεῖ τὸ ὑγρόν· διὸ καὶ οὐκ ἔστι τὸ ὑγρὸν μαλακόν, ἀλλὰ τὸ μαλακὸν τοῦ ὑγροῦ· τὸ δὲ σκληρὸν τοῦ ξηροῦ· σκληρὸν γὰρ τὸ πεπηγός· τὸ δὲ πεπηγὸς ξη-

δέ, ὅσοις ἂν ἡμῶν ἡ σὰρξ ὑπείκῃ· μαλακὸν δέ, ὅσα
ἂν τῇ σαρκί· πρὸς ἄλληλά τε οὕτως. ὑπείκει δὲ ὅσον
ἐπὶ σμικροῦ βαίνει· τὸ δὲ ἐκ τετραγώνων ὂν βάσεων, C
ἅτε βεβηκὸς σφόδρα, ἀντιτυπώτατον εἶδος, ὅ τί τε
ἂν εἰς πυκνότητα ξυνιὸν πλείστην ἀντίτονον ᾖ μάλι-
στα. Βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον μετὰ τῆς κάτω φύσεως
ἄνω τε λεγομένης ἐξεταζόμενον ἂν δηλωθείη σαφέ-
στατα. φύσει γὰρ δή τινας τόπους δύο εἶναι διειλη-
φότας διχῇ τὸ πᾶν, ἐναντίους, τὸν μὲν κάτω, πρὸς
ὃν φέρεται πάνθ᾽ ὅσα τινὰ ὄγκον σώματος ἔχει, τὸν
δ᾽ ἄνω, πρὸς ὃν ἀκουσίως ἔρχεται πᾶν, οὐκ ὀρθὸν
οὐδαμῇ νομίζειν. τοῦ γὰρ παντὸς οὐρανοῦ σφαιροει- D
δοῦς ὄντος, ὅσα μὲν ἀφεστῶτα ἴσον τοῦ μέσου γεγο-

C. τῆς κάτω φύσεως] τῆς τοῦ κάτω Par. AF. Vat. Θ. o. Flor. x.

ὄγκον σώματος] V. σώματος ὄγκον, sine meliorum librorum suffragio.

ρόν. Ad πρὸς ἄλληλά τε οὕτως intell. ταῦτα ἔχει, siquidem durum est, cui cedit id, quod molle vocamus; molle autem habetur, quae duro cedunt. — ὅσον ἐπὶ σμικροῦ βαίνει, h. e. μικρὰν βάσιν ἔχει. Res intelligi poterit ex iis, quae p. 54. B sqq. disputata sunt. — ἅτε βεβηκὸς σφόδρα, utpote firmiter insistens, ut mox p. 63. C. ἐπὶ γῆς βεβῶτες.

C. βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον μετὰ τῆς κάτω φ.] Gravitas et levitas si una cum eo, quod sursum ac deorsum ferri dicitur, exploretur, clarissime illustrabitur. In his ἡ κάτω φύσις et ἡ ἄνω φύσις idem est quod τὸ κάτω et τὸ ἄνω. Quamobrem non est cur ante κάτω inseratur τοῦ, quod in uno alterove libro interpositum legitur.

οὐκ ὀρθὸν οὐδαμῇ νομίζειν] Fuit haec Anaxagorae sententia. Diogen. Laërt. II. 8. τῶν σωμάτων τὰ βαρέα τὸν κάτω τόπον, ὡς τὴν γῆν, τὰ δὲ κοῦφα τὸν ἄνω ἐπισχεῖν, ὡς τὸ πῦρ, ὕδωρ δὲ καὶ ἀέρα τὸν μέσον. Aliorum opiniones recenset Theophrastus De sensu et sensili §. 59 sqq.

D. τοῦ γὰρ παντὸς οὐρανοῦ σφαιροειδοῦς —] His verbis illustratur uberius, cur non liceat in rerum universitate duos locos e regione oppositos statuere, alterum inferiorem, in quem corpora sponte ferantur, superiorem alterum, in quem invita veniant. Globosa enim, inquit, quum sit rerum universitas, extremitates pari intervallo a centro distantes pariter extremae sint necesse est, atque centrum illis e regione oppositum erit. Nam id significat ἐν τῷ καταντικρύ, de quo v. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 317. Itaque in rerum universitate nihil superius aut inferius dicere licet. Nam cen-

νεν ἔσχατα, ὁμοίως αὐτὰ χρὴ ἔσχατα πεφυκέναι, τὸ δὲ μέσον τὰ αὐτὰ μέτρα τῶν ἐσχάτων ἀφεστηκὸς ἐν τῷ καταντικρὺ νομίζειν δεῖ πάντων εἶναι. τοῦ δὴ κόσμου ταύτῃ πεφυκότος τί τῶν εἰρημένων ἄνω τις ἢ κάτω τιθέμενος οὐκ ἐν δίκῃ δόξει τὸ μηδὲν προσῆκον
E ὄνομα λέγειν; ὁ μὲν γὰρ μέσος ἐν αὐτῷ τόπος οὔτε κάτω πεφυκὼς οὔτε ἄνω λέγεσθαι δίκαιος, ἀλλ' αὐτὸ ἐν μέσῳ· ὁ δὲ πέριξ οὔτε δὴ μέσος οὔτ' ἔχων διάφορον αὐτοῦ μέρος ἕτερον θατέρου μᾶλλον πρὸς τὸ μέσον ἤ τι τῶν καταντικρύ. τοῦ δὲ ὁμοίως πάντῃ πεφυκότος ποῖά τις ἐπιφέρων ὀνόματα αὐτῷ ἐναντία καὶ πῇ καλῶς ἂν ἡγοῖτο λέγειν; εἰ γάρ τι καὶ στε-

D. *τί τῶν εἰρημένων*] Haec est lectio librorum tantum

trum nihil aliud vocari potest nisi id ipsum, *ἐν μέσῳ*. De isto *αὐτό*, pro quo alibi etiam *αὐτὸ τοῦτο* dicitur, conf. Sympos. p. 199. D. *εἰ αὐτὸ τοῦτο, πατέρα, ἠρώτων, ἆρα ὁ πατὴρ πατήρ ἐστί τινος.* Quemadmodum autem centrum nihil habet quod superius sit aut inferius; sic etiam peripheria (*ὁ πέριξ τόπος*) nec media est neque partem sui habet aliam alia magis differentem ad medium vel ad eorum aliquid, quae sunt e regione posita.

E. *ποῖά τις ἐπιφέρων — λέγειν*] Expectabas *τῷ δὲ ὁμοίως πάντῃ πεφυκότι.* Sed mutata est verborum structura, quae hunc in modum continuari debebat: *ποῖά τις ὀνόματα τιθεὶς ἐναντία καὶ πῇ τιθείς, ἡγοῖτο ἂν καλῶς λέγειν;*

P. 63. *ἀλλ' εἰ καὶ περὶ αὐτὸ —*] ac si quis etiam circa illud medium, quod solidum sit, ambulet in orbem, saepe sibimet stabit e regione et plantis oppositis eandem illius partem (*ταὐτὸν αὐτοῦ*) modo sursum modo deorsum esse iudicabit. Proxima sic coniungenda: *οὐκ ἔμφρονος γάρ ἐστι λέγειν τὸ ὅλον* (rerum universitatem), *σφαιροειδὲς ὄν, ἔχειν τόπον τινὰ κάτω, τὸν δὲ ἄνω.* in quibus ne pro *τινὰ* requiras *τὸν μέν*, cavebunt quae monuit Matthiae Gr. §. 288. ann. 6.

καὶ ἐν οἷς ὄντα εἰθίσμεθα] Dictum hoc est pro *καὶ ἐν οἷς ὄντων αὐτῶν.* Casus participii mutatus ob praecedens *ταῦτα*, ut attractio quaedam locum habeat.

B. *εἴ τις ἐν τῷ τοῦ παντὸς τόπῳ —*] Repetit nunc gravitatis et levitatis naturam ex eo, quod antea docuerat elementa locum suum varie mutare. Nam ex eo, quod rerum universitas globosa est ac rotunda, consequi censuerat, ut, quoniam ea ad semet ipsam niteretur et veluti contenderet, omnia constringerentur nec usquam vacuus locus relinqueretur. Hac ipsa autem coagulatione effici hoc indicaverat, ut parva in magnorum corporum vacuitates cogerentur, atque ita parvis ad magna accidentibus, minoribus maiora penetrantibus, et maioribus vicissim minora coërcentibus, omnia sursum et deorsum moverentur, ita qui-

ρεὸν εἴη κατὰ μέσον τοῦ παντὸς ἰσοπαλές, εἰς οὐδὲν 63
ἄν ποτε τῶν ἐσχάτων ἐνεχθείη διὰ τὴν πάντῃ ὁμοιότητα αὐτῶν· ἀλλ' εἰ καὶ περὶ αὐτὸ πορεύοιτό τις ἐν κύκλῳ, πολλάκις ἂν στὰς ἀντίπους ταὐτὸν αὐτοῦ κάτω καὶ ἄνω προσείποι. τὸ μὲν γὰρ ὅλον, καθάπερ εἴρηται νῦν δή, σφαιροειδὲς ὂν τόπον τινὰ κάτω, τὸν δὲ ἄνω λέγειν ἔχειν οὐκ ἔμφρονος· ὅθεν δὲ ὠνομάσθη ταῦτα καὶ ἐν οἷς ὄντα εἰθίσμεθα δι' ἐκεῖνα καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον οὕτω διαιρούμενοι λέγειν, ταῦτα B
διομολογητέον ὑποθεμένοις τάδ' ἡμῖν. εἴ τις ἐν τῷ τοῦ παντὸς τόπῳ καθ' ὃν ἡ τοῦ πυρὸς εἴληχε μά-

non omnium, pro quo vett. editt. τῶν τὶ εἰρημένων.

dem, ut quaeque ad suas ac proprias sedes ferrentur. Huius igitur opinionis habita ratione nunc etiam gravitatis et levitatis vim naturamque illustrare instituit, quam positam vult esse in eo, quod omne elementum ad sui simile feratur et alterius coniunctionem aversetur. Ita igitur ignis partes si quis in aërem libret, ampliores quidem illas non cum eo coniunctum iri, exiliores facilius, siquidem id, quod minus sit, vim adhibenti magis concedat, illud vero, quod plus sit, eidem minus pareat. Et illud quidem grave atque deorsum ferri dicitur; hoc autem, quod parvum est, iudicatur leve esse et sursum ferri. Eadem terrae ratio est, quae in aërem translata pondus habet, per se eodem caret. Vestigia quaedam his impressa sunt doctrinae de vi corporum centripeta et centrifuga, recentioribus demum temporibus, si non inventae, at certe excultae atque perfectae. Nam ex globosa coeli figura colligitur omnia, quae intus sint, veluti coagulari et constringi ideoque etiam ad centrum contendere; praeterea docetur simile suapte natura semper ad simile conniti, quod decretum et ipsum placuit recentioribus; denique etiam gravitas sapientissime pendere iudicatur ex maiore minoreve rerum consimilium sive eiusdem elementi partium copia. Quae omnia quam praeclare observata sint, nemo erit hodie quin lubentur atque ultro confiteatur. Nihilominus egregiae huius doctrinae memoria usque ad recentiorem aetatem obscurata latuit, propterea quod praeiudicatae opiniones in eius locum successissent. Discessit nimirum a Platonis sententia iam Aristoteles, quem vide de eodem argumento disputantem De Coelo III. 1. Ibid. II. 6. et I. c. 6. et 8. Auscultat. Phys. VII. p. 406 sq. VIII. p. 426. ed. Duval. Quaest. Mechann. p. 1192 sq. et hunc secuti sunt deinceps Theophrastus De sensu et sensil. §. 88. aliique multi. conf. Simplicius in Phys. Aristot. p. 469 sq. 615. al.

B. καθ' ὃν ἡ τοῦ πυρὸς εἴληχε] Delendum videtur καθ'.

λιστα φύσις, οὗ καὶ πλεῖστον ἂν ἠθροισμένον εἴη πρὸς ὃ φέρεται, ἐπαναβὰς ἐπ' ἐκεῖνο καὶ δύναμιν εἰς τοῦτο ἔχων, μέρη τοῦ πυρὸς ἀφαιρῶν ἱσταίη, τιθεὶς εἰς πλάστιγγας, αἴρων τὸν ζυγὸν καὶ τὸ πῦρ ἕλκων εἰς ἀνόμοιον ἀέρα βιαζόμενος, δῆλον ὡς τοὔ-
C λαττόν που τοῦ μείζονος ῥᾷον βιᾶται· ῥώμῃ γὰρ μιᾷ δυοῖν ἅμα μετεωριζομένοιν τὸ μὲν ἔλαττον μᾶλλον, τὸ δὲ πλέον ἧττον ἀνάγκη που κατατεινόμενον ξυνέπεσθαι τῇ βίᾳ, καὶ τὸ μὲν πολὺ βαρὺ καὶ κάτω φερόμενον κληθῆναι, τὸ τε σμικρὸν ἐλαφρὸν καὶ ἄνω. ταὐτὸν δὴ τοῦτο δεῖ φωρᾶσαι δρῶντας ἡμᾶς περὶ τόνδε τὸν τόπον. ἐπὶ γὰρ γῆς βεβῶτες, γεώδη γένη διστάμενοι καὶ γῆν ἐνίοτε αὐτὴν ἕλκομεν εἰς ἀνόμοιον

P. 63. B. οὗ καὶ πλεῖστον ἂν ἠθροισμένον εἴη] Haec olim Lindavio visa sunt speciem prae se ferre interpolationis.

ἱσταίη τιθεὶς εἰς πλ.] Sic. Par. AF. Vulgo scribebatur ἱστῷ ἢ τιθείς.

C. μιᾷ δυοῖν ἅμα] δυεῖν Mon. Vind. probante Bekkero.

πολὺ βαρὺ καὶ κάτω φ.] πολὺ additum est nuper ex Par. A. Vat. o. Flor. x.

δεῖ φωρᾶσαι] Hoc Par. AF. Vat. o. Flor. x. praebuerunt. Vett. editt. φωράσαι δεῖ.

D. ταῦτ' οὖν δὴ διαφόρως] δὴ additum ex Par. AFSY. Ven. ΞΣ. Vind. Ambr. x. Ricard. Vat. eo. Flor. a. b. β. c. n. o. x.

Nam λαγχάνειν τι est aliquid sorte nancisci vel accipere. v. Valckenar. ad Eurip. Frag. p. 107. et nostra ad Phaedon. p. 107. D. Quid autem sit λαγχάνειν κατά τι, iuxta cum ignarissimis ignoramus. Proxima non erat cur viris doctis vitii suspicionem moverent, siquidem sic interpretanda sunt: ubi etiam plurima eius copia collecta est, ad quam fertur. Similia enim ad similia tendunt. Ceterum ignea corpora intelliguntur.

ἀφαιρῶν ἱσταίη, τιθεὶς εἰς πλ] Sic nunc scribendum putavimus, praeeunte Bekkero. Servata enim scriptura vulgari ἱστᾷ, ἢ τιθείς, istud ἢ non habet quorsum referatur.

C. ταὐτὸν δὴ τοῦτο δεῖ φωρᾶσαι] idem igitur hoc deprehendere nos oportet de hoc nostro loco id facientes. περὶ τόνδε τὸν τόπον est περὶ τὴν γῆν.

γεώδη γένη διιστάμενοι] Ficinus: terrena genera invicem separamus ac distinguimus et saepe terram in dissimilem aërem iacimus violenter praeterque naturam, utrasque partes cognatae naturae participes. Imo, quum

ἀέρα βίᾳ καὶ παρὰ φύσιν, ἀμφότερα τοῦ ξυγγενοῦς ἀντεχόμενα. τὸ δὲ σμικρότερον ῥᾷον τοῦ μείζονος D βιαζομένοις εἰς τὸ ἀνόμοιον πρότερον ξυνέπεται· κοῦφον οὖν αὐτὸ προςειρήκαμεν, καὶ τὸν τόπον εἰς ὃν βιαζόμεθ' ἄνω, τὸ δ' ἐναντίον τούτοις πάθος βαρὺ καὶ κάτω. ταῦτ' οὖν δὴ διαφόρως ἔχειν αὐτὰ πρὸς αὐτὰ ἀνάγκη διὰ τὸ τὰ πλήθη τῶν γενῶν τόπον ἐναντίον ἄλλα ἄλλοις κατέχειν· τὸ γὰρ ἐν ἑτέρῳ κοῦφον ὂν τόπῳ τῷ κατὰ τὸν ἐναντίον τόπον ἐλαφρῷ καὶ τῷ βαρεῖ τὸ βαρὺ τῷ τε κάτω τὸ κάτω καὶ τῷ ἄνω τὸ ἄνω πάντ' ἐναντία καὶ πλάγια καὶ πάντως E διάφορα πρὸς ἄλληλα ἀνευρεθήσεται γιγνόμενά τε καὶ ὄντα· τόδε γε μὴν ἕν τι διανοητέον περὶ πάντων

ἔχειν αὐτὰ πρὸς αὐτὰ] V. πρὸς αὑτά, quod correctum ex codd. est.

ἄλλα ἄλλοις κατέχειν] V. ἐναντίον ἀλλήλοις. Recte ἄλλα ἄλλοις Par. AFS. Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Mon. Ambr. s. x. Vat. gr. Flor. x.

καὶ τῷ βαρεῖ τὸ βαρὺ] Sic Par. ASY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Ricard. Vat. or. Flor. x. b. β. n. Legebatur καὶ τὸ βαρὺ τῷ βαρεῖ, et mox καὶ τὸ ἄνω τῷ ἄνω.

E. ἀνευρεθήσεται γιγνόμενά τε καὶ ὄντα] Libri ἂν εὑρεθήσεται. quod prudenter emendavit Stephanus consentiente etiam Ven. Σ. corr. Post γιγνόμενα inserui τε ex Vat. o. et Flor. x.

utraque ad cognatum tendant, terrenae partes ad terram, igneae ad ignem.

D. τὸ δὲ σμικρότερον ῥᾷον τοῦ μείζονος] h. e. ὡς ῥᾷον τοῦ μείζονος. Nisi forte legendum ῥᾷον ὂν τοῦ μείζονος. Cavendum certe, ne cum Lindavio πρότερον similiter atque alibi μᾶλλον abundanter illatum esse existimemus. De ὂν omisso v. ad Gorg. p. 495. C.

ταῦτ' οὖν δὴ διαφόρως ἔχειν] Haec igitur inter ipsa differre necesse est propterea, quod multitudines τῶν γενῶν, h. e. elementorum, locum habent sibi invicem contrarium; nam minores elementorum partes sursum, maiores deorsum cadere videntur. Quod ipsum uberius explicatur verbis proximis, quae dilucidatione non videntur indigere.

E. ἕν τι διανοητέον περὶ πάντων —] Hoc igitur vult unice teneri ab omnibus, gravitatem ex eo oriri, quod unumquodque elementum ad cognatum feratur; levitatis causam in eo cerni, quod minores elementorum partes facilius quam maiores ad diversum elementum transeant.

αὐτῶν, ὡς ἡ μὲν πρὸς τὸ ξυγγενὲς ὁδὸς ἑκάστοις οὖσα βαρὺ μὲν τὸ φερόμενον ποιεῖ, τὸν δὲ τόπον εἰς ὃν τὸ τοιοῦτον φέρεται κάτω, τὰ δὲ τούτοις ἔχοντα ὡς ἑτέρως θάτερα. περὶ δὴ τούτων αὖ τῶν παθημάτων ταῦτα αἴτια εἰρήσθω. Λείου δ' αὖ καὶ τραχέος παθήματος αἰτίαν πᾶς που κατιδὼν καὶ ἑτέρῳ δυνατὸς ἂν εἴη λέγειν· σκληρότης γὰρ ἀνωμαλότητι μιχθεῖσα, τὸ δ' ὁμαλότης πυκνότητι παρέχεται.

64 Μέγιστον δὲ καὶ λοιπὸν τῶν κοινῶν περὶ ὅλον τὸ σῶμα παθημάτων τὸ τῶν ἡδέων καὶ τῶν ἀλγεινῶν αἴτιον ἐν οἷς διεληλύθαμεν καὶ ὅσα διὰ τῶν τοῦ σώματος μορίων αἰσθήσεις κεκτημένα καὶ λύπας ἐν αὐ-

περὶ δὴ τούτων αὖ τ. π.] Pro αὖ, quod acceptum referimus Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Vat. o. Tub. Flor. b., vulgo οὖν scribebatur.

P. 64. καὶ λύπας ἐν αὐτοῖς] Par. A. Vat. Θ. cum aliis non paucis αὐτοῖς.

B. εὐκινήτου τε καὶ δυςκινήτου] τε, vulgo omissum, plurimi optimique codd. praebuerunt.

σκληρότης γὰρ ἀνωμαλότητι μ.] Plene dicendum fuit: τὸ μὲν γὰρ σκληρότης κ. τ. λ. alterum enim (asperum) durities cum inaequalitate mixta, alterum (leve) aequalitas cum densitate iuncta efficit. Ita ὁ μὲν sexcenties in priore membro omissum, de quo loquendi genere v. infra p. 70. A. ad Protagor. p. 330. A. Remp. V. p. 451. D. coll. Hermann. ad Viger. p. 699.

P. 64. Μέγιστον δὲ καὶ λοιπὸν τῶν κ.] Descriptis elementorum rationibus ac virtutibus instituitur deinceps disputatio de sensibus et affectionibus corporis inde oriundis. Itaque agitur primum de voluptate ac dolore tum de tactu, olfactu, sapore, auditu, visu. Loci initium refert Stobaeus Eclogg. Phys. p. 772. ed. Heer. — ἐν οἷς διεληλύθαμεν, h. e. ἐν τούτοις, ἃ διεληλύθαμεν.

ἀναμιμνησκόμενοι — φύσεως] Participium inservit epexegesi praecedentis ὧδε λαμβάνωμεν. v. ad Phaedon. p. 59. A. coll. Protag. p. 348. D. Phaedon. p. 102. D. Matthiae Gr. §. 565. 2. coll. 472. 2. e.

B. ἐν τοῖς πρόσθεν] P. 54. B. sqq.

μεταδιωκτέον — ἑλεῖν] Verba venatoria ad disputationis rationem translata, more loquendi apud Platonem haud infrequenti. v. ad Remp. IV. p. 434. B. Phaed. p. 66. A.

τὸ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν εὐκίνητον] Sententia universi loci haec est: Duplex est

τοῖς ἡδονάς θ' ἅμα ἑπομένας ἔχει. ὧδ' οὖν κατὰ παντὸς αἰσθητοῦ καὶ ἀναισθήτου παθήματος τὰς αἰτίας λαμβάνωμεν, ἀναμιμνησκόμενοι τὸ τῆς εὐκινήτου τε καὶ δυσκινήτου φύσεως ὅτι διειλόμεθα ἐν τοῖς B πρόσθεν· ταύτῃ γὰρ δὴ μεταδιωκτέον πάντα, ὅσα ἐπινοοῦμεν ἑλεῖν. τὸ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν εὐκίνητον, ὅταν καὶ βραχὺ πάθος εἰς αὐτὸ ἐμπίπτῃ, διαδίδωσι κύκλῳ μόρια ἕτερα ἑτέροις ταὐτὸν ἀπεργαζόμενα, μέχρι περ ἂν ἐπὶ τὸ φρόνιμον ἐλθόντα ἐξαγγείλῃ τοῦ ποιήσαντος τὴν δύναμιν· τὸ δ' ἐναντίον ἑδραῖον ὂν κατ' οὐδένα τε κύκλον ἰὸν πάσχει μόνον, ἄλλο δὲ οὐ κινεῖ τῶν πλησίον, ὥστε οὐ διαδιδόντων μορίων μο- C

ταύτῃ γὰρ δὴ μεταδ.] δὴ addit Par. A.

τὸ μὲν γὰρ κατὰ φ.] μὲν codd. plerique omnes addi iusserunt. Mox Par. A. εἰς αὐτὸ ἐμπίπτῃ. Ceteri cum editt. vett. ἐμπίπτῃ εἰς αὐτό.

οὐ κινεῖ τῶν πλησίον] V. πλησίων. errore.

genus corporis nostri partium. Aliae enim facile moventur ideoque motum extrinsecus factum propagant; aliae sunt crassiores atque difficilius moventur, ob eamque causam motum non propagant. Illae sicubi per res externas impelluntur atque feriuntur, motum eo usque continuant, ut ad partem animi rationalem penetret, eoque ipso sensum efficiunt; hae autem, quia motum non propagant, nec sensum ullum efficiunt. Itaque aliae corporis partes ad sensum excitandum idoneae sunt, ut aures, oculi, nares, alia organa, quippe ex aëre et igne maxime conflata; aliae sunt prorsus ad sensum hebetes, veluti ossa, crines, ungues, eaeque plurimum terrenae habent materiae. Iam vero in partibus sensu praeditis voluptas excitatur, quoties moventur secundum naturam aut in pristinum statum redeunt; dolor vero nascitur, quum vehementer contra naturam cientur. Quae autem cum magna facilitate ad sensiles corporis partes accidunt, etsi vel maxime sentiuntur, tamen voluptatem aut dolorem cient nullum. De voluptatis ac doloris origine et natura similiter disputatur Phileb. p. 31. C sqq. populariter magis De Rep. IX. p. 583. C. sqq. Hunc quoque locum respexit Theophrast. l. l. §. 84.

καὶ βραχὺ πάθος] vel parva affectio. Dein ταὐτὸν ἀπεργαζόμενα est κίνησιν ἀπεργαζόμενα. Hoc autem faciunt, dum ad prudentem (animi) partem progressa vim eius denuntient, quod motum effecerit. — τὸ δ' ἐναντίον. τὸ ἀκίνητον.

ρίοις ἄλλων ἄλλοις τὸ πρῶτον πάθος ἐν αὐτοῖς ἀκίνητον εἰς τὸ πᾶν ζῶον γενόμενον ἀναίσθητον παρέσχε τὸ παθόν. ταῦτα δὲ περί τε ὀστᾶ καὶ τρίχας ἐστὶ καὶ ὅσα ἄλλα γήϊνα τὸ πλεῖστον ἔχομεν ἐν ἡμῖν μόρια· τὰ δὲ ἔμπροσθεν περὶ τὰ τῆς ὄψεως καὶ ἀκοῆς μάλιστα, διὰ τὸ πυρὸς ἀέρος τε ἐν αὐτοῖς δύναμιν ἐνεῖναι μεγίστην. τὸ δὴ τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης ὧδε
D δεῖ διανοεῖσθαι. τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ βίαιον γιγνόμενον ἁθρόον παρ᾽ ἡμῖν πάθος ἀλγεινόν, τὸ δ᾽ εἰς φύσιν ἀπιὸν πάλιν ἁθρόον ἡδύ, τὸ δὲ ἠρέμα καὶ κατὰ σμικρὸν ἀναίσθητον, τὸ δ᾽ ἐναντίον τούτοις ἐναντίως. τὸ δὲ μετ᾽ εὐπετείας γιγνόμενον ἅπαν αἰσθητὸν μὲν ὅ τι μάλιστα, λύπης δὲ καὶ ἡδονῆς οὐ μετέχον, οἷον τὰ περὶ τὴν ὄψιν αὐτὴν παθήματα, ἣ δὴ σῶμα ἐν τοῖς πρόσθεν ἐῤῥήθη καθ᾽ ἡμέραν ξυμφυὲς ἡμῖν γίγνεσθαι. ταύτῃ γὰρ τομαὶ μὲν καὶ καύ-

C. *δύναμιν ἐνεῖναι μεγίστην*] ἐνεῖναι Vat. Θ. Par. FSY. Mon. Ambr. s. Ricard. Vat. or. Flor. x. Vulgo scribebatur εἶναι, quod, sicuti Bastius testatur, etiam Par. A. spernit.

D. *τὸ μὲν παρὰ φύσιν*] Vat. o. Flor. x. τὸ μὲν γὰρ παρὰ φύσιν. Sed γὰρ videtur ex glossemate ortum. v. annot. crit. ad p. 30. C. In proximis pro vulg. ἀθρόον ubique ἁθρόον dedimus auctoritati Par. A. obsequuti.

τὸ δ᾽ εἰς φύσιν — ἀναίσθητον] Haec verba, vulgo omissa, nuper ex Par. AF. Mon. Vat. o. Tub. Flor. b. x. et marg. Vat. Θ. restituta sunt. Ex his ipsis libris vero plerique, ut videtur, καὶ non habent, quod tamen tuentur Par. A. Vat. o.

D. *ἣ δὴ σῶμα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν*] Respicitur ad p. 45. B. C. ubi inter alia: ὅταν οὖν μεθημερινὸν ᾖ φῶς περὶ τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότε ἐκπῖπτον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον, ξυμπαγὲς γενόμενον, ἓν σῶμα οἰκειωθὲν ξυνέστη κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν. Pro vulgato ἡμῶν reposuimus ἡμῖν. Vide tamen ne etiam τῷ ante καθ᾽ ἡμέραν opus sit, quae Astii fuit sententia. Certe quidem diffiteri non licet constructionem verborum aliqua laborare difficultate.

ταύτῃ γὰρ τομαὶ μὲν καὶ καύσεις] Videlicet, quae conspiciuntur oculis, ideoque eos afficiunt

E. *πάλιν ἐπὶ ταὐτὸν ἀπιούσης εἶδος*] Sc. τῆς ὄψεως. Non opus, ut scribatur ἀπιούσῃ. Intelligitur autem ταὐτὸν εἶδος nunc idem habitus, eadem status et condicionis species, in qua erat antea.

μέγισται δὲ αἰσθήσεις καὶ σαφ.] Non male Ficinus: Sensus tamen vehementes clarissimique ipsi competunt, quatenus aliquid patitur, incurritque in aliquid et attingit. Videlicet quum lucis materia ex-

σεις καὶ ὅσα ἄλλα πάσχει λύπας οὐκ ἐμποιοῦσιν, οὐδὲ E
ἡδονὰς πάλιν ἐπὶ ταὐτὸν ἀπιούσης εἶδος, μέγισται δὲ
αἰσθήσεις καὶ σαφέσταται καθότι τ' ἂν πάθη καὶ
ὅσων ἂν αὐτή πη προςβάλλουσα ἐφάπτηται· βία γὰρ
τὸ πάμπαν οὐκ ἔνι τῇ διακρίσει τε αὐτῆς καὶ συγκρί-
σει. τὰ δὲ ἐκ μειζόνων μερῶν σώματα μόγις εἴκοντα
τῷ δρῶντι, διαδιδόντα δὲ εἰς ὅλον τὰς κινήσεις, ἡδο-
νὰς ἴσχει καὶ λύπας, ἀλλοτριούμενα μὲν λύπας, κα- 65
θιστάμενα δὲ πάλιν εἰς ταὐτὸν ἡδονάς. ὅσα δὲ κατὰ
σμικρὸν τὰς ἀποχωρήσεις ἑαυτῶν καὶ κενώσεις εἴληφε,
τὰς δὲ πληρώσεις ἀθρόας καὶ κατὰ μεγάλα, κενώ-
σεως μὲν ἀναίσθητα, πληρώσεως δὲ αἰσθητικὰ γι-
γνόμενα, λύπας μὲν οὐ παρέχει τῷ θνητῷ τῆς ψυ-
χῆς, μεγίστας δὲ ἡδονάς· ἔστι δ' ἔνδηλα περὶ τὰς
εὐωδίας. ὅσα δὲ ἀπολλοτριοῦται μὲν ἀθρόα, κατὰ
σμικρὰ δὲ μόγις τε εἰς ταὐτὸν πάλιν ἑαυτοῖς καθίστα-

ᾗ δὴ σῶμα ἐν τ. πρ.] Sic Par. A. corr. Vett. editt. *ᾗ δὴ σ.* Tub. *ἧς δὴ σῶμα.* Pro vulg. *ἐν τοῖς ἔμπροσθεν* reposuimus quod suppeditarunt Par. A. Vat. o. Flor. x. Dein editt. omnes *ξυμφυὲς ἡμῶν.* Recte Flor. x. *ἡμῖν*, quod recepimus.

E. *ὅσων ἂν αὐτή πη*] V. *αὕτη.*

P. 65. *καθιστάμενα δὲ πάλιν εἰς ταὐτὸν ἡδονάς*] *πάλιν* vulgo post *ταὐτὸν* collocatum cum Flor. b. β. n. alio loco posuimus.

κατὰ σμικρὰ δὲ μόγις τε εἰς ταὐτὸν] *τε* post *μόγις* inseruimus nunc ex Par. A.

trinsecus obiecta cum ignea ipsorum oculorum vi quasi consociatur, tum demum visus oriri existimandus est. Perspicuus erit locus comparata superiore disputatione inde a p. 45. B.

τὰ δὲ ἐκ μειζόνων μερῶν σώματα] h. e. quae ex crassioribus vel certe densioribus constant elementis quam ignis est. — *μόγις εἴκοντα τῷ δρῶντι*, vix cedentia ei quod afficit. Nam *δρᾶν* absolute positum valet efficacem esse.

P. 65. *περὶ τὰς εὐωδίας*] De odoribus v. p. 66. D. sqq. Phileb. p. 51. C. sqq. ubi inter alia: *τὰς περί τε τὰ καλὰ λεγόμενα χρώματα (ἀληθεῖς ἡδονὰς διανοοῖτ' ἂν τις) καὶ περὶ τὰ σχήματα καὶ τῶν ὀσμῶν τὰς πλείστας καὶ τὰς τῶν φθόγγων καὶ ὅσα τὰς ἐνδείας ἀναισθήτους ἔχοντα καὶ ἀλύπους τὰς πληρώσεις αἰσθητὰς καὶ ἡδείας καθαρὰς λυπῶν παραδίδωσι.* et mox: *τὸ δὲ περὶ τὰς ὀσμὰς ἧττον μὲν τούτων θεῖον γένος ἡδονῶν, τὸ δὲ μὴ συμμεμίχθαι ἐν αὐταῖς ἀναγκαίους λύπας — τοῦτ' ἐκείναις τίθημι ἀντίστροφον ἅπαν.*

ὅσα δὲ ἀπαλλατριοῦται —] quaecunque vero

B ται, τοὐναντίον τοῖς ἔμπροσθεν πάντα ἀποδίδωσι· ταῦτα δ' αὖ περὶ τὰς καύσεις καὶ τομὰς τοῦ σώματος γιγνόμενά ἐστι κατάδηλα.

Καὶ τὰ μὲν δὴ κοινὰ τοῦ σώματος παντὸς παθήματα, τῶν τ' ἐπωνυμιῶν ὅσαι τοῖς δρῶσιν αὐτὰ γεγόνασι, σχεδὸν εἴρηται· τὰ δ' ἐν ἰδίοις μέρεσιν ἡμῶν γιγνόμενα, τά τε πάθη καὶ τὰς αἰτίας τῶν δρώντων αὐτά, πειρατέον εἰπεῖν, ἄν πῃ δυνώμεθα.

C Πρῶτον μὲν οὖν ὅσα τῶν χυμῶν πέρι λέγοντες ἐν

ταῦτα δ' αὖ] V. ταὐτά, invitis Par. F. Vat. c. Flor. a. β. c. o.

B. Καὶ τὰ μὲν δὴ κοινὰ] Καὶ additum ex Par. AF, Vat. o. Flor. x.

τῶν δρώντων αὐτά] αὐτὰ om. Par. A. Vat. o. Recte fortasse.

C. ὥςπερ οὖν καὶ τὰ πολλὰ] τὰ additum ex Par. A. Vat. o. Flor. x.

frequentia sive simul alienantur (secedunt, s. ἀποχωροῦσιν), sed paullatim et aegre in pristinum statum suum restituuntur, ea contra quam superiora omnia exhibent, h. e. non maximas voluptates, sed maximos dolores habent, quibus nihil iucunditatis admixtum est.

B. Καὶ τὰ μὲν δὴ κοινὰ —] Disputare nunc instituit de sensuum singulorum affectionibus, de gustu, olfactu, auditu et colorum perceptione. De quibus rebus iam ab Empedocle, Alcmaeone, Diogene Apoll. quaesitum ac disputatum fuisse satis aliunde constat. Itaque Platonem credibile est in hac quoque disputationis suae parte usum esse maxime Pythagoreorum decretis, et eam ob caussam commode totum sermonem habitum finxisse a Timaeo Pythagoreo. De Empedoclis hoc in genere studiis inprimis legendus est Plutarch. qui fertur De placit. philos. IV. 16.

τοῖς δρῶσιν αὐτά] Τὰ δρῶντα sunt quae corporis affectiones efficiunt s. principia corporis affectionum. Sic παθεῖν et δρᾶσαι non raro iunguntur. Aeschyl. Agam. 1527. ἄξια δράσας ἄξια πάσχων. Eumen. 868. εὖ δρῶσαν εὖ πάσχουσαν. al. Ad σχεδὸν εἴρηται conf. Parmen. p. 128. B. Xenoph. De Rep. Laced. V. 1, σχεδὸν εἴρηται Demosthen. De coron. p. 310. et Olynth. II. p. 25. ed. Reisk. Cicero De nat. deor. I. 16. Exposui fere non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia. Hor. Serm. I. 3, 96. quis paria esse fere placuit peccata, ubi errat Heindorf.

C. πρῶτον μὲν οὖν ὅσα τῶν χυμῶν] Laudat totum hunc locum Theophrastus De causis plantar. VI. 1, 14. ubi lectionis varietatem notavit Schneider. T. IV. p. 443 sqq. respexit item De sensu et sensil. l. c. Praeterea eum retulit Stobaeus inter Eclogas

τοῖς πρόσθεν ἀπελίπομεν, ἴδι' ὄντα παθήματα περὶ τὴν γλῶτταν, ἐμφανιστέον ᾗ δυνατόν. φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα, ὥςπερ οὖν καὶ τὰ πολλά, διὰ συγκρίσεών τέ τινων καὶ διακρίσεων γίγνεσθαι, πρὸς δὲ αὐταῖς κεχρῆσθαι μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων τραχύτησί τε καὶ λειότησιν. ὅσα μὲν γὰρ εἰςιόντα περὶ τὰ φλέβια, οἷόν περ δοκίμια τῆς γλώττης τεταμένα ἐπὶ τὴν καρδίαν, εἰς τὰ νοτερὰ τῆς σαρκὸς καὶ ἁπαλὰ ἐμπίπτοντα γήϊνα μέρη κατατηκόμενα ξυνάγει τὰ φλέβια καὶ απο- D

περὶ τὰ φλέβια] V. φλεβία, quod hic et ubique ex Ven. ΞΣ, Vind. Flor. a. n. o. x. correctum. Dein Par. A. δοκιμεῖα, quod recepit Bekker. Flor. x. οἷον πανδοκειμία.

D. γήϊνα μέρη] μέρη, pro quo vulgo scribebatur μέσα, praebuerunt Par. AF. Vat. Θ. Mon. Flor. β. x. Pro εἰς τὰ νότερα Flor. x. εἰς τὰ ἀνώτερα, quo firmatur coniectura Cornarii legendum putantis: εἰς τὰ μανώτερα τ. σ. κ. ἀπ. ἐμπ. γήϊνά τινα μέρη. conf. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 825.

Phys. I. p. 1112. ed. Heer. Censet autem philosophus saporis causam in humoribus inesse, de quibus supra p. 59. E sqq. disputatum est. Quibus quidem humoribus saporis sensum hoc modo excitari existimat. Tendi enim statuit a lingua venas ad cordis sedem, quae saporum sint quasi nunciae. In quas si quae res ita pervenerint, ut humidam carnis mollitiem penetrantes terrestri natura sua modice liquefactae venas contrahant et arefaciant, sapores sentiri. Similiter Alcmaeon apud Plutarch. IV. de placitis philosoph. c. 16. Ἀλκμαίων τῷ ὑγρῷ καὶ τῷ χλιαρῷ τῷ ἐν τῇ γλώττῃ πρὸς τῇ μαλακότητι διακρίνεσθαι τοὺς χυμούς. et apud Theophrast. l. c. §. 25. γλώττῃ δὲ τοὺς χυμοὺς κρίνειν· χλιαρὸν γὰρ οὖσαν καὶ μαλακὴν τήκειν τῇ θερμότητι· δέχεσθαι καὶ διαδιδόναι διὰ τὴν μανότητα τῆς ἁπαλότητος. Etiam Diogenes Apolloniates apud Plutarch. De plac. philos. IV. c. 16 et 18. saporis origines explicat. De Empedoclis sententia, quantum sciamus, nihil memoriae proditum est.

πρὸς δὲ αὐταῖς κεχρῆσθαι] ac praeter eas opus habere, siquidem per Krebsios ita dicere licet. De κεχρῆσθαι v. ad Euthydem. p. 289. A. De proximis Longinus De Sublim. 32, 5. γλῶτταν δὲ γεύσεως δοκίμιον λέγει. Unus liber δοκιμεῖον, quod etsi etiam apud Boeckhium Inscriptt. Vol. I. n. 1570. p. 752. legitur, tamen ad libri istius lectionem confirmandam nihil valet. Ceterum alterius formae usus certissimus. Pro εἰς νότερα Cornarius coniecit εἰς μανώτερα, probante Ruhnkenio ad Tim. p. 177. Et certe ita legit Plutarch. Sympos. I. 6. p. 624. D. τὰ γὰρ φλεβία τῆς γλώττης, ὡς ὁ Πλάτων φησί, μαλακὰ καὶ μανώτερα ὄντα. Nec tamen quidquam mutari oportere ex interpretatione loci antea proposita erit perspicuum. Pro γήϊνα μέρη vulgo erat γήϊνα μέσα, quod e Sto-

ξηραίνει, τραχύτερα μὲν ὄντα στρυφνὰ, ἧττον δὲ τραχύνοντα, αὐστηρὰ φαίνεται. τὰ δὲ τούτων τε ῥυπτικὰ καὶ πᾶν τὸ περὶ τὴν γλῶτταν ἀποπλύνοντα πέρα μὲν τοῦ μετρίου τοῦτο δρῶντα καὶ προςεπιλαμβανόμενα, ὥςτε ἀποτήκειν αὐτῆς τῆς φύσεως, οἷον ἡ τῶν λίτρων
E δύναμις, πικρὰ πάνθ' οὕτως ὠνόμασται· τὰ δὲ ὑποδεέστερα τῆς λιτρώδους ἕξεως ἐπὶ τὸ μέτριόν τε τῇ ῥύψει χρώμενα ἁλυκὰ ἄνευ πικρότητος τραχείας καὶ φίλα μᾶλλον ἡμῖν φαντάζεται. τὰ δὲ τῇ τοῦ στόμα-

τὰ δὲ τούτων τε ῥυπτικὰ] τε ex Par. A. restitutum olim aberat.

ἀποτήκειν αὐτῆς τῆς φύσεως] Post *αὐτῆς* interponunt *τι* Ambr. x. Vat. ϱ. et pauci alii cum vulg. editt. Quod cur abiecerimus, docebit interpretatio infra posita. Mox *λίτρων* et *λιτρώδους* Par. A. pro. vulg. *νίτρων* et *νιτρώδους*. v. p. 60. D.

baeo et codicibus emendatum est. Dein *στρυφνόν* est acerbum, vim adstringendi habens; v. Ruhnken. ad Tim. p. 237. Ceterum hunc quoque locum de saporum generibus retulit Theophrastus l. c. Aristotelis sententiam cognosces e libro De sensu c. 4. 5. et 12. De anim. II. 9. III. 1. 2.

ὥςτε ἀποτήκειν αὐτῆς τῆς φύσεως] Recepturus eram *αὐτῆς τι τῆς φύσεως*. ni talia deterrerent. De Rep. VI. 485. A. *ὃ ἂν αὐτοῖς δηλοῖ ἐκείνης τῆς φύσεως*. qui et ipse genitivus partitivus est. Gorg. p. 514. A. *πράξοντες τῶν πολιτικῶν πραγμάτων*. v supra ad p. 33. D. Fischer. ad Weller. III. p. 355 sqq. Matthiae Gr. 323. §. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 50, Pierson. ad Moer. p. 165.

E. *ἁλυκὰ ἄνευ πικρότητος*] Etym. M. p. 64. 41. ed. Lips. *ἁλύκιον· ψυχρὸν ἢ χλιαρόν· οἱ δὲ ἁλμυρόν· ἄλλοι θαλάσσιον. ἁλυκότερον δὲ, τὸ θερμόν.* Audias Galenum De atra bile T. III. p. 166. F. *διαφέρει μηδὲν ἁλμυρὸν ἢ ἁλυκὸν ὀνομάζειν ὅντινα χυμόν· ἄμφω γὰρ τὰ ὀνόματα ταὐτὸ σημαίνει πρᾶγμα.* Hinc Plutarchus Quaest. Nat. p. 913. B. sqq. modo *ἁλμυρόν* modo *ἁλυκόν* dixit. Athen. III. 79. E. *οἱ μὲν γὰρ ἅλες τὸν ἁλυκόν, τὸ δ' ὄξος τὸν δριμὺν αὔξει χυμόν.* Hoc loco apparet *τὰ ἁλυκὰ* opponi *τοῖς πικροῖς*, quae vehementius linguam afficiant.

τὰ δὲ τῇ τοῦ στόματος θερμότητι] quae vero cum oris calore calorem habent communem et ab eo emolliuntur, quoniam et ipsa una incenduntur et rursus urunt id, quod calefacit (i. e. *τὸ στόμα*), propter levitatem sursum ad capitis sensus feruntur et (quasi) secant in quaecunque incidunt, ob easque vires *δριμέα*, h. e. acria, appellantur. Theophrastus l. c. Platonis referens sententiam: *τὰ δὲ θερμαινόμενα καὶ ἀναφερόμενα καὶ διακρίνοντα δριμέα.* qui recte illud *τέμνοντα* per *διακρίνοντα* explicavit. Aristot. De sensu et sen. c. 4. *τὸ δὲ ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν σχεδὸν τὸ αὐτό· ὁ δὲ δριμὺς καὶ αὐστηρὸς καὶ ὀξὺς ἀνὰ μέσον.*

τος θερμότητι κοινωνήσαντα καὶ λειαινόμενα ὑπ' αὐτοῦ, ξυνεκπυρούμενα καὶ πάλιν αὐτὰ ἀντικάοντα τὸ διαθερμῆναν, φερόμενά τε ὑπὸ κουφότητος ἄνω πρὸς τὰς τῆς κεφαλῆς αἰσθήσεις, τέμνοντά τε πάνθ' ὁπόσοις ἂν προςπίπτῃ, διὰ ταύτας τὰς δυνάμεις δρι- 66
μέα πάντα τοιαῦτα ἐλέχθη. τῶν δὲ αὐτῶν προλελεπτυσμένων μὲν ὑπὸ σηπεδόνος, εἰς δὲ τὰς στενὰς φλέβας ἐνδυομένων, καὶ τοῖς ἐνοῦσιν αὐτόθι μέρεσι

λειαινόμενα ὑπ' αὐτοῦ] *αὐτῆς* Bas. 2.

ὁπόσοις ἂν προςπίπτῃ] Sic Par. A. Vett. editt. *ὅσοις*.

P. 66. *καὶ τοῖς ἐνοῦσιν αὐτόθι*] Vat. Θ. *ἐν τοῖς ἐνοῦσιν αὐτόθι*.

P. 66. *τῶν δὲ αὐτῶν προλελεπτυσμένων* —] eadem haec quum antea extenuata sunt putredine et in venarum angustias influunt, atque partibus terrenis et aëriis ibi extantibus convenienter se habent, ita ut mutua commixtione circa ipsa motu suo effecta mixta illa repente mutentur et in alias partes influentia alias cavas efficiant, circum ea, quae influunt, tensa — harum igitur affectionum causa *acidi* nomen habet. Apparet enim certissime sententiam esse interruptam intercapedine verborum *ἃ δὴ νοτίδος — λεχθῆναι*, atque absolvi demum postremis illis *τὸ δὲ τούτων αἴτιον — προςρηθῆναι*, in quibus ob eam ipsam causam *δὲ* interpositum legitur. Verum haec principalis enuntiati pars dubium non est quin foede misereque corrupta sit. Primum enim non apparet unde dativus *τοῖς ἐνοῦσιν αὐτόθι μέρεσι κ. τ. λ.* pendeat, siquidem *καὶ ὅσα ἀέρος ξυμμετρίαν ἔχοντα* valet *καὶ τοῖς ὅσα ἀέρος ξυμμετρίαν ἔχει*. Itaque legendum fortasse videbitur *ἐχόντων*, quod ipsum interpretatione nostra expressimus: ita enim dativus e *ξυμμετρίαν ἔχειν* aptus nexusque erit. Verum ut alias dubitationes silentio praeteream, illud certe huic rationi officit, quod ipsa sententia istud *ξυμμετρίαν ἔχειν* non ferre videtur. Sed quo certius de tota causa iudicari possit, age, etiam reliqua verba consideremus. Et horum quidem sententiam apparet huc fere redire: humore cavo aëri circumdato, vel terreno illo vel etiam puro, humida aëris receptacula oriuntur cava et globosa; et horum quidem duplex genus est; aut enim ex puro humore orta sunt, atque tum bullae vocantur pellucidae; aut originem duxerunt ex humore terreno (erdig), simul agitato et sublato, quod ubi accidit, fermentum existit. Ipsa sententia igitur satis evidens est ac perspicua. Verum rursus laborat verborum constructio, siquidem quae infiniti-

γεώδεσι καὶ ὅσα ἀέρος ξυμμετρίαν ἔχοντα, ὥςτε κινήσαντα περὶ ἄλληλα ποιεῖν κυκᾶσθαι, κυκώμενα δὲ περιπίπτειν τε καὶ εἰς ἕτερα ἐνδυόμενα ἕτερα κοῖλα ἀπεργάζεσθαι, περιτεινόμενα τοῖς εἰςιοῦσιν — ἃ δὴ νοτί-
B δος περὶ ἀέρα κοίλης περιταθείσης, τοτὲ μὲν γεώδους, τοτὲ δὲ καὶ καθαρᾶς, νοτερὰ ἀγγεῖα ἀέρος ὕδατα κοῖλα περιφερῆ τε γενέσθαι, καὶ τὰ μὲν τῆς καθαρᾶς διαφανεῖς περιστῆναι, κληθείσας ὄνομα πομφόλυγας, τὰ δὲ τῆς γεώδους, ὁμοῦ κινουμένης τε καὶ αἰρομένης, ζέσιν τε καὶ ζύμωσιν ἐπίκλην λεχθῆναι — τὸ δὲ τούτων αἴτιον τῶν παθημάτων ὀξὺ προςρηθῆ-

περὶ ἄλληλα π.] πρὸς ἄλληλα Par. A. corr.
B. κινουμένης τε καὶ αἰρ.] τε accessit nuper ex Par. AFS. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Vind. Mon. Ambr. s. x. Ricard. Vat. cor. Flor. a. β. n. o. x. Dein λεχθῆναι pro vulg. κληθῆναι praebuerunt Par. AFS. Vat. Θ. Vind. Mon. Ambr. s. x. Ricard. Vat.

vorum istorum ratio sit, nullo modo intelligitur. Accedit quod vox ὕδατα ante κοῖλα περιφερῆ τε γενέσθαι moleste intrusa est. Quae rursus certissima sunt depravationis argumenta. Iam si quaerimus de universi loci sententia, aperte Timaeus hoc sibi vult: Acida (das Saure) ecoctione quadam et fermentatione partium terrenarum et aëriarum in venis comprehensarum oriri, quae accessione acrium clementorum putredine (i. e. concoctione) affectorum efficiatur. Similia igitur haec sunt rationi chemicorum nostrorum, qui fermentationis originem maxime ex oxygenis, quae vocantur, repetendam existimant, nec dubitandum est, quin sententia Platonis omnino clara sit et perspicua. Restat igitur difficultas verborum. Quae quomodo tollenda sit, eo magis dubium est, quo mirabilior est codicum de his corruptelis consensio. Itaque proponere licebit coniecturam quandam nostram sic, ut non tam quid scriptum fuerit, quam quid potuerit scriptum legi, significemus. Nihil igitur desideraremus, si oratio hunc in modum esset concinnata: καὶ ὅσα ἀέρος ξυμμετρίαν ἔχοντα (sc. ἐστί), συνιόντων, ὥςτε κινήσαντα κ. τ. λ. ac deinde: νοτερὰ ἀγγεῖα ἀέρος ἀνάγκη (sc. ἐστί) κοῖλα περιφερῆ τε γενέσθαι κ. τ. λ. Postrema autem haec, τὸ δὲ τούτων αἴτιον — προςρηθῆναι, bene dilucidavit Stephanus, cuius haec sunt verba: „Non iungitur, inquit, αἴτιον cum ὀξύ, ut dicatur causa acida, sed indicatur acidum vocari id, quod harum passionum sive affectionum sit causa.“ De infinitivo κληθῆναι contulisse iuvabit Matthiae Gr. §. 535. b. De voc. πομφόλυγες dixerunt Etymol. Magn. p. 618. 10. Schol. ad Aristoph. Rann. v. 251. Nicander Theriac. v. 240. Toup. Emendatt. in Suid. p. 160. T. III. De proximis Theophrastus De sensu ac sensili §. 84. p. 683. ed. Schneider. τὰ δὲ οὖν

ναι. ξύμπασι δὲ τοῖς περὶ ταῦτα εἰρημένοις πάθος ἐναντίον ἀπ' ἐναντίας ἐστὶ προφάσεως, ὁπόταν ἡ C τῶν εἰσιόντων ξύστασις ἐν ὑγροῖς, οἰκεία τῇ τῆς γλώττης ἕξει πεφυκυῖα, λειαίνῃ μὲν ἐπαλείφουσα τὰ τραχυνθέντα, τὰ δὲ παρὰ φύσιν ξυνεστῶτα ἢ κεχυμένα τὰ μὲν ξυνάγῃ, τὰ δὲ χαλᾷ, καὶ πάνθ' ὅτι μάλιστα ἱδρύῃ κατὰ φύσιν, ἡδὺ καὶ προςφιλὲς παντὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἴαμα τῶν βιαίων παθημάτων γιγνόμενον κέκληται γλυκύ.

Καὶ τὰ μὲν δὴ ταύτῃ ταῦτα· περὶ δὲ δὴ τὴν D τῶν μυκτήρων δύναμιν, εἴδη μὲν οὐκ ἔνι. τὸ γὰρ τῶν

or. Tub. Flor. a. β. n. x.

C. τὰ τραχυνθέντα] V. τραχυθέντα, praeter fidem codicum.

D. περὶ δὲ δὴ τὴν τῶν μ.] δὴ restitutum ex Par. AF. Vat. Θ. Vind. Ambr. x. Vat. co. Flor. a. c. o. x.

τῇ ὑγρότητι τῇ ἐν τῇ γλώττῃ καὶ διαχυτικὰ καὶ συστατικὰ εἰς τὴν φύσιν γλυκέα.

D. περὶ δὲ δὴ τὴν τῶν μυκτήρων —] Olfactum negat ad certa quaedam genera posse revocari, quia omnis odor dimidiam quandam et imperfectam naturam habeat, neque definitam ac determinatam. Neque enim elementa pura et integra naribus percipi, sed vel madefacta vel putrefacta, vel liquefacta vel denique suffita. Itaque duo tantum discerni posse odorum genera, alterum suavium et iucundorum, alterum iniucundorum; posteriores violenter occupare partes corporis superiores inde a vertice ad umbilicum usque; priores vero ita esse comparatos, ut easdem partes mitigent leniterque in statum naturae convenientem restituant. Haec quoque more suo in brevius contraxit Timaeus Locrus p. 101. De eadem re Empedoclis et Alcmaeonis sententia quae fuerit exponitur a Theophrasto De sensu et sensil. §. 9. Plutarcho De placitis philos. IV. 17. et Galeno Histor. Phil. c. 26. Etenim uterque olfactum censuit pendere a fragrantibus corporum odororum particulis, quae in aëre sparsae tunc, quum inspiramus, adducerentur. Statuit autem Alcmaeo, parte animae principali, quae esset in cerebro, percipi odores spirando ab ea quasi attractos. Aristotelis de eadem re placita cognoscas ex libro De sens. ac sensil. c. 5. 12. Platonis sententiam maximam partem sequitur Theophrastus De odoribus p. 732. ed. Schneider. Idem de sensil. p. 683. §. 85. Platonis referens decretum: τὰς δὲ ὀσμὰς εἴδη μὲν οὐκ ἔχειν, ἀλλὰ τῷ λυπηρῷ καὶ ἡδεῖ διαφέρειν· εἶναι δὲ τὴν ὀσμὴν ὕδατος μὲν λεπτότερον, ἀέρος δὲ παχύτερον· σημεῖον δέ, ὅτι, ὅταν ἐπιφράξαντες ἀνασπῶσιν, ἄνευ ὀσμῆς τὸ πνεῦμα εἰςέρχεται· διὸ καθάπερ καπνὸν καὶ ὁμίχλην εἶναι τῶν σωμάτων ἀόρατον. εἶναι δὲ καπνὸν μὲν μεταβολὴν ἐξ ὕδατος εἰς ἀέ-

ὀσμῶν πᾶν ἡμιγενές, εἴδει δὲ οὐδενὶ ξυμβέβηκε ξυμμετρία πρὸς τό τινα σχεῖν ὀσμήν. ἀλλ᾽ ἡμῶν αἱ περὶ ταῦτα φλέβες πρὸς μὲν τὰ γῆς ὕδατός τε γένη στενότεραι ξυνέστησαν, πρὸς δὲ τὰ πυρὸς ἀέρος τε εὐρύτεραι· διὸ τούτων οὐδεὶς οὐδενὸς ὀσμῆς πώποτε ᾔσθετό τινος, ἀλλ᾽ ἀεὶ βρεχομένων ἢ σηπομένων ἢ
E τηκομένων ἢ θυμιωμένων γίγνονταί τινων· μεταβάλλοντος γὰρ ὕδατος εἰς ἀέρα ἀέρος τε εἰς ὕδωρ ἐν τῷ μεταξὺ τούτων γεγόνασιν, εἰσί τε ὀσμαὶ ξύμπασαι καπνὸς ἢ ὁμίχλη. τούτων δὲ τὸ μὲν ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ ἰὸν ὁμίχλη, τὸ δὲ ἐξ ὕδατος εἰς ἀέρα καπνός. ὅθεν λεπτότεραι μὲν ὕδατος, παχύτεραι δὲ ὀσμαὶ ξύμπασαι γεγόνασιν ἀέρος. δηλοῦνται δέ, ὁπόταν τινὸς ἀντιφραχθέντος περὶ τὴν ἀναπνοὴν ἄγῃ τις βίᾳ

αἱ περὶ ταῦτα] V. *αἱ περὶ τὰ τοιαῦτα.* Secuti sumus auctoritatem eorum codicum, quos modo recensuimus. Dein *στενότεραι* pro *στενώτεραι* Flor. β. b. n. v. ad Phaedon. p. 111. D. Etiam Par. A. teste Bastio ex corr. *στενότεραι.*

ἀλλ᾽ ἀεὶ βρεχομένων] *ἀλλ᾽ ἢ βρ.* Par. A.

ρα, ὁμίχλην δὲ τὴν ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ. Ceterum hunc quoque locum in Eclogas suas transtulit Stobaeus I. p. 1110. ed. Heer.

ξυμβέβηκε ξυμμετρία πρὸς τό τινα —] nulli elementorum speciei ea contigit convenientiae ratio, ut odorem habeat. Quod quid sibi velit, ex iis, quae proxime sequuntur, perspicuum est: dicuntur enim venae nostrae vel nervi circa haec ad terrae et aquae genera esse angustiores, ad ignem autem atque aërem latiores factae esse.

E. *λεπτότεραι μὲν ὕδατος*] h. e. tenuiores, quam ut aqua hoc sensu percipiatur, et crassiores, quam ut aër sentiri possit. Dein *τινὸς ἀντιφραχθέντος* est: si quid obstructum est respirationi, eamque impedit. Quod Lindavii gratia monemus, legendum putantis: *ὁπόταν ῥινὸς ἀντιφραχθὲν τὸ περὶ τὴν ἀναπνοήν:* quod posuisse est explosisse. Mox vulgo legebatur *διὰ οὖν ταῦτα,* errore manifesto. Unice verum est, quod ex codd. nuper restitutum videmus, *δύ᾽ οὖν ταῦτα.*

P. 67. *Τρίτον δὲ αἰσθητικὸν ἐν ἡμῖν —*] h. e. tertium *τῶν αἰσθήσεων γένος.* Disputatur enim deinceps de sensu audiendi. Quem vult excitari sic, ut vox, hoc est, pulsatio quaedam (Schwingung) ab aëre per aures, cerebrum et sanguinem ad animum usque penetrans percipiatur; motionem enim ex ea natam a capite ordientem et in hepatis sede desinentem auditum appellari. Iam vero motu veloci vocem

τὸ πνεῦμα εἰς αὐτόν· τότε γὰρ ὀσμὴ μὲν οὐδεμία
ξυνδιηθεῖται, τὸ δὲ πνεῦμα τῶν ὀσμῶν ἐρημωθὲν
αὐτὸ μόνον ἕπεται. δύ' οὖν ταῦτα ἀνώνυμα τὰ τού-
των ποικίλματα γέγονεν, οὐκ ἐκ πολλῶν οὐδ' ἁπλῶν 67
εἰδῶν ὄντα, ἀλλὰ διχῇ τό θ' ἡδὺ καὶ τὸ λυπηρὸν
αὐτόθι μόνω διαφανῆ λέγεσθον, τὸ μὲν τραχῦνόν τε
καὶ βιαζόμενον τὸ κύτος ἅπαν, ὅσον ἡμῶν μεταξὺ
κορυφῆς τοῦ τε ὀμφαλοῦ κεῖται, τὸ δὲ ταὐτὸν τοῦτο
καταπραῦνον καὶ πάλιν ᾗ πέφυκεν ἀγαπητῶς ἀπο-
διδόν.

Τρίτον δὲ αἰσθητικὸν ἐν ἡμῖν μέρος ἐπισκοποῦσι
τὸ περὶ τὴν ἀκοήν, δι' ἃς αἰτίας τὰ περὶ αὐτὸ ξυμ- B
βαίνει παθήματα, λεκτέον. ὅλως μὲν οὖν φωνὴν θῶ-
μεν τὴν δι' ὤτων ὑπ' ἀέρος ἐγκεφάλου τε καὶ αἵμα-

E. *δύ' οὖν ταῦτα*] Sic codd., qui partim *δύο οὖν* scribunt. Vett. editt. *διὰ οὖν*.–

P. 67. *τό θ' ἡδὺ*] *θ'* ex Par. A. adiectum.

B. *τὰ περὶ αὐτὸ ξυμβαίνει*] Legebatur vulgo *αὐτά*, quod correxit Stephanus, suffragante Par. A.

acutam, tardo gravem, uno aequabilem et lenem, contrario asperam, magno longam, parvo denique brevem effici arbitratur. Quid de causa auditus iudicaverit Empedocles, memoriae prodiderunt Theophrastus De sensu et sensil. §. 9. Plutarch. De placit. philos. IV. 16. et Galen. Hist. phil. c. 26. qui, *Ἐμπεδοκλῆς* inquit *τὴν ἀκοὴν γίγνεσθαι (λέγει) κατὰ πρόςπτωσιν πνεύματος τῷ κοχλιώδει χόνδρῳ, ὅπερ φησὶ ἐξηρτῆσθαι ἐντὸς τοῦ ὠτός, κώδωνος δίκην αἰωρούμενον καὶ τυπτόμενον*, Ibid. Alcmaeonis exponitur sententia, qui audire nos voluit per inane, quod intra aurem esset: id enim accedente aëre personare, siquidem vacua omnia resonarent. A quo rursus discessit Diogenes Apoll. qui auditum oriri censuit aëre, qui in capite contineretur, a sono icto et commoto. Praeterea contendere licebit cum his quae disputavit Aristoteles Histor. anim. I. 9, 4. II. 10. Platonis sententiam paucis retulit Theophrastus De sensu et sensil. §. 85. coll. §. 9. p. 683. ed. Schn. Alcinous Doctr. Plat. c. 19. Gellius N. A. v. 15. Plato autem non esse vocem corpus putat; non enim percussus, inquit, aër, sed plaga ipsa atque percussio vox est. Ceterum haec quoque Stobaeus inseruit Eclogis Phys. I. p. 1112. confirmans ille librorum scripturam, quam Tennemann. Syst. Plat. T. III. p. 207. sic tentavit, ut *ὑπ' ἀέρος* ante *δι' ὤτων* ponendum putaret; quo sane non opus est.

τος μέχρι ψυχῆς πληγὴν διαδιδομένην, τὴν δὲ ὑπ' αὐτῆς κίνησιν, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μὲν ἀρχομένην, τελευτῶσαν δὲ περὶ τὴν τοῦ ἥπατος ἕδραν, ἀκοήν· ὅση δ' αὐτῆς ταχεῖα, ὀξεῖαν, ὅση δὲ βραδυτέρα, βαρυτέραν· τὴν δὲ ὁμοίαν ὁμαλήν τε καὶ λείαν, τὴν
C δ' ἐναντίαν τραχεῖαν· μεγάλην δὲ τὴν πολλήν, ὅση δ' ἐναντία, σμικράν. τὰ δὲ περὶ ξυμφωνίας αὐτῶν ἐν τοῖς ὕστερον λεχθησομένοις ἀνάγκη ῥηθῆναι.

Τέταρτον δὴ λοιπὸν ἔτι γένος ἡμῖν αἰσθητικόν, ὃ διελέσθαι δεῖ συχνὰ ἐν ἑαυτῷ ποικίλματα κεκτημένον, ἃ ξύμπαντα μὲν χρόας ἐκαλέσαμεν, φλόγα τῶν

τὴν δὲ ὁμοίαν ὁμαλήν τε] V. τὴν δὲ μίαν, quod emendatum cum Par. A. Vat. o. Flor. x.

C. τὰ δὲ περὶ ξυμφωνίας] τὰ Par. FS. Mon. et pr. Vat. δ. Olim τὰς legebatur. Dein περὶ pro vulg. πέρι ξ praebuerunt Par. AFSV. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Flor. β. x. et pr. Vind. Vat. o.

B. τὴν δ' ὁμοίαν ὁμαλὴν] Sic recte libri meliores. Est enim vox ὁμοία quae sibi ipsa similis est, aequabilis quae sibi veluti constat. Quem usum vocabuli qui ignorarent, temere μίαν substituendum censuerunt. De ὅμοιον ita usurpato scripsimus ad Phaedon. p. 109. A. Sympos. p. 173. D. — ἐν τοῖς ὕστερον, p. 80. A sqq.

C. Τέταρτον δὴ λοιπὸν ἔτι γένος] Colores Pythagorei censuerunt corporum esse superficies, eorumque discrimina explicare studuerunt ex diversis elementorum mixtionibus atque locorum et aëris varietatibus. v. Plutarch. De Iside et Osir. c. 91 sq. De placit. philosoph. I. 15. A quibus aliquantum discessit Empedocles, qui colorem volebat esse id, quod congrueret meatibus oculorum, siquidem ex rebus ipsis tanquam species quaedam emanarent per visum in nos penetrantes v. Sturz. Empedocl. p. 349. et 416 sqq. coll. annot. ad Menon. p. 76. C. Hunc sequutus est Plato, de quo Goethius: Geschichte der Farbenlehre Par. I. Sect. I. „Noch willkommener tritt uns bei Plato jede vorige Denkweise gereinigt und erhöht entgegen. Er sondert, was empfunden wird. Die Farbe ist sein viertes Empfindbares. Hier finden wir die Poren, das Innere, das dem Aeussern antwortet, wie beim Empedocles, nur geistiger und mächtiger; aber was vor allen ausdrücklich zu bemerken ist, er kennt den Hauptpunkt der ganzen *Farben*- und Lichtschatten-Lehre; denn er sagt uns, durch das Weisse werde das Gesicht entbunden, durch das Schwarze gesammelt. Wir mögen anstatt der

σωμάτων ἑκάστων ἀποῤῥέουσαν, ὄψει ξύμμετρα μόρια ἔχουσαν πρὸς αἴσθησιν· ὄψεως δὲ ἐν τοῖς πρόσθεν αὐτῶν περὶ τῶν αἰτίων τῆς γενέσεως ἐῤῥήθη. τῇδ' D οὖν τῶν χρωμάτων πέρι μάλιστα εἰκὸς πρέποι τ' ἂν ἐπιεικεῖ λόγῳ διεξελθεῖν, τὰ φερόμενα ἀπὸ τῶν ἄλλων μόρια ἐμπίπτοντά τε εἰς τὴν ὄψιν τὰ μὲν ἐλάττω, τὰ δὲ μείζω, τὰ δ' ἴσα τοῖς αὐτῆς τῆς ὄψεως μέρεσιν εἶναι. τὰ μὲν οὖν ἴσα ἀναίσθητα, ἃ δὴ καὶ διαφανῆ λέγομεν, τὰ δὲ μείζω καὶ ἐλάττω, τὰ μὲν συγκρίνοντα, τὰ δὲ διακρίνοντα αὐτήν, τοῖς περὶ τὴν σάρκα θερμοῖς καὶ ψυχροῖς καὶ τοῖς περὶ τὴν γλῶτ-

D. *μόρια ἐμπίπτοντα*] V. *μορίων*, quod mutatum ex Par. A. Vat. o. Tub. Flor. x. Pro *τε*, quod exhibuit Par. A., vett. editt. *δέ* habent. Flor. x. Vat. o. *γε*, quo firmatur lectio recens suscepta.

τὰ δὲ μείζω καὶ ἐλάττω] *καὶ* debetur Par. AF. Mon. Vat. o. Flor. x. et corr. Vat. Θ. Flor. β. Vulgo legebatur *ἢ ἐλάττω*. In codd. non paucis vocula omissa scribitur *μείζω ἐλάττω*.

griechishen Worte *συγκρίνειν* u. *διακρίνειν* in andern Sprachen setzen was wir wollen, Zusammenziehn, Ausdehnen, Sammeln, Entbinden, Fesseln, Lösen etc., so finden wir keinen so geistig-körperlichen Ausdruck für das Pulsiren, in welchem sich Leben und Empfinden ausspricht. Ueberdiess sind die griechischen Ausdrükke Kunstworte, welche bei mehrern Gelegenheiten vorkommen, wodurch sich ihre Bedeutsamkeit iedesmal vermehrt." Audias vero quid sit quod Plato de coloribus statuendum iudicaverit: in quibus tamen legendis tenebis quae supra p. 45 sqq. ed. Steph. de videndi facultate disputata sunt. Censet igitur philosophus colorum vim naturamque in universum contineri in flamma e singulis emanante corporibus, quae partes habeat visui ad sentiendum accommodatas. Iam vero quae e corporibus effluant, vel minora visu, vel maiora eodem vel denique eius partibus aequalia esse posse. Quae sint aequalia, ea non sentiri, atque appellari pellucida. Quae autem maiora sint vel minora, ea vel distendere oculorum aciem vel contrahere: et ex contractione quidem colorem nigrum, ex distentione album colorem oriri. Haec igitur in universum. Deinceps enim docet, unde ceteri colores iique multiplices originem suam habeant. Ceterum conf. Theophrastus l. c. 5. et §. 86.

ὄψεως δὲ ἐν τοῖς πρόσθεν] Iungas hunc in modum: *περὶ δὲ αὐτῶν τῶν αἰτίων τῆς γενέσεως ὄψεως ἐν τοῖς πρόσθεν ἐῤῥήθη*.

D. *τῇδ' οὖν — λόγῳ διελθεῖν*] h. e. ita disserere et explicare decet, v. Dorvill. ad Chariton. p. 645.

E ταν στρυφνοῖς καὶ ὅσα θερμαντικὰ ὄντα δριμέα ἐκαλέσαμεν ἀδελφὰ εἶναι, τά τε λευκὰ καὶ τὰ μέλανα, ἐκείνων παθήματα γεγονότα ἐν ἄλλῳ γένει ταὐτά, φανταζόμενα δὲ ἄλλα διὰ ταύτας τὰς αἰτίας. οὕτως οὖν αὐτὰ προσρητέον, τὸ μὲν διακριτικὸν τῆς ὄψεως λευκόν, τὸ δ' ἐναντίον αὐτοῦ μέλαν, τὴν δ' ὀξυτέραν φορὰν καὶ γένους πυρὸς ἑτέρου προσπίπτουσαν καὶ διακρίνουσαν τὴν ὄψιν μέχρι τῶν ὀμμάτων, αὐτάς τε τῶν ὀφθαλμῶν τὰς διεξόδους βίᾳ διωθοῦσαν
68 καὶ τήκουσαν, πῦρ μὲν καὶ ὕδωρ ἀθρόον, ὃ δάκρυον καλοῦμεν, ἐκεῖθεν ἐκχέουσαν, αὐτὴν δὲ οὖσαν πῦρ, ἐξ ἐναντίας ἀπαντῶσαν, καὶ τοῦ μὲν ἐκπηδῶντος πυ-

P. 68. *καὶ ὕδωρ ἀθρόον*] Par. A. *ἀθρόον καὶ ὕδωρ.* *τὸ πάθος προσείπομεν*] *προσείπωμεν* Ven. Ξ. Par. SV. Ambr. s. Vat. g. male.

B. *τοῦ πυρὸς μιγνυμένου*] Scripsimus *μιγνυμένου* (sc. *τῇ αὐγῇ*) de coniectura Stephani pro vulg. *μιγνυμένῃ*. Receptam

E. *τά λευκὰ καὶ τὰ μέλανα*] alba et nigra, quae sunt illorum affectiones. Intell. autem illorum, quorum modo mentionem fecit, videlicet calidorum et frigidorum, acerborum et acrium. *Stephanus*. *τὴν δ' ὀξυτέραν φορὰν*] Explicantur nunc causae varietatis reliquorum colorum. Itaque declarata breviter lacrymarum origine, quae ex vehementiore ignis externi cum madidis oculi partibus concursione repetitur, ordine deinceps de colore *λαμπρῷ* et *στίλβοντι*, splendido et corusco, *ἐρυθρῷ* sive rubro, *ξανθῷ* s. flavo, *ἁλουργῷ*, purpureo, *ὀρφνίνῳ*, subfusco, *φαιῷ* s. pallido, *πυῤῥῷ* s. rufo, *φαιῷ* s. fusco, *κυανῷ*, h. e. coeruleo, denique *πρασίῳ* sive viridi et aliis exponitur. De nominibus colorum eorumque usu apud Graecos et Romanos disputavit Göthius in libro: Geschichte der Farbenlehre Part. I. Sect. IV. Operum Vol. LIII. p. 61 sqq. edit. Tub. 1833. Idem totum hunc locum in sermonem Germanicum transtulit in libro: Farbenlehre Part. II. sect. 8 sq. Prima verba sic intelligenda sunt: vehementiorem autem motionem eamque ignis diversi (h. e. extrinsecus ad oculos allati), quae ad visum accidit eumque ad oculos usque discernit, atque ipsos oculorum meatus dispellit violenter ac liquefacit, ita ut ignem et aquam multam, quam lacrymam vocamus, inde effundat, quum tamen ipsa ignis sit (sc. *ἡ ὀξυτέρα φορά*) ex adverso occurrens, altero igne exsiliente tanquam a fulgure, altero ingrediente et circa humidum evanescente, omnis generis coloribus ex hac mixtione orientibus, hanc igitur affectionem appellamus *fulgorem*, et id, quod ipsam efficit,

ρὸς οἷον ἀπ' ἀστραπῆς, τοῦ δ' εἰςόντος καὶ περὶ τὸ νοτερὸν κατασβεννυμένου, παντοδαπῶν ἐν τῇ κυκήσει ταύτῃ γιγνομένων χρωμάτων, μαρμαρυγὰς μὲν τὸ πάθος προςείπομεν, τὸ δὲ τοῦτο ἀπεργαζόμενον λαμπρόν τε καὶ στίλβον ἐπωνομάσαμεν. τὸ δὲ τούτων αὖ μεταξὺ πυρὸς γένος, πρὸς μὲν τὸ τῶν ὀμμάτων ὑγρὸν ἀφικνούμενον καὶ κεραννύμενον αὐτῷ, στίλβον δὲ οὔ, τῇ δὲ διὰ τῆς νοτίδος αὐγῇ, τοῦ πυρὸς μιγνυμένου, χρῶμα ἔναιμον παρασχομένῃ τοὔνομα ἐρυθρὸν λέγομεν. λαμπρόν τε ἐρυθρῷ λευκῷ τε μιγνύμενον ξανθὸν γέγονε· τὸ δ' ὅσον μέτρον ὅσοις, οὐδ' εἴ τις εἰδείη, νοῦν ἔχει τὸ λέγειν, ὧν μήτε τινὰ B

lectionem confirmat Flor. x. In Vat. o. a. pr. m. est προςμιγνυμένου, quod fortasse praeferendum. Idem liber deinceps: χρῶμά τε παρασχομένῃ ἔναιμον.

νοῦν ἔχει τὸ λέγειν] V. ἔχοι, quod ex optimis et plurimis emendatum.

splendidum dicimus et *coruscum*.

P. 68. χρῶμα ἔναιμον παρασχομένῃ] Rubrum colorem existere censet singulari quadam humidarum corporis partium cum extrinsecus affluente igne commixtione. Qua tamen quidnam efficiatur, id vero vix intelligas in tanta verborum depravatione. Duplici utique, si quid video, opus est medicina, ut locus in integritatem suam restituatur. Primum enim legendum est μιγνυμένου pro μιγνυμένῃ, quod iam Stephanus pervidit; deinde pro παρασχομένῃ haud dubie de coniectura Lindavii reponi oportet παρασχόμενον. Sed utroque vitio sublato tamen etiamnum aliquid superest difficultatis. Quod quale sit, facile senties, ubi accuratius perceperis interpretationem Germanicam, qualis haec est: „Das wiederum zwischen diesen in der Mitte befindliche Geschlecht des Feuers, wenn es zu der Feuchtigkeit der Augen gelangt und sich mit ihr vermischt, iedoch nicht schimmert, sondern dem während seiner Mischung durch die Feuchtigkeit hindurchleuchtenden Feuer eine blutrothe Farbe gewährt, wird mit dem Namen das *Rothe* benannt." Enimvero medium illud ignis genus ita dicitur ignis sese miscentis splendori sanguineum colorem afferre. Sed ignis, qui se admiscet, profecto non alius est quam qui affert colorem sanguineum. Itaque non temere videmur statuere verba τοῦ πυρὸς μιγνυμένῃ ex inepto glossemate nata esse existimantes. In proximis pro λαμπρόν τε sine dubitatione scribendum λαμπρὸν δέ.

νοῦν ἔχει τὸ λέγειν] h. e. rationi est consentaneum. Dein plenius poterat dici: τὸ λέγειν περὶ τούτων, ὧν μήτε τινὰ ἀνάγκην κ. τ. λ.

ἀνάγκην μήτε τὸν εἰκότα λόγον καὶ μετρίως ἄν τις εἰπεῖν εἴη δυνατός. ἐρυθρὸν δὲ δὴ μέλανι λευκῷ τε
C κραθὲν ἁλουργοῦν· ὄρφνινον δέ, ὅταν τούτοις μεμιγμένοις κανθεῖσί τε μᾶλλον συγκραθῇ μέλαν. πυῤῥὸν δὲ ξανθοῦ τε καὶ φαιοῦ κράσει γίγνεται, φαιὸν δὲ λευκοῦ τε καὶ μέλανος, τὸ δὲ ὠχρὸν λευκοῦ ξανθῷ μεμιγμένον. λαμπρῷ δὲ λευκὸν ξυνελθὸν καὶ εἰς μέλαν κατακορὲς ἐμπεσὸν κυανοῦν χρῶμα ἀποτελεῖται, κυανοῦ δὲ λευκῷ κεραννυμένου γλαυκόν, πυῤῥοῦ δὲ μέλανι πράσιον. τὰ δὲ ἄλλα ἀπὸ τούτων σχεδὸν δῆλα,
D αἷς ἂν ἀφομοιούμενα μίξεσι διασῴζοι τὸν εἰκότα μῦθον. Εἰ δέ τις τούτων ἔργῳ σκοπούμενος βάσανον

C. κραθὲν ἁλουργοῦν] Par. F S. Ambr. s. Vat. o. Flor. n. ἁλουργόν, quod Bastius etiam ex Par. A, enotavit.
λαμπρῷ δὲ λευκὸν ξ.] Sic Par. A. F S. Flor. b. β. Mon.

C. κραθὲν ἁλουργοῦν] Aliquot codices ἁλουργόν. Et certe alibi dicitur vel ἁλουργές, vel ἁλουργόν, de quibus formis disputavit Lobeck. ad Phrynich. p. 185. ἁλουργοῦν nusquam nec apud Platonem nec apud ullum alium scriptorem repertum est. Nec tamen ausi sumus formam insolentem hic loco suo depellere. De colore ἁλουργῷ disputat Aristoteles De coloribus c. 5. et Theophrast. l. c. §. 76 sqq.

ὄρφνινον δέ, ὅταν —] Göthius Operum Vol. LIII. p. 66. ed. Tub. 1833. „Aus verbranntem Purpur und Schwarz entsteht nach Platon und Aristoteles das ὄρφνινον, die Farbe des Rauchtopases, wie im Lateinischen das verwandte *furvum* oft nur in der allgemeinen Bedeutung des Schwarzen und Dunkeln gebraucht wird.“ Aristotelis locus est De coloribus c. 5. Idem de proximis: „Aus der Mischung von Schwarz und Weiss gehen nach eben denselben hervor das φαιόν, welches auch μυινόν erklärt wird, also *grau*; ferner τεφρόν, *aschfarben*, und σποδιον, welches *isabellfarben* erklärt wird; drückt aber auch *Eselsfarbe* aus, welche an den Spitzen der Haare in ein πυῤῥόν, mehr oder weniger *Gelbbraunes*, ausläuft.“

τὰ δὲ ἄλλα ἀπὸ τούτων —] reliqui vero colores ex his fere perspicuum est quibus assimilati mixtionibus conservent probabilem orationem, h. e. quibus mixtionibus oriri probabiliter iudicandi sint. Negat tamen humani esse consilii tales mixtiones ipso facto experiri, siquidem unus deus omnium rationes exploratas habeat. Post ὡς ἐπιστάμενος ἅμα καὶ δυνατός fuit qui ὧν addendum putaret: quo tamen non opus esse docebunt quae exposuimus ad

λαμβάνοι, τὸ τῆς ἀνθρωπίνης καὶ θείας φύσεως ἠγνοηκὼς ἂν εἴη διάφορον, ὅτι θεὸς μὲν τὸ πολλὰ εἰς ἓν ξυγκεραννύναι καὶ πάλιν ἐξ ἑνὸς εἰς πολλὰ διαλύειν ἱκανὸς ὡς ἐπιστάμενος ἅμα καὶ δυνατός, ἀνθρώπων δὲ οὐδεὶς οὐδέτερα τούτων ἱκανὸς οὔτε ἔστι νῦν οὔτ' εἰςαῦθίς ποτ' ἔσται. E

Ταῦτα δὴ πάντα τότε ταύτῃ πεφυκότα ἐξ ἀνάγκης ὁ τοῦ καλλίστου τε καὶ ἀρίστου δημιουργὸς ἐν τοῖς γιγνομένοις παρελάμβανεν, ἡνίκα τὸν αὐτάρκη τε καὶ τὸν τελεώτατον θεὸν ἐγέννα, χρώμενος μὲν ταῖς περὶ ταῦτα αἰτίαις ὑπηρετούσαις, τὸ δὲ εὖ τεκταινόμενος ἐν πᾶσι τοῖς γιγνομένοις αὐτός. διὸ δὴ

Vat. o. Legebatur λαμπρὸν δὲ λευκῷ.

E. *Ταῦτα δὴ πάντα*] Sic Par. A. Vat. b, Vett. editt. *Πάντα δὴ ταῦτα.*

Gorg. p. 501. A. Addimus nunc De Rep. II. p. 364. A. *πλουσίους (ὄντας sc.) καὶ ἄλλας δυνάμεις ἔχοντας.* Ibid. X. p. 599. A. *οὐκ αἰσθάνονται τριττὰ ἀπέχοντα τοῦ ὄντος καὶ ῥάδια ποιεῖν μὴ εἰδότι τὴν ἀλήθειαν.* Ibid. VIII. p. 543. B. *ἴδιον μὲν οὐδὲν οὐδενὶ ἐχούσας, κοινὰς δὲ πᾶσι.* Critiam p. 114. E. *τὸ νῦν ὀνομαζόμενον μόνον νῦν δὲ πλέον ὀνόματος* sc. *ὄν.* Ceterum postremam loci partem descripsit Stobaeus Eclogg. Phys. I. p. 1110. A.

E. *Ταῦτα δὴ πάντα τότε ταύτῃ —*]. Finita disputatione de rerum elementis eorumque virtutibus, priusquam ad illustrandam humanae naturae originem accedit, pauca quaedam de duplici causarum genere supra p. 48. A. memorato praemittit. Alterum enim divinum, alterum necessarium esse monet: sed deum divina cum necessariis copulavisse ideo, quia haec sine illis non possint a nobis cognosci et intelligi. Itaque nobis ita faciendum censet, ut divina vitae beatae adipiscendae causa exquiramus, quantum per naturam nostram possimus; necessaria autem propter divina cognoscere studeamus. Tum paucis repetit quae antea de rerum universitatis creatione erant exposita, et iniecta animae mundanae mentione deinceps de animi humani cum corporis fabrica coniunctione disserere instituit.

τὸν αὐτάρκη τε καὶ τὸν τελεώτατον θ.] h. e. mundum. v. p. 29. E sqq. 32. C.

ταῖς περὶ ταῦτα αἰτίαις ὑπηρετούσαις] Sive τοῖς ξυναιτίοις, de quibus v. p. 46. D. p. 48. A. et p. 76. D. Addimus locum Politici p. 281. D. *ὅσαι μὲν (αἰτίαι) τὸ πρᾶγμα αὐτὸ μὴ δημιουργοῦσι, ταῖς δὲ δημιουργούσαις ὄργανα παρασκευάζουσιν, ὧν μὴ παραγενομένων οὐκ ἄν ποτε ἐργασθείη τὸ προστεταγμένον ἑκάστῃ τῶν τεχνῶν, ταύτας μὲν συναιτίους, τὰς δὲ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀπεργασαμένας, αἰτίας.*

χρὴ δύ' αἰτίας εἴδη διορίζεσθαι, τὸ μὲν ἀναγκαῖον, τὸ δὲ θεῖον, καὶ τὸ μὲν θεῖον ἐν ἅπασι ζητεῖν κτήσεως ἕνεκα εὐδαίμονος βίου, καθ' ὅσον ἡμῶν ἡ φύ-
69 σις ἐνδέχεται, τὸ δὲ ἀναγκαῖον ἐκείνων χάριν, λογιζομένους ὡς ἄνευ τούτων οὐ δυνατὰ αὐτὰ ἐκεῖνα, ἐφ' οἷς σπουδάζομεν, μόνα κατανοεῖν οὐδ' αὖ λαβεῖν οὐδ' ἄλλως πως μετασχεῖν.

Ὅτ' οὖν δὴ τὰ νῦν οἷα τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παράκειται τὰ τῶν αἰτίων γένη διυλασμένα, ἐξ ὧν τὸν ἐπίλοιπον λόγον δεῖ ξυνυφανθῆναι, πάλιν ἐπ' ἀρχὴν ἐπανέλθωμεν διὰ βραχέων, ταχύ τε εἰς ταὐτὸν πορευθῶμεν, ὅθεν δεῦρο ἀφικόμεθα, καὶ τελευτὴν
B ἤδη κεφαλήν τε τῷ μύθῳ πειρώμεθα ἁρμόττουσαν ἐπιθεῖναι τοῖς πρόσθεν. ὥςπερ οὖν καὶ κατ' ἀρχὰς

P. 69. ἐπ' ἀρχὴν ἐπανέλθωμεν] Sic Vat. o. Flor. x. et Bastio teste Par. A. Editt. omnes ἀνέλθωμεν.

B. ὥςπερ οὖν καὶ κατ' ἀρχὰς ἐλ.] V. ὥςπερ γὰρ οὖν. Delevi γὰρ cum Flor. n. x.

οἷον πῦρ καὶ ὕδωρ] V. οἷον περ καὶ ὕδωρ, quod emendatum ex Par. AF. Mon. Vat. bo. Tub. Flor. β. x. Corron. et corr. Vat. Θ. Veram lectionem etiam Ficinus expressit. Deinceps pro καί τι τῶν ἄλλων recte Par. A. Vat. b. καὶ εἴ τι τῶν ἄλλων.

P. 69. Ὅτ' οὖν δὴ τὰ νῦν — διυλασμένα] Dicuntur τὰ τῶν αἰτίων γένη esse διυλασμένα, h. e. materiae instar praeparata ac digesta. Ita enim intelligendum hoc verbum est, quod numeratur in τοῖς ἅπαξ εἰρημένοις. In principio enuntiati ὅτε est quandoquidem, quando, quoniam, de quo voculae usu quum alibi tum ad Phaedon. p. 84. E. dictum est.

B. τῷ μύθῳ πειρώμεθα ἁρμόττουσαν] Cur disputationem de adspectabili rerum natura μῦθον appellet, supra ad p. 29. B. D. significavimus, ubi philosophus eodem usus nomine est. Proverbium κεφαλὴν s. κολοφῶνα τῷ λόγῳ ἐπιθεῖναι, hoc est orationem ad finem usque perducere, disputationem absolvere, multi illustrarunt, inter quos sunt etiam Ruhnken. apud Heusdium Specim. crit. p. 33. Wyttenbach. ad Plutarch. De sera numin. vind. p. 21. Upton. ad Arrian. Dissertatt. Epictett. p. 134 sqq.

ταῦτα ἀτάκτως ἔχοντα ὁ θεὸς ἐν ἑκ.] haec quum essent inordinata, deus singulis cum ad ipsa tum ad cetera convenientiam tribuit, quantacunque et quatenus poterant inter se respondere atque convenire. In his observabis casum absolutum ταῦτα ἀτάκτως ἔχοντα, pro quo expectabas τού-

ἐλέχθη, ταῦτα ἀτάκτως ἔχοντα ὁ θεὸς ἐν ἑκάστῳ τε αὑτῷ πρὸς αὑτὸ καὶ πρὸς ἄλληλα συμμετρίας ἐνεποίησεν, ὅσας τε καὶ ὅπῃ δυνατὸν ἦν ἀνάλογα καὶ σύμμετρα εἶναι. τότε γὰρ οὔτε τούτων ὅσον μὴ τύχῃ τι μετεῖχεν, οὔτε τὸ παράπαν ὀνομάσαι τῶν νῦν ὀνομαζομένων ἀξιόλογον ἦν οὐδέν, οἷον πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ εἴ τι τῶν ἄλλων. ἀλλὰ πάντα ταῦτα πρῶ- C
τον διεκόσμησεν, ἔπειτα ἐκ τούτων πᾶν τόδε ξυνεστήσατο, ζῶον ἓν ζῶα ἔχον τὰ πάντα ἐν ἑαυτῷ θνητὰ ἀθάνατά τε. καὶ τῶν μὲν θείων αὐτὸς γίγνεται δημιουργός, τῶν δὲ θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προςέταξεν. οἱ δὲ μιμούμενοι, παραλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνητὸν σῶμα αὐτῇ περιετόρνευσαν ὄχη-

C. ζῶον ἓν ζῶα ἔχον τὰ πάντα ἐν ἑαυτῷ] Vett. editt. ζῶον ἓν ζῶα ἔχον ἅπαντα ἐν αὑτῷ. Pro ἔχον Par. A. Vat. b. ἔχοντα. Par. A. πάντα. Flor. x. Vat. o. τὰ παντοδαπά. Unde emergit lectio a nobis restituta, quam probavit etiam Bekkerus Comment. p. 110. Post θνητὰ quod vulgo insertum legebatur τε, id omiserunt recte Par. AFS. Vat. Θ. Vind. Mon. alii non pauci. Post ἐν αὑτῷ Flor. x. ὄντα inserit.

αὐτῇ περιετόρνευσαν] V. αὐτοί. errore. Dein vulgo ἅπαν τὸ σῶμα praeter fidem optimorum plurimorumque codicum.

των ἀτάκτως ἐχόντων. v. Matthiae Gr. §. 556. 3. Dein de ἐν ἑκάστῳ ἐνεποίησεν v. ad Alcibiad. I. p. 114. D. Denique de loquutione ὅσας ξυμμετρίας ξύμμετρα εἶναι comparasse iuvabit De Rep. VI. p. 490. D. κακοὺς πᾶσαν κακίαν. Ibid. IX. p. 579. D. δοῦλος τὰς μεγίστας δουλείας. coll. Matthiae Gr. §. 408.

ὅσον μὴ τύχῃ] nisi quantum fors erat. Phaedon. p. 83. A. πείθουσα ἀναχωρεῖν, ὅσον μὴ ἀνάγκη αὐτοῖς χρῆσθαι. Soph. Oed. Tyr. v. 348. ἴσθι γὰρ δοκῶν ἐμοὶ καὶ ξυμφυτεῦσαι τοὔργον, εἰργάσθαι δ', ὅσον μὴ χερσὶ καίνων. ubi Neuius comparat Trachin. v. 1214. ὅσον γ' ἂν αὐτοὺς μὴ ποτιψαύων χεροῖν.

et Thucyd. I. 111. τῆς γῆς ἐκράτουν, ὅσα μὴ προϊόντες πολὺ ἐκ τῶν ὅπλων. Mox D. ὅ τι μὴ πᾶσα ἀνάγκη.

οὔτε τὸ παράπαν ὀνομάσαι] V. p. 48. B sqq.

C. ζῶον ἓν ζῶα ἔχον ἅπαντα] V. p. 31. B. coll. p. 92. C.

δημιουργεῖν προςέταξε] V. p. 41. B sqq. Deinde quod corpus vocatur ὄχημα τῆς ψυχῆς, ob oculos habuit fortasse hanc comparationem Tyrius Maxim. T. II. Diss. 40. p. 266. ed. Reisk. quo loco corpus cum nave contenditur.

μά τε πᾶν τὸ σῶμα ἔδοσαν ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ
D ψυχῆς προςῳκοδόμουν τὸ θνητόν, δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν ἑαυτῷ παθήματα ἔχον, πρῶτον μὲν ἡδονήν, μέγιστον κακοῦ δέλεαρ, ἔπειτα λύπας, ἀγαθῶν φυγάς, ἔτι δ' αὖ θάῤῥος καὶ φόβον, ἄφρονε ξυμβούλω, θυμόν τε δυςπαραμύθητον, ἐλπίδα τ' εὐπαράγωγον αἰσθήσει τε ἀλόγῳ καὶ ἐπιχειρητῇ παντὸς ἔρωτι· ξυγκερασάμενοί τ' αὐτὰ ἀναγκαίως τὸ θνητὸν γένος ξυνέθεσαν. καὶ διὰ ταῦτα δὴ σεβόμενοι μιαίνειν τὸ

προςῳκοδόμουν τὸ θνητόν] V. προςῳκοδομοῦντο θνητόν, quod ex Par. AF. Vat. Θ. Mon. et marg. Flor. β. emendatum.

D. κακοῦ δέλεαρ] V. κακῶν, invitis Par. AFSY. Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Mon. Ambr. s. x. Ricard. Vat. bgor. Flor. a. b. c. n. o. x.

θυμόν τε δυςπαραμ.] Par. A. teste Bekkero Vat., bo. Flor. x. pro τὲ — τ' habent δὲ — δ', quod recepit Bekker. Etiam αἰσθήσει δὲ Flor. x. Vat. bo. Par. AF. Mox pro τ' αὐτὰ plerique omnes vitiose ταῦτα.

ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς —] Cicero Tuscul. I. 10, 20. Plato triplicem finxit animum, cuius principatum, id est rationem, in capite sicut in arce posuit; et duas partes parere voluit, iram et cupiditatem, quas locis disclusit; iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit. Divisit Plato animum in τὸ λογιστικόν et τὸ ἄλογον, quorum alterum rursus in τὸ θυμικόν et τὸ ἐπιθυμητικόν descriptum vult. v. De Rep. IV. p. 439. D. IX. p. 580. D. 588. B sqq. Phaedr. p. 246. A sqq. conf. Philon. Iud. Leg. Allegorr. III. p. 310. ed. Pfeiffer. Alcin. De doctr. Plat. c. 23. 24. Diog. Laert. VIII. 30. Davis. ad Tuscul. II. 20. IV. 5. Confundi haec Platonis ratio non debet cum illa trichotomia sacrorum scriptorum, qua humanae naturae tres partes attribuebantur, corpus sive τὸ σῶμα, anima s. ψυχή, et mens vel spiritus, quem τὸ πνεῦμα vocant: de qua distributione docte disputavit Herm. Olshausen in Diatriba: De humanae naturae trichotomia N. T. scriptoribus recepta. Regiomonti, 1826. 4. Ceterum hanc Platonis sententiam de tribus animi facultatibus diversis corporis partibus attribuendis adversus Chrysippum, Posidonium, Zenonem, Aristotelem defendit Galenus De placit. Hipp. et Plat III. 1 sq. 7. VI. 2. 9.

D. μέγιστον κακῶν δέλεαρ] Cicero De Senect. 13. divine enim Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces. Imaginem illustravit Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mortt. VIII. p. 359.

θεῖον, ὅ τι μὴ πᾶσα ἦν ἀνάγκη, χωρὶς ἐκείνου κατοικίζουσιν εἰς ἄλλην τοῦ σώματος οἴκησιν τὸ θνη- E
τόν, ἰσθμὸν καὶ ὅρον διοικοδομήσαντες τῆς τε κεφαλῆς καὶ τοῦ στήθους, αὐχένα μεταξὺ τιθέντες, ἵνα εἴη χωρίς. ἐν δὴ τοῖς στήθεσι καὶ τῷ καλουμένῳ θώρακι τὸ τῆς ψυχῆς θνητὸν γένος ἐνέδουν. καὶ ἐπειδὴ τὸ μὲν ἄμεινον αὐτῆς, τὸ δὲ χεῖρον πεφύκει, διοικοδομοῦσι τοῦ θώρακος αὖ τὸ κύτος, διορίζοντες οἷον γυναικῶν, τὴν δὲ ἀνδρῶν χωρὶς οἴκη- 70

E. *τῆς τε κεφαλῆς*] τε additum ex plurimis optimisque codicibus.

καὶ τοῦ στήθους, αὐχένα μ.] καὶ τοῦ στήθους καὶ αὐχένα, invitis libris mss.

τὸ δὲ χεῖρον πεφύκει] ἐπεφύκει Par. AF. Mon. Vat. ϑε. et marg. Flor. β. De augmento plusquamperfecti omisso v. ad Remp. II. p. 374. B. Gorg. p. 515. E. al. coll. Buttmann. Gr. T. I. p. 324 sq. Matthiae Gr. §. 165. In aliis libris scribitur πέφυκεν, quod unde ortum sit, nemini potest esse obscurum.

P. 70. *τοῦ θώρακος αὖ τὸ κύτος*] Par. A. Vat. ο. τὸ τοῦ θώρακος αὐτὸ κύτος.

Platonis verbis utuntur Longin. sect. XXXIII. 5. Plutarch. De S. N. V. p. 37. Philo Iud. T. I. p. 297. ed. Mang. et alii. Deinde λῦπαι vocantur ἀγαθῶν φυγαί, quoniam qui iis indulgent, eos vitae bonorum poenitere solet. Videntur autem haec, sicuti proxima epitheta, quibus animi affectiones et perturbationes insigniuntur, ex poëta aliquo petita esse.

E. *ἰσθμὸν καὶ ὅρον διοικοδομήσαντες*] Ἰσθμός de limite ac termino dictum. Lucian. De histor. scrib. c. 7. ἀγνοοῦντες, ὡς οὐ στενῷ τῷ ἰσθμῷ διώρισται καὶ διατετείχισται ἡ ἱστορία πρὸς τὸ ἐγκώμιον. Ocellus Luc. De rerum nat. II. 2. ἰσθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ γενέσεως ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος. ubi Rudolphus p. 152: hunc locum Platonis aptissime comparavit. — *ἵνα εἴη χωρίς*, ut seiuncta essent, sc. τὸ θεῖον καὶ τὸ θνητόν.

καὶ τῷ καλουμένῳ θώρακι] Θώραξ nunc non ea tantum pars corporis dicitur, quae complectitur humeros, pectus et scapulas, qui vocabuli usus posterioris temporis scriptoribus sane frequentatus est, sed intelligitur ea pars, quae a collo usque ad pudenda aut certe ad umbilicum pertendit: qua quidem vi et significatione vocabulo usus est etiam Aristoteles Histor. Anim. IV. 2, 10. et I. 7, 10. ubi v. Schneider.

P. 70. *διορίζοντες οἷον γυναικῶν —*] De omisso τὴν μέν v. supra ad p. 63. E. Dicitur autem altera harum corporis partium quasi virilis, altera muliebris, propterea quod in pectore sedem suam accepit ὁ θυμός, qui virorum est proprius, in altera habitant cupiditates et animi perturbationes.

σιν, τὰς φρένας διάφραγμα εἰς τὸ μέσον αὐτῶν τιθέντες. τὸ μετέχον οὖν τῆς ψυχῆς ἀνδρείας καὶ θυμοῦ, φιλόνεικον ὄν, κατῴκισαν ἐγγυτέρω τῆς κεφαλῆς μεταξὺ τῶν φρενῶν τε καὶ αὐχένος, ἵνα τοῦ λόγου κατήκοον ὂν κοινῇ μετ' ἐκείνου βίᾳ τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κατέχοι γένος, ὁπότ' ἐκ τῆς ἀκροπόλεως

τῷ ἐπιτάγματι καὶ λόγῳ] τῷ τ' ἐπ. Vat. Θ. Vind. Par. FY. Mon. Ambr. x. Ricard. Vat. bgor. Florentini.

καρδίαν ἀρχὴν ἅμα τῶν φλεβῶν κ. π.] Hoc e Mon. et corr. Flor. β. Par. F. reposui. Vulgo ἀρχὴν deerat. Par. A. Vind. Vat. b. Flor. a. x. καρδίαν ἅμμα τῶν φλ. quod Stephan. coni. Toupius ad Longin. p. 391. malebat νᾶμα. v. interpretat. nostram.

Vocantur autem φρένες ideo διάφραγμα, quia septi transversi instar cor et pulmones a ceteris visceribus seiungunt; unde etiam διάζωμα vel ὑπόζωμα a medicis appellantur. v. Foësius Oeconom. Hippocrat. p. 161. et p. 665. Appellatas eas esse φρένας, quia τοῦ φρονεῖν quasi participes sint, Aristoteles scribit De partibus animal. III. 10. Neque id a Platonis mente alienum est, qui animi partem in pectore locatam rationi cognatiorem esse voluerit quam cupiditatem.

τὸ μετέχον οὖν τῆς ψυχῆς —] Totum hunc, qui sequitur, locum Longinus De sublimitate orationis XXXII. 5. pro exemplo posuit divinae Platonis facundiae. Laudant item Alcinous De doctrin. Plat. c. XXIII. p. 503. ed. Heins. Maxim. Tyr. Diss. VI. alii. — ἵνα τοῦ λόγου κατήκοον κ. τ. λ. ut rationi obediens una cum illa vi cohiberet cupiditatum genus. Nam τὸ θυμικόν, quia est indole generosiore, rationi in domandis cupiditatibus auxiliatur: de qua re in libris de Republica et in Phaedro explicatum est. Dein iungendum: ὁπότε τῷ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐπιτάγματι καὶ λόγῳ κ. τ. λ. Sic De Rep. II. p. 359. A. τὸ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐπίταγμα. Politic. p. 291. D. τὴν ὑπὸ τῶν ὀλίγων δυναστείαν. Xenoph. Cyrop. III. 3, 2. ἥδεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων τιμῇ. Ac ne haereas in collocatione verborum, considera quaeso quae de eodem loquendi genere ad Phaedonem p. 88. A. exposuimus coll. infra p. 71. B. Tum rei ipsi accommodate τὴν κεφαλὴν vocat ἀκρόπολιν. Cicero De nat. deor. II. 56. Sensus autem interpretes ac nuntii rerum, *in capite tanquam in arce*, mirifice ad usus necessarios et facti sunt et collocati. ubi v. Davisius. Eandem comparationem frequentarunt, sed frequentarunt ineptissime, posteriorum temporum sophistae, quorum locos nonnullos indicavit Iacobs. ad Philostrati Imagg. p. 525 sq.

Τὴν δὲ δὴ καρδίαν —] Per universum hunc locum, ad quem contulisse non poenitebit Galen. De dogmat. Hipp. et Plat. libr. VIII. p. 327 sqq. diligenter tenendum est, quod huic disputationi plurimum sane lucis affundit, hoc maxime egisse Platonem, ut corporis humani fabricam ad universi mun-

τῷ ἐπιτάγματι καὶ λόγῳ μηδαμῇ πείθεσθαι ἑκὸν ἐθέλοι. Τὴν δὲ δὴ καρδίαν ἀρχὴν ἅμα τῶν φλεβῶν καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου κατὰ πάντα τὰ μέλη B σφοδρῶς αἵματος εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν κατέστησαν, ἵνα, ὅτε ζέσειε τὸ τοῦ θυμοῦ μένος, τοῦ λόγου παραγγείλαντος, ὥς τις ἄδικος περὶ αὐτὰ

B. τοῦ θυμοῦ μένος] Recepi μένος ex Par. A. Vat. ϸ. Flor. x. Tub. Corr. Ficinus: quando irae vis exardescit. Vulgo γένος, quod iam Stephanus in μένος mutandum vidit. Idem pro διὰ πυρὸς mavult διάπυρος.

ὥς τις ἄδικος περὶ αὐτὰ γ.] Par. A. pr. et Vat. Θ. pr. ὥς τις. Tub. Par. F. ὥςτε ἄδικος. Par. Y. pr. ὅςτις ἄδικος. Flor. x. ὅτι τις ἄδικος. Vulgo εἴ τις ἄδικος legebatur.

di similitudinem secundum boni ideam factam esse doceret. In quo ipso divinum eius ingenium clarissime elucet, qui sola corporis observatione, qualem unice fere consectantur empirici nostri, ad vitae vere vitalis intelligentiam nullo modo perveniri posse penitus perspexerit. Prudentissime igitur hoc loco cor, in quo insit origo venarum atque sanguinis omnes corporis partes vehementer permeantis fons ac principium, tanquam in satellitum domicilio vel excubitoria quadam aedicula esse collocatum censet, ut, si quando iracundiae vis excandescat, ratione nunciante, iniustum aliquod facinus ab aliquo committi extrinsecus vel etiam a cupiditatibus intus, celeriter per omnes meatuum angustias, quidquid in corpore sensus sit particeps, cohortationes ac minas protenus audiat eoque ad rationis legem revocetur. Pro ἀρχὴν ἅμα τῶν φλεβῶν vett. editt. ἅμα τ. φ. errore manifesto. Quem ita tollere studuit Stephanus, ut ἅμμα legendum proposuerit. Sed qui totum locum accurate consideraverint, ii primo certe adspectu facile cum Toupio ad Longin. p. 391. ed. Weisk. ambigent, num cor istic parum apte fasciculus sive nodus plexarum inter se venarum dicatur, prionoresque erunt ad amplectendum Porti iudicium, qui νᾶμα corrigendum censuit, quod responderet proximo πηγήν. Verum hoc ipsum νᾶμα prorsus caret librorum testimonio et auctoritate, ac tanto minus probandum videtur, quo difficilius intelligitur, quaenam fuerit vocabuli in vulgus noti corrumpendi causa et opportunitas. Codd. quidem utique habent ἅμμα: sed id, quia sententiae haudquaquam convenit, haud dubie et ipsum ex depravatione ortum. Tres libri partim correcti ἀρχὴν ἅμα, idque unice verum videtur. Ita enim graviter sed apte significatur venas pariter atque sanguinem ex corde pendere, quod universi loci sententiae est convenientissimum. Hoc itaque sicuti olim probavimus, ita nunc quoque retinendum esse censuimus. Ceterum ἀρχή et πηγή sic iunctum legitur Phaedr. p. 237. C. τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. Dixit de hoc loco Galenus l. c. V. f. 148.

ὅτι ζέσειε τὸ τοῦ θυμοῦ μένος] Ficinus: quando irae vis excandescit. Legit igitur μένος, quod sane vul-

γίγνεται πρᾶξις ἔξωθεν ἢ καί τις ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἐπιθυμιῶν, ὀξέως διὰ πάντων στενωπῶν πᾶν, ὅσον αἰσθητικὸν ἐν τῷ σώματι, τῶν τε παρακελεύσεων καὶ ἀπειλῶν αἰσθανόμενον γίγνοιτο ἐπήκοον καὶ ἕποιτο πάντῃ καὶ τὸ βέλτιστον οὕτως ἐν αὐτοῖς πᾶσιν ἡγεμονεῖν ἐῷη. C Τῇ δὲ δὴ πηδήσει τῆς καρδίας ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ ἐγέρσει, προγιγνώσκοντες ὅτι διὰ πυρὸς ἡ τοιαύτη πᾶσα ἔμελλεν οἴδησις γίγνεσθαι τῶν θυμουμένων, ἐπικουρίαν αὐτῇ μηχανώμενοι τὴν τοῦ πλεύμονος ἰδέαν

ὀξέως διὰ πάντων στενωπῶν] V. πάντων τῶν στενωπῶν. Articulum omisi cum Par. A. Vat. b. Dein αἰσθητικόν Par. A. Vat. b. et Flor. x. Pessime vulgo αἰσθητόν.

C. ὅτι διὰ πυρὸς ἡ τοιαύτη] Steph. coni. διάπυρος. male. Pro οἴδησις libri fere omnes vitiose οἴκησις. Mox pro πνεύμονος Par. A. Vat. b. πλεύμονος. Moeris p. 246. πλεύμων Ἀττικῶς. Gregor. Corinth. p. 148. ed. Schaef. οἱ Ἀττικοὶ καὶ τὸν πνεύμονα πλεύμονα καὶ τὸ νίτρον λίτρον. Lobeck. ad Phrynich. p. 305.

τὸ πῶμα δεχομένη] V. πόμα. Illud praebuit Par. A. v. Porson. ad Eurip. Hecub. v. 396. cui iniuria obloquutus est

gato γένος praeferendum. Aliter certe p. 74. τὸ τῶν νεύρων καὶ τὸ τῆς σαρκὸς γένος. De loquendi genere conf. Sophocl. Oed. Col. 447. ὁπηνίκ' ἔζει θυμός. Aristoph. Thesmoph. 475. οὐδ' ἐπιζεῖν τὴν χολήν. v. Dorvill. ad Charit. p. 233. ed. Lips.

C. τῇ δὲ δὴ πηδήσει τῆς καρδίας —] Affert hunc locum Athenaeus p. 688. B. T. III. p. 1532. ed. Dindorf. Sententia verborum haec est: Dii quum intelligerent futurum esse, ut cor in rerum formidolosarum expectatione et irae excandescentia per ignem intumesceret, aestus temperandi gratia pulmonem adiunxerunt, mollem illum et exsanguem (talem enim veteres putabant esse), sed spongiae instar raritates quasdam habentem, ut spiritu potuque hausto refrigeraret et in aestu isto respirationem levationemque afferret, nimirum quo facilius, sedato tumore, cor rationi posset obtemperare. — ἐν τῇ τοῦ θυμοῦ ἐγέρσει est: quum quid iram excitaret, sive in irae concitatione. Non male Longini codices quidam habent ἐπεγέρσει. Dein οἴδησις τῶν θυμουμένων idem valet quod οἴδησις τοῦ θυμοῦ. Tenendum vero οἰδαίνειν, οἰδάνειν, οἰδᾶν, proprie de ira usurpari, ut in Homerico illo: ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, et alio loco: ὅστε καὶ ἄλλων οἰδάνει ἐν στηθέσσι νόον. Cicero Tusc. III, 19. cor turgescit iris. De αὐτῇ post τῇ πηδήσει illato v. ad Phaedon. p. 111. C. Sympos. p. 195. A. Tum πλεύμονος ἰδέαν idem fere est quod πλεύμονα. Sic paullo post ἥπατος ἰδέα. Similiter Hipp. mai. p. 297. B. ἐν πατρὸς ἰδέᾳ εἶναι. ubi v. ann. Denique de

ἐνεφύτευσαν, πρῶτον μὲν μαλακὴν καὶ ἄναιμον, εἶτα σήραγγας ἐντὸς ἔχουσαν οἷον σπόγγου κατατετρημένας, ἵνα τό τε πνεῦμα καὶ τὸ πῶμα δεχομένη, ψύχουσα, ἀναπνοὴν καὶ ῥᾳστώνην ἐν τῷ καύματι παρέχοι. D διὸ δὴ τῆς ἀρτηρίας ὀχετοὺς ἐπὶ τὸν πλεύμονα ἔτεμον, καὶ περὶ τὴν καρδίαν αὐτὸν περιέστησαν οἷον ἅλμα μαλακόν, ἵν' ὁ θυμὸς ἡνίκα ἐν αὐτῇ ἀκμάζοι, πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον καὶ ἀναψυχομένη, πονοῦσα ἧττον μᾶλλον τῷ λόγῳ μετὰ θυμοῦ δύναιτο ὑπηρετεῖν. Τὸ δὲ δὴ σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς

Schneiderus ad Reip. libr. III. p. 406 A, Nempe is etiam librariorum erroribus nonnihil tribuendum esse disputat.

D. *διὸ δὴ τῆς ἀρτηρίας*] δὴ additum ex Par. A. Vat. 𝔟. Pro vulg. τὰς ἀρτηρ. iidem libri τῆς ἀρτ. Bastius tamen in Par. A. τὰς legit.

οἷον ἅλμα μαλακόν] ἅμμα Vat. 𝔟. et corr. Par. A. Apud Longinum legitur οἷον μάλαγμα μαλακόν. Dein optativum ἀκμάζοι praebuerunt Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Vat. 𝔟𝔤𝔬. Tub. Flor. β. x. Vulgo scribebatur ἀκμάζῃ.

voc. ῥᾳστώνης v. ad Sympos. p. 176. B. De re ipsa vero contulisse iuvabit Hippocratem De corde p. 268 sq. ibique Foësium. et quae narrat Curt. Sprengel. Histor. artis med. T. I. P. IV. p. 450 sqq. ed. 3.

D. *διὸ δὴ τῆς ἀρτηρίας ὀχετοὺς* —] Intelligit tracheam sive asperam arteriam (die Luftröhre), quam constat a superioribus pulmonum partibus per laryngem ad pharyngem usque extendi. Eandem esse Hippocratis loquendi consuetudinem docuit Foësius Oecon. Hippocr. p. 95. ed. Francof. a. 1588. Dein dii dicuntur pulmonem cordi circumdedisse οἷον ἅλμα μαλακόν, tanquam mollem saltum: quod quid sibi velit, dubitatum est. Corruptum putavit istud ἅλμα Toupius ad Longin. p. 392. ed. Weisk. qui ex ipso Longino atque Alcinoo Doctr. Plat. c. 23. μάλαγμα reponendum censuit. Sed neque codices Platonis eam lectionem praebent, et videtur μάλαγμα ex vulgatae lectionis interpretatione ortum esse. Enim vero quomodo ἅλμα esset intelligendum, vel proximum πηδῶσα docere poterat. Opponitur enim cordi palpitanti alia pars corporis eaque μαλακῶς ἁλλομένη. Itaque abstractum nomen positum est pro concreto, in quo nemo temere haerebit. — *εἰς ὑπεῖκον*, h. e. εἴς ὑπεῖκόν τι. — *πονοῦσα ἧττον*, minore cum labore.

Τὸ δὲ δὴ σίτων τε καὶ ποτῶν —] Tertiae animi parti, quae cibi potusque est appetens et quaecunque corporis necessitatibus inserviunt cupit, dii mediam inter diaphragma et umbilicum regionem tanquam propriam sedem attribuerunt. Quod fecerunt eo consilio, ut

καὶ ὅσων ἔνδειαν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἴσχει φύσιν, τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν καὶ τοῦ πρὸς
E τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κατῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τῇ τοῦ σώματος τροφῇ τεκτηνάμενοι· καὶ κατέδησαν δὴ τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα ὡς θρέμμα ἄγριον, τρέφειν δὲ ξυνημμένον ἀναγκαῖον, εἴπερ τι μέλλοι ποτὲ θνητὸν ἔσεσθαι γένος. ἵν' οὖν ἀεὶ νεμόμενον πρὸς φάτνῃ καὶ ὅ τι πορρωτάτω τοῦ βουλευομένου κατοικοῦν, θόρυβον καὶ βοὴν ὡς ἐλαχίστην

καὶ ὅσων ἔνδειαν] V. ὅσον, quod correctum ex Par. A. Vat. Ꝺ. et Mon. rec. Pro ἴσχει, quod servarunt Par. A. Vat. Ꝺ. Flor. x. olim ἔχει legebatur. Aliquot libri ἔχοι.

E. τρέφειν δὲ ξυνημμένον] V. δὲ δή. Recte Par. A. Vat. Ꝺ. δή om. In Flor. x. δὲ abest.

μέλλοι ποτὲ θνητὸν] Pro ποτὲ Par. A. τό.

ne cupiditatum tumultu ac strepitu ratio in capite locata turbaretur et a cura imperii sui exercendi unquam abstraheretur. Quoniam autem noverant tertiam hanc animi partem, utpote sensibus indulgentem atque die nocteque simulacris visisque plane deditam, rationis imperio minime esse obtemperaturam; ita faciendum esse censuerunt, ut iecur crearent idque in illius regionibus locarent, densum illud, leve, splendidum, dulce neque carens amaritudine. Quippe in hoc voluerunt descendere vim quandam cogitationum e ratione proficiscentem, quibus tanquam in speculo conspectis tertia ista animi pars quasi cohiberetur ac deterreretur. Etenim vis illa rationis hic conspicua diffusa per iecur amaritudine felleoque colore aliisque similibus mutationibus effectis immorigerae parti tormentum quasi quoddam dolorum et angorum adhibet; sin autem contrariis visis in iecore ortis afflatus quidam lenitatis ac tranquillitatis ibi locum habet, tum vero dulcedinem ei natura insitam adhibens universam animi partem iecori vicinam placatam et mansuetam reddit, ita ut ea nocturnum tempus transigat mediocriter et quum ratione ac sapientia careat, per somnum utatur divinatione. His expositis denique inde a p. 72. B pauca de liene subiiciuntur. Etenim ut hepar splendidum semper sit et purum atque speculi instar ad exprimendas imagines idoneum, lien sive splen ei a sinistra appositus est, qui pro ea, qua pollet, raritate sordes per corporis morbos in iecore exortas suscipit atque haurit; est enim cavus atque exsanguis; unde purgamentis impletus turgescit ac purulentus est; purgato autem corpore rursus decrescit et in pristinum statum redit.

E. ὡς θρέμμα ἄγριον] Quod τὸ ἐπιθυμητικὸν fera bellua vocatur, totus huc pertinet divinus ille locus Reipubl. IX. p. 588. C. sqq. Idem de Rep. IX. p. 589. B. appellatur τὸ πολυκέφαλον θρέμμα. et p. 590.

παρέχον, τὸ κράτιστον καθ' ἡσυχίαν περὶ τοῦ πᾶσι
κοινῇ ξυμφέροντος ἔσω βουλεύεσθαι, διὰ ταῦτ' ἐν- 71
ταῦθα ἔδοσαν αὐτῷ τὴν τάξιν. εἰδότες δὲ αὐτὸ ὡς
λόγου μὲν οὔτε ξυνήσειν ἔμελλεν, εἴ τέ πῃ καὶ μετα-
λαμβάνοι τινὸς αὖ τῶν αἰσθήσεων, οὐκ ἔμφυτον
αὐτῷ τὸ μέλειν τινῶν ἔσοιτο λόγων, ὑπὸ δὲ εἰδώλων
καὶ φαντασμάτων νυκτός τε καὶ μεθ' ἡμέραν μάλι-
στα ψυχαγωγήσοιτο, τούτῳ δὴ θεὸς ἐπιβουλεύσας
αὐτῷ τὴν τοῦ ἥπατος ἰδέαν ξυνέστησε καὶ ἔθηκεν

κοινῇ ξυμφέροντος] V. κοινῇ ξυνδιαφέροντος. Recte Tubing. Par. A. κοινῇ ξυμφέροντος. Flor. x. κοινῇ καὶ ξυμφέροντος.

P. 71. διὰ ταῦτ' ἐνταῦθα] Ante διὰ om. καὶ Par. A. Ambr. s. Vat. b o. Flor. x.

αὐτῷ τὴν τοῦ ἥπατος ἰδέαν] Legebatur vulgo αὐτοῦ τὴν τοῦ ἥπατος. Par. A. ἐπιβουλεύσας αὐτῷ τὴν ἥπατος. Hinc emendavimus cum Bekkero scripturam veterem.

A. C. πολυειδὲς θρέμμα. conferas etiam lib. IV. p. 439. C. et Politic. p. 309. D. Proxima sic iungenda: ἀναγκαῖον δὲ τρέφειν ξυνημμένον κ. τ. λ. necessario tamen nutriendam quippe alligatam (naturae humanae), siquidem genus mortale unquam esset exiturum.

P. 71. ὡς λόγου μὲν οὔτε ξυνήσειν — εἴ τέ πῃ] h. e. οὔτε, εἴ πῃ καὶ μεταλαμβάνοι. Sophocl. Antigon. v. 762. ed. Brunck. οὔθ' ἥδ' ὀλεῖται πλησία, σύ τ' οὐδαμᾶ τοὐμὸν προσόψει κρᾶτ' ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν. Eurip. Hippolyt. 302. οὔτε γὰρ τότε λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε, νῦν τε οὐ πείθεται. Ad Sophoclis locum afferunt Thucyd. I. 5. ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τε ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, οὐκ ὀνειδιζόντων. Id. I. 126. οὔτε ἐκεῖνος κατενόησεν, τό τε μαντεῖον οὐκ ἐδήλου.

μάλιστα ψυχαγωγήσοιτο] Proprie ψυχαγωγεῖν s. ψυχὰς ἄγειν dicebantur qui precibus et carminibus magicis animas ex inferis in terram evocabant; v. Ruhnken. ad Tim. p. 114 sq. Wyttenbach. ad Plutarch. De S. N. V. p. 40. coll. Elmenhorst. ad Arnob. I. p. 25. et Herald. ad Tertullian. Apolog. p. 105.; deinde vero omnino est allicere, ducere, delinire et abripere, ut Legg. X. p. 897. A. ubi v. Ast. Hinc etiam eloquentia in Phaedro p. 271. C. et 261. A. ψυχαγωγία appellatur. Tropicum verbi usum tetigerunt etiam Wesseling. ad Diodor. I. 2. p. 5. et intpp. ad Plutarchi qui fertur librum De audiend. poët. c. 2.

τούτῳ δὴ θ. ἐπιβουλεύσας] Bono sensu: de hoc meditans, hoc reputans; de quo verbi usu iam in superioribus dictum est. Dein pro αὐτῷ quod vulgo perscriptum erat αὐτοῦ, id prudentissime Bekkerus emendavit. Cod. Paris. 1807. teste Bastio scriptum habet: τούτῳ δὴ θεὸς ἐπιβουλεύσας αὐτῷ, τὴν ἥπατος. Ex qua verborum distinctione vul-

B εἰς τὴν ἐκείνου κατοίκησιν, πυκνὸν καὶ λεῖον καὶ λαμπρὸν καὶ γλυκὺ καὶ πικρότητα ἔχον μηχανησάμενος, ἵνα ἐν αὐτῷ τῶν διανοημάτων ἡ ἐκ τοῦ νοῦ φερομένη δύναμις, οἷον ἐν κατόπτρῳ δεχομένῳ τύπους καὶ κατιδεῖν εἴδωλα παρέχοντι, φοβοῖ μὲν αὐτό,

B. *φοβοῖ μὲν αὐτό*] Optativos *φοβοῖ*, *ἐμφαίνοι* et *ποιοῖ* debemus Par. A S Y. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Vat. Δgr. Tub. Flor. a. c. al. Vulgo coniunctivi legebantur. Ante *κατὰ πᾶν ὑπομ.* Stephanus *καὶ* inserendum putabat.

C. *πᾶν ῥυσὸν*] Sic Par. A F. Vat. Δο. V. *ῥυσσόν*.

λοβὸν δὲ καὶ δοχὰς πύλας τε] Vett. editt. *λόβον δὲ καὶ*

gatae lectionis origo cognoscitur. Iunxerunt enim *τούτῳ αὐτοῦ ἐπιβουλ.*, quum tamen *αὐτῷ* ad *ξυνέστησε* pertineat. Enimvero hoc ipsum videtur offensioni fuisse propterea, quod sic *αὐτῷ* et *ἐκείνου* ad idem subiectum esset referendum. In quo tamen non est quod quisquam haereat: id quod demonstrabunt exempla huius loquendi formae ad Phaedon. p. 106. B. consignata.

B. *ἵνα ἐν αὐτῷ — δύναμις*] h. e. *ἵνα ἡ τῶν διανοημάτων δύναμις ἐκ τοῦ νοῦ ἐν αὐτῷ φερομένη κ. τ. λ.* de quo ordine verborum v. supra ad p. 70. A. — *οἷον ἐν κατόπτρῳ — παρέχοντι*, tanquam in speculo formas recipiente ac visui imagines repraesentanti. — *ξυγγενεῖ* sc. *τῷ ἥπατι*. Ridicule enim quidam sic interpretantur, ac si rationis naturae cognatum intelligatur. Ita mox: *γλυκύτητι δὲ τῇ κατ᾽ ἐκεῖνο ξυμφύτῳ*.

χαλεπὴ προςενεχθεῖσα ἀπειλῇ] Recte et ordine dicitur *χαλεπὸν προςφέρεσθαί τινι*, asperum atque gravem esse in aliquem: nam *προςφέρεσθαί τινι* est cum aliquo agere, sicuti ad Lysid. p. 205. B. et Alcibiad. I. p. 104. E. exemplis demonstravimus. Iam vero additur epexegesis causa *ἀπειλῇ*, quod certe aptissime addi nemo diffitebitur. Nihilominus fuit qui loci correctionem tentaret hancce: *χαλεπῇ προςενεχθεῖσα ἀπειλῇ*, idque interpretaretur: ad graves progressa minas. Quod verbo commemorasse satis est. Deinde *κατὰ πᾶν τὸ ἧπαρ ὑπομιγνῦσα* est amaritudinem per totum iecur admiscens. Cohaerent enim haec arctissime cum praegressis: *μέρει πικρότητος χρωμένη ξυγγενεῖ*. Quocirca tollenda dudum fuit interpunctio post *ξυγγενεῖ* et *ἀπειλῇ* illata, quum aliud participium alius notioni definiendae inserviat. Est enim sensus verborum hic: quando parte amaritudinis ipsius propria utens propter iram et minas eam repente toti hepati admisceret atque ostenderet atrum bilis colorem.

C. *ξυνάγουσα τε πᾶν ῥυσὸν καὶ τραχὺ*] contrahensque totum rigidum efficeret et asperum, lobum vero et receptacula portasque illum quidem a recto statu deflecteret et contraheret, haec autem obstrueret et clauderet eoque modo dolo-

ὁπότε μέρει τῆς πικρότητος χρωμένη ξυγγενεῖ χαλεπὴ προσενεχθεῖσα ἀπειλῇ κατὰ πᾶν ὑπομιγνῦσα ὀξέως τὸ ἧπαρ χολώδη χρώματα ἐμφαίνοι, ξυνάγουσά τε C
πᾶν ῥυσὸν καὶ τραχὺ ποιοῖ, λοβὸν δὲ καὶ δοχὰς πύλας τε τὰ μὲν ἐξ ὀρθοῦ κατακάμπτουσα καὶ ξυ-

λόχον πύλας τε τὸ μὲν κ. τ. λ. Stephanus legendum putabat *καὶ χόλον*, h. e. *καὶ χολήν.* Ficinus interpretatur bilem. Verum esse *καὶ δοχάς*, quod servarunt Par. A. Vat. ϑ c. Flor. x. facile persuadebit loci interpretatio. Vat. Θ. Tub. *λόχας*, quod est etiam rec. in Par. SY. Alii *λόχονας.* Qui errores hoc certe habent utilitatis, quod receptam lectionem confirmant.

res et angores efficeret. Haec ut penitus intelligantur, pauca de hepatis vel iecoris natura afferantur necesse est. Habet igitur iecur, quod regionem epigastricam et hypochondrium dextrum tenet, primum quidem sulcos quosdam (Gruben), quorum alter vocatur horizontalis, alter transversus. Per hunc tenditur vena portalis (die Portader) cum duobus ramis, unde portae hepatis appellatae sunt, quas ipsas Plato haud dubie intellexit. Pollux II. 215. *καλεῖται δὲ τοῦ ἥπατος τὸ μὲν αὐτοῦ πύλαι, καθ᾽ ἃς ὑποδέχεται τὸ αἷμα, ὅπερ διὰ μιᾶς φλεβὸς εἰς πάσας τὰς φλέβας ἀπ᾽ αὐτῶν ἀναπέμπεται· τὸ δὲ λοβοὶ ἡπατίαι, καθάπερ οἱ τοῦ πνεύμονος λοβοὶ πνευμονίαι.* Praeterea in iecore observanda sunt quum aquae tum maxime fellis receptacula. Ex quo perspicuum est, quid sibi velint *δοχαί*, quas non dubitavimus cum Schneidero ad Nicandri Theriac. v. 560. ex bonis codicibus in locum vulgati *λόχον* substituere. Denique *λόβος* quid sit, vel ex eo apparet, quod medici etiam nunc hepatis lobulos, die Leberlappen, in ore habent. Sunt vero plures numero. Quocirca facile aliquis pluralem numerum desideraverit. At enimvero ne quid vitiosum putemus, facit locus quidam Euripidis, qui mirabiliter cum his Platonis verbis congruit. Est is locus Electrae v. 828. *καὶ λοβὸς μὲν οὐ προσῆν σπλάγχνοις, πύλαι δὲ καὶ δοχαὶ χολῆς (μόσχου) πέλας κακὰς ἔφαινον τῷ σκοποῦντι προσβολάς.* Hesychius: *Λοβοί, χεῖρες καὶ λόβιον τὸ ἄκρον τοῦ ἥπατος· λοβοί, τὰ ἄκρα πάντα, κυρίως δὲ ὤτων τὰ κάτω, καὶ τὸ ἀγγεῖον, καὶ σημεῖον ἐν τῷ ἥπατι.* Suidas: *Λοβός, τὸ ἄκρον τοῦ ὠτίου καὶ τοῦ ἥπατος. καὶ τὰ ἀκρὰ πάντα. καὶ ἐν θυτικῇ σημεῖόν τι ἐν ἥπατι.* Itaque Plato et Euripides cum lobulum significarunt, qui quoniam in haruspicina maximi momenti erat, eximie ita appellatus est. Rem omnem dilucidat Rufus Ephesius *περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων*, ubi de hepate: *Καὶ ἐπὶ τοῦ μεγίστου λοβοῦ χολῆς ἀγγεῖον. τούτου δὲ τὸ μέσον στενὸν αὐχήν, τὸ δὲ κάτω πυθμήν. πύλη δὲ ἥπατος ἡ φλέψ, δι᾽ ἧς ἡ τροφὴ εἰσέρχεται.* Intelligitur ergo lobus maximus, super quo bilis est receptaculum, quam iecoris partem Latini appellant caput exterum,

σπῶσα, τὰ δὲ ἐμφράττουσα συγκλείουσά τε, λύπας καὶ ἄσας παρέχοι, καὶ ὅτ' αὖ τὰ ἐναντία φάσματα ἀποζωγραφοῖ πραότητός τις ἐκ διανοίας ἐπίπνοια, τῆς μὲν πικρότητος ἡσυχίαν παρέχουσα τῷ μήτε κινεῖν μήτε προςάπτεσθαι τῆς ἐναντίας ἑαυτῇ φύσεως ἐθέλειν, γλυκύτητι δὲ τῇ κατ' ἐκεῖνο ξυμφύτῳ πρὸς
D αὐτὸ χρωμένη καὶ πάντα ὀρθὰ καὶ λεῖα αὐτοῦ καὶ ἐλεύθερα ἀπευθύνουσα ἵλεών τε καὶ εὐήμερον ποιοῖ τὴν περὶ τὸ ἧπαρ ψυχῆς μοῖραν κατῳκισμένην, ἔν τε τῇ νυκτὶ διαγωγὴν ἔχουσαν μετρίαν, μαντείᾳ χρωμένην καθ' ὕπνον, ἐπειδὴ λόγου καὶ φρονήσεως οὐ μετεῖχε. μεμνημένοι γὰρ τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιστολῆς οἱ ξυνιστάντες ἡμᾶς, ὅτε τὸ θνητὸν ἐπέστελλε γένος

ὅτ' αὖ τὰ ἐναντία φάσματα] Sic Flor. β. x. Vat. ƀo. Par. AF. Vett. editt. ὅταν τὰ ἐναντία. In Ambr. s. Vat. ƀ. Tub. Par. β. n. et marg. Flor. a. scriptum legitur φαντάσματα. Optativum ἀποζωγραφοῖ loco coniunctivi suppeditarunt Par. AFSY. Vat. Θ. Ambr. s. Vat. ƀo. Flor. β. n. x.

D. ἵλεών τε κ. ε. ποιοῖ] V. ἵλεώ, quod correctum ex Par. A. Mon. Vat. ƀo. Indidem et ex Vat. Θ. Par. F. sumtum ποιοῖ; pro quo vett. editt. ποιεῖ habent.

οἱ ξυνιστάντες] Par. AF. Vat. ƀo. teste Bekkero ξυνιστή-

veluti Plinius H. N. XI. 37. Lucanus vocavit caput fibrarum, Pharsal. I. v. 627. — Sed satis de his: pergimus ad alia. Notandum enim primum vocabulum ῥυσός, de quo consule Ruhnken. ad Tim. Glossar. p. 228. Praeterea observes, ἄσας, quae Hippocrati plerumque fastidia et nauseae dicuntur, omnino etiam notare anxietatem, inquietam iactationem et angorem; de qua re docte exposuit Foësius Oeconom. Hippocr. p. 99.

καὶ ὅτ' αὖ τὰ ἐναντία φάσματα] Scilicet contraria atque illa, quae hanc animi partem maxime solent perturbare. Haec autem φάσματα sive visa non ab ipso ἐπιθυμητικῷ proficisci existimantur, sed deberi potius ἐπιπνοίᾳ τινὶ πραότητος ἐκ διανοίας, h. e. afflatui cuidam lenitatis ac mansuetudinis ex διανοίᾳ oriundo, sive ex mente et ratione, quae in iecinore tanquam in speculo quodam refulget. Proxima sic interpreteris: amaritudinis quietem ipsi afferens eo, quod nolit nec movere nec attingere quidquam ipsi (τῇ διανοίᾳ) contrarium. — πρὸς αὐτὸ χρωμένη, sc. πρὸς τὸ ἐπιθυμητικόν. Quae sequuntur: ἵλεών τε καὶ εὐήμερον ποιοῖ, ea cavendum magnopere est ne et ipsa ex ὅτε pendere existimentur; sunt enim suspensa potius atque apta ex remotiore illo ἵνα, quod positum supra est in verbis: ἵνα ἐν αὐτῷ τῶν διανοημάτων κ.

ὡς ἄριστον εἰς δύναμιν ποιεῖν, οὕτω δὴ κατορθοῦντες καὶ τὸ φαῦλον ἡμῶν, ἵνα ἀληθείας πη προσ- E άπτοιτο, κατέστησαν ἐν τούτῳ τὸ μαντεῖον. ἱκανὸν δὲ σημεῖον, ὡς μαντικὴν ἀφροσύνῃ θεὸς ἀνθρωπίνῃ δέδωκεν· οὐδεὶς γὰρ ἔννους ἐφάπτεται μαντικῆς ἐνθέου καὶ ἀληθοῦς, ἀλλ' ἢ καθ' ὕπνον τὴν τῆς φρονήσεως πεδηθεὶς δύναμιν ἢ διὰ νόσον ἢ διά τινα ἐνθουσιασμὸν παραλλάξας. ἀλλὰ ξυννοῆσαι μὲν ἔμφρονος τά τε ῥηθέντα ἀναμνησθέντα ὄναρ ἢ ὕπαρ ὑπὸ τῆς μαντικῆς τε καὶ ἐνθουσιαστικῆς φύσεως, καὶ ὅσα ἂν φάσματα ὀφθῇ, πάντα λογισμῷ διελέ- 72 σθαι, ὅπῃ τι σημαίνει καὶ ὅτῳ μέλλοντος ἢ παρελθόντος ἢ παρόντος κακοῦ ἢ ἀγαθοῦ· τοῦ δὲ μα-

σαντες. In vett. editt. scribitur συνιστάντες. Sed Bastio auctore in Par. A. scriptum ξυνιστάντες idque reposuimus. In Vat. Θ. aliisque non paucis scribitur ξυστάντες. Mox vulgo inverso ordine γένος ἐπέστελλεν. Mutavimus auctoritate Par. A. Vat. Vat. Θ. bo.

ἢ διά τινα ἐνθουσ.] διὰ inserui ex Par. A. Vat. b. De Parisino Bekker silet.

P. 72. ὅσα ἂν φάσματα] Plerique cum Par. A. habent φαντάσματα.

v. l. Quod ubi tenueris, iam omnia tandem satis expedita et intellectu facilia videbuntur.

D. τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιστολῆς] Idem vocabuli usus est Critiae p. 119. C. et sic ἐπιστέλλειν de mandato morientium est Phaedon. p. 115. B. 116. B. al. Similiter περιστέλλειν dicitur Herodot. VI. 30. ubi v. Valckenar. Respicitur vero ad orationem illam summi dei p. 41. A sqq.

E. κατέστησαν ἐν τούτῳ τὸ μαντεῖον] Non omnem divinationem intelligit, sed unam illam, quae originem habet ex insomniis, ponit in iecore, quippe quod per somnum vim quandam mentis et rationis in se experiatur. Alioquin enim haec pugnare iudicanda essent cum iis, quae de ipsius mentis divina concitatione in Phaedro, veluti p. 244. sqq., et in Symposio exponuntur. Et vero ipse philosophus statim post tria distinguit genera vaticinationis, καθ' ὕπνον, διὰ νόσον et δι' ἐνθουσιασμόν. Plutarchus De placit. philosophor. V. 1. Πλάτων καὶ οἱ Στωϊκοὶ τὴν μαντικὴν εἰςάγουσι κατὰ τὸ ἔνθεον, ὅπερ ἐστὶν ἐνθουσιαστικόν· κατὰ θειότητα τῆς ψυχῆς, ὅπερ εἶπεν ἐνθουσιαστικόν· καὶ τὸ ὀνειροπολικόν. quae vide an ex hoc loco emendari queant.

ἀλλὰ ξυννοῆσαι μὲν ἔμφρονος] sed prudentis est intelligere recordantem, quae a natura vatidica et divino afflatu concitata insomnis vel inter vi-

νέντος ἔτι τε ἐν τούτῳ μένοντος οὐκ ἔργον τὰ φανέντα καὶ φωνηθέντα ὑφ' ἑαυτοῦ κρίνειν, ἀλλ' εὖ καὶ πάλαι λέγεται τὸ πράττειν καὶ γνῶναι τά τε αὑτοῦ καὶ ἑαυτὸν σώφρονι μόνῳ προσήκειν. ὅθεν δὴ
B καὶ τὸ τῶν προφητῶν γένος ἐπὶ ταῖς ἐνθέοις μαντείαις κριτὰς ἐπικαθιστάναι νόμος· οὓς μάντεις αὐτοὺς ἐπονομάζουσί τινες, τὸ πᾶν ἠγνοηκότες, ὅτι τῆς δι' αἰνιγμῶν οὗτοι φήμης καὶ φαντάσεως ὑποκριταί,

ἔτι τε ἐν τούτῳ μένοντος] Editt. ante Stephan. εἴτι vel εἴτε, quod correxit Cornarius Eclogg. p. 108. probante Stephano. Veram lectionem una consensione firmarunt libri manuscripti.

τὰ φανέντα καὶ φωνηθέντα] καὶ Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. s. Ricard. Vat. bor. Flor. β. c. n. x. Legebatur vulgo ἢ φωνηθέντα.

B. *τῶν προφητῶν γένος*] Steph. ὑποφητῶν et mox ὑποφῆται legendum censet.

οὓς μάντεις αὐτοὺς ἐπονομ.] αὐτοὺς additum ex Par. A. Vat. o.

καὶ οὔ τι μάντεις] V. οὗτοι. Alterum tuentur Par. AF.

gilandum edicta sunt, et quaecunque visa obvenerint, omnia ratiocinatione diiudicare ctr.

P. 72. *ἔτι τε ἐν τούτῳ μένοντος*] Intell. ἐν τῷ μανῆναι. De formula ἔργον ἐστί τινος dictum ad Charmid. p. 189. C. et Menon. p. 75. D.

τὸ πράττειν — μόνῳ προσήκειν] De hac σωφροσύνης definitione, qua vel in τῷ πράττειν τὰ ἑαυτοῦ vel in τῷ γνῶναι ἑαυτόν inesse iudicabatur, v. ad Charmid. p. 161. B. p. 164. D. sqq. Alcibiad. I. p. 131. B. et quae in Prolegg. ad Charmidem. T. V. P. 1. p. 92 sqq. disputavimus.

B. *προφητῶν γένος ἐπὶ ταῖς ἐνθέοις*] Fuerunt enim προφῆται proprie oraculorum, quae οἱ μάντεις edidissent, interpretes; quamobrem eo nomine etiam appellati sunt, qui Delphis, Dodonae et alibi divina oracula patefaciebant. v. Alcibiad. II. p. 149. B. Phaedr. p. 262. D. De Rep. X. p. 619. C. al. et van Dale De oraculis vett. p. 104. et 155. ed. Amstel. 1700. Fecit tamen loquendi consuetudo, ut iidem etiam μάντεις vocarentur, quod recte ita fieri philosophus negat, propterea quod vatibus sint σωφρονέστεροι. Mireris igitur Stephanum in Annot. p. 56. ita commentantem: „Persuadere mihi non possum, inquit, Platonem his scripsisse προφῆται et προφητῶν: suspicor ὑποφῆται et ὑποφητῶν, quum et aptissimam isti loco significationem habeat, et facilis fuerit lapsus ex vocabulo ὑποφῆται, parum noto, in προφῆται, quod notissimum est atque frequentissimum." Dein νόμος rursus

καὶ οὔ τι μάντεις, προφῆται δὲ μαντευομένων δικαιότατα ὀνομάζοιντ' ἄν.

Ἡ μὲν οὖν φύσις τοῦ ἥπατος διὰ ταῦτα τοιαύτη τε καὶ ἐν τόπῳ ᾧ λέγομεν πέφυκε, χάριν μαντικῆς. καὶ ἔτι μὲν δὴ ζῶντος ἑκάστου τὸ τοιοῦτον σημεῖα ἐναργέστερα ἔχει, στερηθὲν δὲ τοῦ ζῆν γέγονε τυφλὸν καὶ τὰ μαντεῖα ἀμυδρότερα ἔσχε τοῦ τι σαφὲς C σημαίνειν. Ἡ δ' αὖ τοῦ γείτονος αὐτῷ ξύστασις

Ven. Σ. Vindob. Ambr. x. Ricard. Vat. bgo. Tub. Flor. a. c. o. In Ald. Bas. 1. 2. legitur οὔτοι.

τοιαύτη τε καὶ ἐν τόπῳ] V. τοιαύτη δέ, refragantibus codd. omnibus. Verum iam Stephanus perspexit. Par. A. Vat. o. φύσις ἥπατος.

τὸ τοιοῦτον σημεῖα] V. τῶν τοιούτων. Receptam lectionem servarunt Par. AF. Vat. bo. Tub. Flor. a. β. c. n. x. Dein Par. A. Vat. b. Ricard. ἐνεργέστερα.

καὶ τὰ μαντεῖα] τὰ add. Par. AF. Flor. x. Steph. coni. μαντείας ἀμυδροτέρας, aut μαντείαν ἀμυδροτέραν. non opus. Bekkerus ἀμυδρώτερα scripsit, ut solet in eiusmodi formis.

de hominum more et consuetudine, non de lege aliqua publica, intelligendum. Tum φήμη dicitur de voce, in qua divina oracula continentur, quem vocabuli usum nemo doctius illustravit quam Wyttenbachius ad Iulian. Orat. p. 152 sqq. ed. Schaefer. quo loco egregie prorsus demonstravit omnia divinationis genera cum universe tum peculiariter dicta esse φήμας. Sed φάντασις refertur ad apparitiones sive visa. Denique quod οὔ τι pro οὔτοι scriptum est, de eo vide ad Phaedon. p. 81. D. Ceterum totum hunc locum ob oculos habuit Plotinus Ennead. IX. 6. p. 1410. C.

στερηθὲν δὲ τοῦ ζῆν γέγονε τυφλὸν καὶ τ. μ.] Privatum vita iecur coecum fieri dicitur et obscuriores habere rerum futurarum vaticinationes, quam ut evidens quiddam significet. Pertinet hoc ad hepatis inspectionem in victimarum mactatione, de qua v. Turnebi Adversar. XI. 27. quam ipsam solemnem fuisse putamus, quod veteres vatidicam vim in iecore inesse crederent. Quippe in eodem etiam locarunt animi sensa et affectus. v. Casaub. in Pers. I. 25. Valckenar. ad Hippolyt. v. 1070. Quam ipsam opinionem secutus Plato mentis quandam vim ad illud pertinere statuit. — τοῦ τι σαφὲς σημαίνειν, i. e. ἢ ὥστε σαφές τι σημαίνειν. Qui usus loquendi admodum rarus est. Unde ante Stephanum prave τουτὶ scribebatur. Similia quaedam notavit Matthiae Gr. §. 451. — μαντεῖα i. q. μαντείας quod Stephanus desiderabat. Sed μαντεῖον, non tantum locum oraculi sed etiam vaticinium notat.

καὶ ἕδρα σπλάγχνου γέγονεν ἐξ ἀριστερᾶς χάριν ἐκείνου, τοῦ παρέχειν αὐτὸ λαμπρὸν ἀεὶ καὶ καθαρόν, οἷον κατόπτρῳ παρεσκευασμένον καὶ ἕτοιμον ἀεὶ παρακείμενον ἐκμαγεῖον. διὸ δὴ καὶ ὅταν τινὲς ἀκαθαρσίαι γίγνωνται διὰ νόσους σώματος περὶ τὸ ἧπαρ, πάντα ἡ σπληνὸς καθαίρουσα αὐτὰ δέχεται μανότης, ἅτε κοίλου καὶ ἀναίμου ὑφανθέντος· ὅθεν πληρούμε-
D νος τῶν ἀποκαθαιρομένων μέγας καὶ ὕπουλος αὐξά-

C. *διὰ νόσους σώματος*] V. *νόσον*. Plerique libri mss. habent *νόσου*, quod depravatum est ex vera lectione *νόσους*, quam servarunt Par. A F. Mon. Vat. b o. Flor. *β*. x.

D. *Τὰ μὲν οὖν περὶ ψυχῆς*] V. *τῆς ψ*. Articulum igno-

C. *χάριν ἐκείνου*] His per epexegesin adduntur proxima: *τοῦ παρέχειν αὐτὸ λαμπρόν*, κ. τ. λ. quod verbo monuisse satis erit.

οἷον κατόπτρῳ παρεσκευασμένον] h. e. quasi ad purgandum speculum comparatum. Lienem enim ait hepatis gratia factum esse et locatum in sinistris, ut id redderet purum nitidumque, exsucta nimirum atque hausta in se materia cruda et impura, si quae in hepate consideret. Est autem hepar antea cum speculo quodam comparatum, quorsum haec verba sine dubio referenda sunt. Atque eodem spectant quae sequuntur, *καὶ ἕτοιμον ἀεὶ π. ἐκμαγεῖον*, h. e. „tanquam spongia parata et promta detergendo speculo", ut recte interpretatur Reinesius Varr. Lectt. III. p. 432 sq. consentiente Is. Vossio ad Catull. p. 97. et Ez. Spanhemio ad Callimach. Lav. Pallad. 21. p. 623. Alio sensu voce *ἐκμαγεῖον* utitur Plato supra p. 49. A. et p. 50. A. ubi vid. ann. Pessime vulgo hunc locum ita interpretati sunt viri docti, ac si Plato lienem vocasset speculum sive simulacrum hepatis. Quem errorem, etiam Polluci II. 220. communem, explosit Barkerus in Commentatione, quae inscripta est: „Locus Platonis de Splene a Polluce parum intellectus". V. Classical Journ. n. XLVI. p. 201 sq. Ceterum Etymolog. Magnus, Gudianus, et Zonaras in v. *Σπλήν* ad hanc Platonis de Splene tanquam excrementorum receptaculo notionem suas composuerunt vocabuli originationes, quod ita ab iis fieri solitum esse ad Cratylum videmur demonstravisse exemplis certissimis. Hos imitatus Isidorus Origg. II. 1. scribit haec: „Splen dictus a supplendo, ex contraria parte iecoris, ne vacua existeret." Scilicet Graeci etymologi *σπλὴν ἀπὸ τοῦ ἐπισπᾶσθαι εἰς ἑαυτὸν τὰ φαυλισθέντα τῶν ὑγρῶν* appellari putaverunt. Verum haud dubie reperient qui nunc radices verborum Graecorum, Latinorum, Anglicorum, Gallicorum, Germanicorum, in prisca Indorum scilicet lingua defixas, studio, ut equidem ar-

νεται, καὶ πάλιν, ὅταν καθαρθῇ τὸ σῶμα, ταπεινούμενος εἰς ταὐτὸν ξυνίζει.

Τὰ μὲν οὖν περὶ ψυχῆς, ὅσον θνητὸν ἔχει καὶ ὅσον θεῖον, καὶ ὅπῃ, καὶ μεθ᾽ ὧν, καὶ δι᾽ ἃ χωρὶς ᾠκίσθη, τὸ μὲν ἀληθές, ὡς εἴρηται, θεοῦ ξυμφήσαντος τότ᾽ ἂν οὕτω μόνως διισχυριζοίμεθα· τό γε μὴν εἰκὸς ἡμῖν εἰρῆσθαι καὶ νῦν καὶ ἔτι μᾶλλον ἀνασκοποῦσι διακινδυνευτέον τὸ φάναι, καὶ πεφάσθω. Τὸ E

rant Par. AFST. Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Mon. Ambr. s. x. Ricard. Vat. b e o r. Flor. a. β. c. n. o. x.

διακινδυνευτέον τὸ φάναι] τὸ addunt Par. A. Vat. o. Flor. x. et rec. Par. S. Mox τούτοισιν optimi libri pro vulg. τοιοισί.

bitror, ipsis non iniuucndo, plurimis molesto, eruere instituerunt. Quod si perfecerint, magnam sane gratiam apud eos inibunt, qui Graecae, Latinae, Germanicae, Anglicae, Gallicae, aliarum denique multarum linguarum studiis dediti sunt. Scient enim tunc omnes, apud Indos splenis origines quaerendas fuisse, ac fortasse ita fiet, ut sermonis vulgaris consuetudo ad Indica revocetur principia.

D. μέγας καὶ ὕπουλος αὐξάνεται] h. e. αὐξάνεται, ὥστε μεγ. καὶ ὑπ. γενέσθαι, de qua Graecorum loquendi consuetudine, fortasse et ipsa Indica, consuluisse iuvabit quae scripsimus ad Protagor. p. 327. C. Infra p. 73. E. γῆν διαττήσας καθαρὰν καὶ λείαν, quae item non intellecta sunt. P. 76. B. τὸ δὲ μικρὸν — μακρὸν ἐτείνετο. Nomen ὕπουλος proprie significationem facit ulceris sub cicatrice latentis, de quo v. Wyttenb. ad Plutarch. Praecept. Sanit. Tuend. p. 867. ed. Ox. = 169. ed. Lips.

Τὰ μὲν οὖν περὶ ψυχῆς—] Descripta animi divini et mortalis natura eiusque cum corpore coniunctione transit nunc ad depingendam reliqui corporis fabricam. Quo loco rursus tenendum est, quod iam supra admonuimus, philosophum id maxime spectasse, ut teleologica corporis humani descriptio exhiberetur. Nec vero dubitamus futurum esse, ut etiam hanc libri partem non sine fructu lecturi sint prudentes naturae scrutatores. — θεοῦ ξυμφήσαντος, i. e. εἰ θεὸς ξυμφήσειεν. De τότε ita usurpato Phaedr. p. 234. A. παυομένης τῆς ὥρας, τότε τὴν αὐτῶν ἀρετὴν ἐπιδείξονται. Gravius est τότε δή vel τότ᾽ ἤδη, de quo v. ad Charmid. p. 155. D. — Dein Stephanus quod reponendum censuit ὅ γε μὴν εἰκὸς ἡμῖν κ. τ. λ., ea verborum mutatione haudquaquam opus est. Hoc enim dicit Timaeus: Verumtamen (γε μήν enim respondet praegresso μέν) quod probabiliter est a nobis dictum id vero etiam nunc quamvis rem magis etiam reputantibus nobis audendum est affirmare,

δ' ἑξῆς δὴ τούτοισι κατὰ ταὐτὰ μεταδιωκτέον· ἣν δὲ τὸ τοῦ σώματος ἐπίλοιπον ᾗ γέγονεν. ἐκ δὴ λογισμοῦ τοιοῦδε ξυνίστασθαι μάλιστ' ἂν αὐτὸ πάντων πρέποι.

Τὴν ἐσομένην ἐν ἡμῖν ποτῶν καὶ ἐδεστῶν ἀκολασίαν ᾔδεσαν οἱ ξυντιθέντες ἡμῶν τὸ γένος, καὶ ὅτι τοῦ μετρίου καὶ ἀναγκαίου διὰ μαργότητα πολλῷ χρησοίμεθα πλέονι. ἵν' οὖν μὴ φθορὰ διὰ νόσους ὀξεῖα γίγνοιτο καὶ ἀτελὲς τὸ γένος εὐθὺς τὸ θνητὸν τελευ-
73 τῴη, ταῦτα προορώμενοι τῇ τοῦ περιγενησομένου πώματος ἐδέσματός τε ἕξει τὴν ὀνομαζομένην κάτω κοιλίαν ὑποδοχὴν ἔθεσαν, εἵλιξάν τε πέριξ τὴν τῶν

E. *χρησοίμεθα πλέονι*] Sic Par. A. Vat. ϑ. quod nunc recepi. Legebatur *πλείονι*. Pro *τελευτῴη* Pr. A. Vind. Mon. Vat. ϑο. et pr. Vat. Θ. *τελευτῷ*, quod ex iotacismo ortum.

P. 73. *πώματος ἐδέσματός τε*] V. *πόματος*. Alteram atque affirmatum esto. De articulo ante *φάναι* inserto si qui ambigant, eos plane edocebit Rostius Gr. §. 125. I. 3. b. β.

E. *ἣν δὲ τὸ τοῦ σ.*] h. e. *ἣν δὲ τὸ ἑξῆς τὸ τοῦ σώματος*.

Τὴν ἐσομένην ἐν ἡμῖν —] Disputare nunc de intestinis et inferiore ventris parte instituit. Quo loco notabile est spiras intestinorum sapienti consilio nobis inditas iudicari, ut ne alimenta citius defluerent eoque ipso *γαστριμαργία* prohiberetur. — *πολλῷ χρησοίμεθα πλέονι* κ. τ. λ., h. e. *πλέονι ἢ τῷ μετρίῳ καὶ ἀναγκαίῳ*. Mox pro *ὀξεῖα* quod est apud Hippocr. Epid. III. p. 427. ed. Foës. *ὀξείας*, id ferri non potest. Recte legitur *φθορὰ ὀξεῖα*, praeceps et repentinus interitus.

P. 73. *τὴν ὀνομαζομένην κάτω κοιλίαν*] *Κοιλία* enim latius patet, quo nomine veteres, ut latiorem etiam vocabuli usum taceam, interdum thoracem ipsum, nonnunquam etiam ventriculum notarunt. Itaque *ἡ κάτω κοιλία* prouti vel thoraci vel ventri superiori, in quem cibos deglutimus, opponitur, aut ventrem inde a septo transverso significat, aut eam designat ventris partem, quae est infra umbilicum. Quod posterius in hunc Platonis locum convenit. v. Foësium Oeconom. Hippocrat. in voc. *Κοιλία* p. 344 sqq. — *τὴν τῶν ἐντέρων γένεσιν*, h. e. *τὰ ἔντερα*, quanquam *γένεσιν* vi sua non caret. — *ἀφιλόσοφον καὶ ἄμουσον*, h. e. a sapientia et eruditione alienum. — Ante *ἀνυπήκοον* Stephanus *καί* inserendum putabat. Quo tamen non opus est. Certe lenius correxeris *ἀνυπήκοον ὂν τοῦ θειοτάτου* κ. τ. τ. quod etiam ipsi sententiae melius convenit. Sed nec participium est necessarium, siquidem in ipsa appositione causae significatio continetur.

Τὸ δὲ ὀστῶν καὶ σαρκῶν] De ossibus et carne nunc suscipitur disputatio, quorum princi-

ἐντέρων γένεσιν, ὅπως μὴ ταχὺ διεκπερῶσα ἡ τροφὴ ταχὺ πάλιν τροφῆς ἑτέρας δεῖσθαι τὸ σῶμα ἀναγκάζοι, καὶ παρέχουσα ἀπληστίαν διὰ γαστριμαργίαν ἀφιλόσοφον καὶ ἄμουσον πᾶν ἀποτελοῖ τὸ γένος, ἀνυπήκοον τοῦ θειοτάτου τῶν παρ' ἡμῖν.

Τὸ δὲ ὀστῶν καὶ σαρκῶν καὶ τῆς τοιαύτης φύσεως πέρι πάσης ὧδε ἔσχε. τούτοις ξύμπασιν ἀρχὴ μὲν ἡ B τοῦ μυελοῦ γένεσις· οἱ γὰρ τοῦ βίου δεσμοὶ τῆς ψυχῆς τῷ σώματι ξυνδουμένης ἐν τούτῳ διαδούμενοι κατεῤῥίζουν τὸ θνητὸν γένος· αὐτὸς δὲ ὁ μυελὸς γέγονεν ἐξ ἄλλων. τῶν γὰρ τριγώνων ὅσα πρῶτα

formam servavit Flor. n. Dein vulgo scribebatur ὠνομασμένην, refragantibus Par. AFSY. Vat, Θ. Mon. Ambr. s. Ricard. Vat. bor. Tub. Flor. n. x.

πᾶν ἀποτελοῖ τὸ γένος] Sic Par. AF. Vat. Θ. Vat. go. Tub. Vett. editt. ἀποτελῇ.

pla a medullae ortu repetit: in hac enim vincula vitae humanae quaeri oportere.

B. τῶν γὰρ τριγώνων ὅσα πρῶτα ἀστρ.] V. ad p. 54. A sqq. Ne vero mireris, medullae originem ex trigonis illis declarari: est enim ea, ut ipse Plato ait, quasi colligatio quaedam vitae vinculorum, quae mortale genus tanquam radicibus fulciunt. Quemadmodum igitur philosophus ipsa rerum elementa ad trigona revocavit, ita etiam vitae humanae veluti elementum eodem referendum statuit. Hoc igitur sic exponit: Triangulos, inquit, primarios, indeflexos et laeves, qui ad quatuor elementorum generationem erant maxime idonei, deus a suis quosque generibus secrevit, tum eos inter se miscuit ita, ut fierent congruentes; hinc orta medulla est, semen generis mortalis, ex quo ossa et carnes et alia id genus nata sunt. In hac medulla locavit animorum genera, ipsamque statim in prima divisione in tot talesque distribuit figuras, quot et quales habiturae essent singulae species. Et eam quidem partem, in qua divinum semen inclusum esset, globosam undique finxit, et ἐγκέφαλον appellavit, quoniam absoluta cuiusque animantis creatione ἡ κεφαλή eius futura esset receptaculum; quae vero reliquam et mortalem partem comprehensura erat, eam simul in rotundas et oblongas divisit figuras, totamque medullam nominavit, qua universi animi vincula stabilirentur etc. Ab hac Platonis sententia, qua animum censet medullae insitum esse, discessit Aristoteles De part. an. c. 7. qui animi sedem locavit in corde. Itaque Plato multo propius quam Stagirites ad recentiorum de his rebus opinionem accessisse existimandus est.

ἀστραβῆ καὶ λεῖα ὄντα πῦρ τε καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ γῆν δι' ἀκριβείας μάλιστα ἦν παρασχεῖν δυνατά, ταῦτα ὁ θεὸς ἀπὸ τῶν ἑαυτῶν ἕκαστα γενῶν χωρὶς
C ἀποκρίνων, μιγνὺς δ' ἀλλήλοις ξύμμετρα, πανσπερμίαν παντὶ θνητῷ γένει μηχανώμενος, τὸν μυελὸν ἐξ αὐτῶν ἀπειργάσατο, καὶ μετὰ ταῦτα δὴ φυτεύων ἐν αὐτῷ κατέδει τὰ τῶν ψυχῶν γένη, σχημάτων τε ὅσα ἔμελλεν αὖ σχήσειν οἷά τε καθ' ἕκαστα εἴδη, τὸν μυελὸν αὐτὸν τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα διῃρεῖτο σχήματα εὐθὺς ἐν τῇ διανομῇ τῇ κατ' ἀρχάς. καὶ τὴν μὲν τὸ θεῖον σπέρμα οἷον ἄρουραν μέλλουσαν ἕξειν ἐν αὑτῇ περιφερῆ πανταχῇ πλάσας ἐπωνόμασε τοῦ μυελοῦ

D. ὃ δ' αὖ τὸ λοιπὸν] αὖ codd. optimi plerique omnes cum Par. A. et Vat. Θ. Vulgo ἂν scribebatur, quod iam Steph. in αὖ mutari iussit.

περὶ τοῦτο ξύμπαν] περὶ αὐτὸ vett. editt. Plerique libri ταὐτό. Sed Par. A. Vat. ϐο. Flor. x. Stephanus: Videtur, in-

C. τὸν μυελὸν αὐτὸν τοσαῦτα —] De διαιρεῖσθαι cum duplici accusativo iuncto v. ad Phileb. p. 23. E. Sic mox: τὸ λοιπὸν — ἅμα στρογγύλα διῃρεῖτο σχήματα.

καὶ τὴν μὲν τὸ θεῖον σπέρμα —] Constructio verborum paullo impeditior. Quod enim dici debebat sic: καὶ τὴν μὲν τοῦ μυελοῦ μοῖραν τὴν τὸ θεῖον σπέρμα οἷον ἄρουραν μέλλουσαν ἕξειν ταύτην ἐπωνόμασεν ἐγκέφαλον, id sic inflexit, ut ipsum nomen repetito articulo in altera demum enuntiati parte posuerit, in qua tamen orationis conformatione nemo quisquam temere haerebit. Mutanda tamen fuit vulgaris verborum distinctio, qua post σπέρμα et post ἄρουραν commate interpungebatur, quod ipsum etiam post πλάσας tollendum fuit. — οἷον ἄρουραν, tanquam arvum, unde fructus uberrimi provenirent. Disputat de hoc loco Galenus De usu partium VIII. med. contendens, si medulla sit cerebrum appellandum, non simpliciter fuisse dicendum ἐγκέφαλον, sed μυελὸν ἐγκεφαλίτην, medullam capitalem, quum sit et spinae, quae dicitur, medulla, et aliorum quoque ossium. Quod quo iure ille sic contra Platonem statuerit, ad diiudicandum non ita difficile est.

D. ὡς ἀποτελεσθέντος — γενησόμενον] De hac verborum constructione v. ad Phaedon. p. 109. D.

ἅμα στρογγύλα καὶ προμήκη] in rotunda simul et oblonga, ovorum instar, divisit.

καὶ καθάπερ ἐξ ἀγκυρῶν βαλλόμενος ἐκ τούτων —] Iungas hunc in modum: καὶ ἐκ

ταύτην τὴν μοῖραν ἐγκέφαλον, ὡς ἀποτελεσθέντος D
ἑκάστου ζώου τὸ περὶ τοῦτο ἀγγεῖον κεφαλὴν γενησόμενον· ὃ δ' αὖ τὸ λοιπὸν καὶ θνητὸν τῆς ψυχῆς ἔμελλε καθέξειν, ἅμα στρογγύλα καὶ προμήκη διῃρεῖτο σχήματα, μυελὸν δὲ πάντα ἐπεφήμισε, καὶ καθάπερ ἐξ ἀγκυρῶν βαλλόμενος ἐκ τούτων πάσης ψυχῆς δεσμοὺς περὶ τοῦτο ξύμπαν ἤδη τὸ σῶμα ἡμῶν ἀπειργάζετο, στέγασμα μὲν αὐτῷ πρῶτον ξυμπηγνὺς περὶ ὅλον ὀστέϊνον. Τὸ δὲ ὀστοῦν ξυνίστησιν ὧδε. E
γῆν διαττήσας καθαρὰν καὶ λείαν ἐφύρασε καὶ ἔδευσε μυελῷ, καὶ μετὰ τοῦτο εἰς πῦρ αὐτὸ ἐντίθησι, μετ' ἐκεῖνο δὲ εἰς ὕδωρ βάπτει, πάλιν δὲ εἰς πῦρ

quit, αὐτὰ legisse Ficinus: at si αὐτὸν scribetur, ad μυελὸν referetur.

E. γῆν διαττήσας] V. διατρήσας, quod correxit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 80. addicentibus libris plurimis atque optimis. Dein pro vulg. ἀνεφύρασε ex Par. A. Vat. b. cum Bekkero scripsimus ἐφύρασε.

τούτων καθάπερ ἐξ ἀγκυρῶν βαλλόμενος δεσμοὺς πάσης ψυχῆς, ἀπειργάζετο ἤδη τὸ σῶμα ἡμῶν περὶ τοῦτο ξύμπαν. Dicitur enim ἄγκυρα metaphorice pro praesidio, quo quid fulcimus ac stabilimus. Legg. XII. 961. C. εἴ τις τοῦτον βάλοιτο οἷόν ἄγκυραν πάσης τῆς πόλεως. v. Erasmi Adagg. I. 1, 24. Schol. ad Eurip. Hec. v. 80. Drakenborg. ad Sil. Ital. VIII. 23. Valcken. Diatrib. p. 274. Itaque βαλλόμενος τοὺς δεσμους τῆς ψυχῆς est: iaciens vincula animi. Pro eo autem, quod dicendum erat, οἷον ἀγκύρας, propter sequens ἐκ τούτων dixit potius ἐξ ἀγκυρῶν. In proximis Valckenarius ad Eurip. Phoeniss. v. 1085. pro περὶ ὅλον scribendum suspicatur περίβολον. Neque ea coniectura est improbabilis. Nam quod Lindavius putat ita στέγασμα fore supervacaneum, non vidit ille sensum verborum ita existere hunc: quum ei primum compingeret osseum involucrum tanquam tegumentum. Accedit quod mox p. 74. A. legitur λιθοειδεῖ περιβόλῳ.

E. γῆν διαττήσας καθαρὰν] h. e. ὥστε καθαρὰν καὶ λείαν γενέσθαι v. ad p 72. D. Legebatur olim διατρήσας, quod prudenter ex codicibus correxit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 80. v. ad Cratyl. p. 402. C. Mox καταχρῆσθαι dicitur ut Phaedon. p. 110. B. ὧν καὶ τὰ ἐνθάδε εἶναι χρώματα ὥσπερ δείγματα, οἷς δὴ οἱ γραφεῖς καταχρῶνται. Phileb. p. 51. A. μάντεσιν (αὐτοῖς) καταχρῶμαι πρὸς τό τινας εἶναι ἡδονάς. De Repub. VII. p. 520. A. al. Sic etiam infra p. 78. B. τούτοις οὖν κατεχρήσατο ὁ θεός.

αὖθίς τε εἰς ὕδωρ· μεταφέρων δ' οὕτω πολλάκις εἰς ἑκάτερον ὑπ' ἀμφοῖν ἄτηκτον ἀπειργάσατο. καταχρώμενος δὴ τούτῳ περὶ μὲν τὸν ἐγκέφαλον αὐτοῦ σφαῖραν περιετόρνευσεν ὀστεΐνην, ταύτῃ δὲ στενὴν διέξο-
74 δον κατελίπετο· καὶ περὶ τὸν διαυχένιον ἅμα καὶ νωτιαῖον μυελὸν ἐξ αὐτοῦ σφονδύλους πλάσας ὑπέτεινεν οἷον στρόφιγγας, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, διὰ παντὸς τοῦ κύτους. καὶ τὸ πᾶν δὴ σπέρμα διασώζων οὕτω λιθοειδεῖ περιβόλῳ ξυνέφραξεν, ἐμποιῶν ἄρθρα, τῇ θατέρου προσχρώμενος ἐν αὐτοῖς ὡς μέσῃ ἐνισταμένῃ δυνάμει, κινήσεως καὶ κάμψεως ἕνεκα.

P. 74. B. *διὰ ταῦτα οὕτω τὸ τῶν νεύρων*] τὸ nunc insertum ex Par. AF. Vat. bo. Flor. β. x. Stephanus coni. *διὰ ταῦτα αὖ τὸ τῶν νεύρων.* Dein *ἐμηχανᾶτο* Par. AFSY. Ambr. s.

P. 74. *περὶ τὸν διαυχένιον ἅμα καὶ νωτ.*] circa medullam cervicis ac dorsi ex eo vertebras (Wirbelbeine) finxit tanquam cardines quosdam, tetenditque inde a capite per totum corpus, videlicet ut medullae vis per totum corpus diffunderetur. Timaeus Gloss. p. 240. *στρόφιγγες· οἱ τῶν θυρῶν στροφεῖς.* ubi v. Ruhnk. — *πᾶν τὸ σπέρμα*, quod in medulla inest.

ἐμποιῶν ἄρθρα, τῇ θατέρου —] *Ἄρθρα* dicit articulos s. artus, die Gelenke. In quibus fabricandis ait deum adhibuisse *τὴν θατέρου δύναμιν* tanquam mediam interiectam motus et flexionis causa. Dubitari potest, quid sit hoc loco ἡ *θατέρου δύναμις.* Me si audis, nihil aliud intelliges quam quod in superioribus ad p. 35. A. vocabulo isto notari demonstravimus. Cogitandum igitur de materia corporum infinita necdum in certas quasdam formas ac species digesta. Hanc igitur adhibuit *ὡς μέσην ἐνισταμένην*, tanquam mediam inter ossa et medullam interiectam, h. e. tanquam tardam ac flexibilem, ut nec duritiem ossium nec medullae fluxionem haberet. conf. similem locum infra p. 74. D. *μίαν ἐξ ἀμφοῖν μέσην δυνάμει ξυνεκεράσατο.* Vides igitur non expectandam fuisse opem philosophorum, qui hunc locum scilicet obscurissimum rationis lumine illustrarent, quod Lindavii fuit iudicium, verba ceteroquin pessime interpretantis.

B. *τοῦ δέοντος κραυροτέραν*] Timaeus Gloss. p. 168. *κραυρότερον· ψαθυρότερον καὶ εὐθραυστότερον:* unde *κραυροῦσθαι* est indurescere. v. Ruhnk. Dein *σφακελίζειν*, quo Hippocrates quoque frequenter usus esse reperitur, est putredine vel carie corrumpi, vitiari. v. Foësius Oecon. Hippocr. p. 233. Valckenar. ad Ammon. p. 221. Ruhnk. ad Tim. p. 122 sq. Legebatur autem vulgo *ἐπισφα-*

Τὴν δ' αὖ τῆς ὀστεΐνης φύσεως ἕξιν ἡγησάμενος τοῦ δέοντος κραυροτέραν εἶναι καὶ ἀκαμπτοτέραν, διάπυ- B ρόν τ' αὖ γιγνομένην καὶ πάλιν ψυχομένην σφακελίσασαν ταχὺ διαφθερεῖν τὸ σπέρμα ἐντὸς αὐτῆς, διὰ ταῦτα οὕτω τὸ τῶν νεύρων καὶ τὸ τῆς σαρκὸς γένος ἐμηχανᾶτο, ἵνα τῷ μὲν ἅπαντα τὰ μέλη ξυνδήσας ἐπιτεινομένῳ καὶ ἀνιεμένῳ περὶ τοὺς στρόφιγγας καμπτόμενον τὸ σῶμα καὶ ἐκτεινόμενον παρέχοι, τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων οἷον τὰ πιλητὰ ἔσεσθαι κτήματα, σώμασι μαλακῶς καὶ πράως ὑπείκουσαν, C

Vat. bcr. Tub. Flor. β. b. n. x. pro vulg. ἐμηχανήσατο. Tum vett. editt. πάντα τἆλλα μέλη, quod mutatum ex Par. AF. Mon. Tub. Flor. β.

κελίσασαν, quod et ipsum usitatum.

τὸ τῶν νεύρων καὶ τὸ τῆς σαρκὸς γένος] Quid Platoni sint τα νεῦρα, ex proximis illis, τὰ μέλη ξυνδήσας κ. τ. λ. certissime perspicere licet. Neque enim nervos, qui nunc dicuntur, intellexit, sed tendines ac ligamenta, siquidem medici nervorum notitiam nullam tunc habuisse videntur. v. Sprengel. Geschicht. d. Heilk. T. I. p. 439. ed. 3. Galen. De dogm. Hippocr. et Platon. I. 6. II. 8. al. et inprimis Foësii Oecon. Hippocr. in v. νεῦρον. Ernesti Platneri, quondam praeceptoris mei, Quaestiones Physiologg. p. 231 sqq.

τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν κ. —] Mutatur repente structurae tenor, siquidem non iam ἵνα cum coniunctivo, sed accusativus cum infinitivo infertur, qui tamen et ipse ex ἐμηχανᾶτο pendet, nisi eius usum mavis ita explicare, ut verbum aliquod consimilis significationis ex ἐμηχανᾶτο petendum esse statuas. Dein προβολὴ καυμάτων est propugnaculum adversus aestum. Sic Theophrast. De causis plant. II. 9. προβολὴν ἔχει τοῦ ἡλίου. Item πρόβλημα χειμώνων est tegmen adversus hiemis iniurias. Nam πρόβλημα est quidquid obiicitur hostilis impetus arcendi causa, ut vallum, agger, scutum, testudo. Genitivus πτωμάτων et ipse aptus est ex πρόβλημα, quod apud animum repetendum relinquitur. — τὰ πιλητὰ κτήματα sunt res ex pilis et lana factae, ut calceamenta, pilei, alia id genus. Longinus XXXII. §. 5. τὴν σάρκα οἷον πιλήματα προθέμενοι. ad quem locum Weiskius paullo inconsideratius haec verba Platonis corrupta esse censet. Conferas etiam Iungermannum ad Polluc. VII. 171. ubi de hoc loco agit. Idem II. 233. αἱ δὲ σάρκες πίλημα μαλακόν. — σώμασι μ. κ. π. ὑπείκουσαν h. e. corporibus ipsi occurrentibus.

θερμὴν δὲ νοτίδα ἐντὸς ἑαυτῆς ἔχουσαν θέρους μὲν ἀνιδίουσαν καὶ νοτιζομένην ἔξωθεν ψύχος κατὰ πᾶν τὸ σῶμα παρέξειν οἰκεῖον, διὰ χειμῶνος δὲ πάλιν αὖ τούτῳ τῷ πυρὶ τὸν προςφερόμενον ἔξωθεν καὶ περιστάμενον πάγον ἀμυνεῖσθαι μετρίως. ταῦτα ἡμῶν διανοηθεὶς ὁ κηροπλάστης, ὕδατι μὲν καὶ πυρὶ καὶ γῇ ξυμμίξας καὶ ξυναρμόσας, ἐξ ὀξέος καὶ ἁλμυροῦ
D ξυνθεὶς ζύμωμα καὶ ὑπομίξας αὐτοῖς, σάρκα ἔγχυμον καὶ μαλακὴν ξυνέστησε· τὴν δὲ τῶν νεύρων φύσιν ἐξ ὀστοῦ καὶ σαρκὸς ἀζύμου κράσεως μίαν ἐξ ἀμφοῖν μέσην δυνάμει ξυνεκεράσατο, ξανθῷ χρώματι προςχρώμενος. ὅθεν συντονωτέραν μὲν καὶ γλισχροτέραν σαρκῶν, μαλακωτέραν δὲ ὀστῶν ὑγροτέραν τε

C. ἐντὸς ἑαυτῆς ἔχουσαν] Sic libri optimi. Legebatur αὑτῆς. Dein ἀνιδίουσαν Par. AS. Vat. Θ. pro vulg. ἀνιδροῦσαν. Vat. r. Vind. alii ἀνιδιοῦσαν, unde fons erroris cognoscitur.

D. σάρκα ἔγχυμον καὶ μ.] σάρκα non cum ὑπομίξας sed cum ξυνέστησε iungendum, unde post αὐτοῖς commate interpunximus.

E. ἃ δ' ἀψυχότατα ἐντός,] Interpunximus post ἐντός cum Bekkero, quod ipsum etiam in aliquot codd. ita factum est.

C. θέρους μὲν ἀνιδίουσάν τε καὶ νοτιζ.] aestate quidem sudorem emittentem atque humoribus extrinsecus frigus (Kühlung) per omne corpus praebituram esse etc. Vulgo scriptum legebatur ἀνιδροῦσαν, quod primus correxit Ruhnkenius ad Tim. Gloss. p. 147. plurima verbi ἰδίειν exempla ex optimis quibusque scriptoribus proferens.

διανοηθεὶς ὁ κηροπλάστης] Κηροπλάστης proprie est qui aliquid e cera effingit atque format; quod nunc metaphorice dicitur de deo corpus humanum fabricante. Ficinus: Haec cum fictor ille nostri corporis cogitaret, mixtione quadam ex aqua, igne et terra contemperata et acuto illis salsoque fermento adhibito succi plenam ac mollem carnem conflavit. Recte quidem. Sed laborat orationis integritas, siquidem illud ξυμμίξας et ξυναρμόσας caret casu obiecti. Vide igitur an scribendum sit: ὕδατι μὲν καὶ πυρὶ καὶ γῆν ξυμμίξας καὶ ξ. quum aquae et igni etiam terram admiscuisset. Accusativus γῆν propter additum καὶ sane potuit facillime in dativum depravari. — ὑπομίξας αὐτοῖς, sc. ὕδατι καὶ πυρὶ καὶ γῇ. Habes igitur carnis originem a Platone adumbratam. Noli vero de musculis cogitare, qui sane plerumque a medicis Graecis σάρκες appellantur. Audi potius Foësium Oecon. Hippocr. p. 559. in voc. Σάρκες: Σάρξ, inquit, Hippocrati

ἐκτήσατο δύναμιν νεῦρα· οἷς ξυμπεριλαβὼν ὁ θεὸς ὀστᾶ καὶ μυελόν, δήσας πρὸς ἄλληλα νεύροις, μετὰ ταῦτα σαρξὶ πάντα αὐτὰ κατεσκίασεν ἄνωθεν. ὅσα **E** μὲν οὖν ἐμψυχότατα τῶν ὀστῶν ἦν, ὀλιγίσταις ξυνέφραττε σαρξίν, ἃ δ' ἀψυχότατα ἐντός, πλείσταις καὶ πυκνοτάταις. καὶ δὴ καὶ κατὰ τὰς ξυμβολὰς τῶν ὀστῶν, ὅπῃ μή τινα ἀνάγκην ὁ λόγος ἀπέφαινε δεῖν αὐτὰς εἶναι, βραχεῖαν σάρκα ἔφυσεν, ἵνα μήτε ἐμποδὼν ταῖς καμπαῖσιν οὖσαι δύςφορα τὰ σώματα ἀπεργάζοιντο, ἅτε δυςκίνητα γιγνόμενα, μήτ' αὖ πολλαὶ καὶ πυκναὶ σφόδρα τε ἐν ἀλλήλαις ἐμπεπιλημέναι, διὰ στερεότητα ἀναισθησίαν ἐμποιοῦσαι, δυςμνημονευτότερα καὶ κωφότερα τὰ περὶ τὴν διάνοιαν

καὶ δὴ καὶ κατὰ τὰς ξ.] Alterum *καὶ* adscivi ex Par. F. Mon. Vat. o. Tub. Flor. β. x. Ven. Ξ. Mox *ταῖς καμπαῖσιν* Par. AFY. Vat. Θ. Vind. Mon. Ambr. s. x. Ricard. Vat. e r. Flor. a. b. β. c. o. Legebatur *καμπαῖς*. Vat. b. *καμπέσιν*. Vat. o. *κάμψεσιν*.

διὰ στερεότητα] Par. F. *στεῤῥότητα*, quod recepit Bekker.

κωφότερα τὰ περὶ τ. δ.] Sic Par. A. Vat. b. Flor. β. loco vulg. *κουφότερα*. conf. p. 75. E. p. 88. B.

etiam carnem significat et eam primarum ac simplicium partium substantiam, quae eas non tantum complectitur ac constituit, sed fulcrum etiam est et earum veluti tegumentum, easque tum adversus feras occursantia, aestum, frigus, et lapsum, tum ad caloris nativi omnia depopulantis impetum et vehementiam tutatur ac munit. Libr. *περὶ ὀστέων φυσ.* p. 61. 8. *αἱ σάρκες καὶ τὸ δέρμα πάντων σύνδεσιν καὶ ξύνταξιν παρέχονται.* Quam sententiam sequutus est Plato in Timaeo et Galenus De usu partium I. 3. De carne ex acidi et salsi fermento temperata laudat Sprengelius l. c. p. 452. Schulzii Diss. de ossibus conferventibus. Hal. 1727. 4.

D. *τὴν δὲ τῶν νεύρων φύσιν —*] Nervos, h. e. tendines et ligamenta, factos esse censet non fermentata ossis et carnis temperatione, ut medium inter carnes et ossa locum teneant, siquidem carnibus sint tenaciores et flexibiliores, ossibus autem molliores et humidiores.

E. *ὅσα μὲν οὖν ἐμψυχότατα τῶν ὀστῶν ἦν*] h. e. in quibus plurimum animi habitaret; veluti in capite et in pectore, quae partes corporis ideo iudicantur minus carne obvolutae esse, ut ne animi motus ullo modo impediretur. Similis caussa fuit, cur ossium ac membrorum commissurae (*ξυμβολαί*) minus carnibus vestirentur. — *δύςφορα*, portatu difficilia, gravia et molesta.

ποιοῖεν. διὸ δὴ τό τε τῶν μηρῶν καὶ κνημῶν καὶ τὸ
75 περὶ τὴν τῶν ἰσχίων φύσιν τά τε τῶν βραχιόνων ὀστᾶ καὶ τὰ τῶν πήχεων, καὶ ὅσα ἄλλα ἡμῶν ἄναρθρα, ὅσα τε ἐντὸς ὀστᾶ δι' ὀλιγότητα ψυχῆς ἐν μυελῷ κενά ἐστι φρονήσεως, ταῦτα πάντα ξυμπεπλήρωται σαρξίν, ὅσα δ' ἔμφρονα, ἧττον, εἰ μή πού τινα αὐτὴν καθ' αὐτὴν αἰσθήσεων ἕνεκα σάρκα οὕτω ξυνέστησεν, οἷον τὸ τῆς γλώττης εἶδος· τὰ δὲ πλεῖστα ἐκείνως· ἡ γὰρ ἐξ ἀνάγκης γιγνομένη καὶ ξυν-
B τρεφομένη φύσις οὐδαμῇ προσδέχεται πυκνὸν ὀστοῦν καὶ σάρκα πολλὴν ἅμα τε αὐτοῖς ὀξυήκοον αἴσθησιν. μάλιστα γὰρ ἂν αὐτὰ πάντων ἔσχεν ἡ περὶ τὴν κεφαλὴν ξύστασις, εἴπερ ἅμα ξυμπίπτειν ἠθελησάτην, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος σαρκῶδη ἔχον ἐφ' ἑαυτῷ καὶ νευρώδη κρατεράν τε κεφαλὴν βίον ἂν δι-

P. 75. *τά τε τῶν βραχιόνων ὀστᾶ*] τά τε περὶ τὸ τῶν βρ. Par. A. Vat. b. Flor. x.

ταῦτα πάντα ξυμπεπλ.] Sic Par. A. Vat. b. Legebatur olim πάντα ταῦτα.

P. 75. *καὶ ὅσα ἄλλα ἡμῶν ἄναρθρα*] et quae aliae nostri partes articulis carent.

ἡ γὰρ ἐξ ἀνάγκης γιγνομένη καὶ ξ.] Intelligit animum, qui quoniam cum hoc humano corpore coniunctus est, necessitate generatus et concretus esse dicitur. Quod qui fiat, exponitur in Phaedro p. 247. E sqq. Praeclare hic philosophus docet caput nostrum cur carnibus minus sit quam aliae corporis partes circumdatum, quamquam si ita esset, vita nostra a multis periculis atque malis tuta foret adeoque diuturnior. Enimvero est illud praestantissimae animi partis sedes ac domicilium, cuius natura non patitur istam carnium crassitatem ac multitudinem. Itaque deus hominum dignitati prospiciens virtuti eorum potius quam valetudini consultum esse voluit. — *ὀξυήκοον αἴσθησιν*, sensum celeriter percipientem. — *ξυμπίπτειν ἠθελησάτην* sc. πολλὴ σὰρξ καὶ ὀξύκοος αἴσθησις. — Pro πολυχρονιώτερον Pollux in voc. μακροχρονίως ex Timaeo Platonis affert μακροχρονιώτερον, quod codd. habent paucissimi.

C. *τοῦ πλείονος βίου — τὸν ἐλάττονα — αἱρετέον*] Stephanus ante genitivum πρό vel ἀντί excidisse putat. Astius προαιρετέον legi mavult. Neutra mutatione opus videtur. Nam etsi αἱρεῖσθαι fere πρό vel ἀντί vel μᾶλλον adiuncto casu genitivo adsciscere solet, tamen quoniam subinde ipsum suapte vi ac potestate comparativi notionem complectitur, ut simpliciter sit mal-

πλοῦν καὶ πολλαπλοῦν καὶ ὑγιεινότερον καὶ ἀλυπότερον τοῦ νῦν κατεκτήσατο· νῦν δὲ τοῖς περὶ τὴν ἡμετέραν γένεσιν δημιουργοῖς, λογιζομένοις πότερον πολυχρονιώτερον χεῖρον ἢ βραχυχρονιώτερον βέλτιον C
ἀπεργάσαιντο γένος, ξυνέδοξε τοῦ πλείονος βίου φαυλοτέρου δὲ τὸν ἐλάττονα ἀμείνονα ὄντα παντὶ πάντως αἱρετέον· ὅθεν δὴ μανῷ μὲν ὀστῷ, σαρξὶ δὲ καὶ νεύροις κεφαλήν, ἅτε οὐδὲ καμπὰς ἔχουσαν, οὐ ξυνεστέγασαν. κατὰ πάντ' οὖν ταῦτα εὐαισθητοτέρα μὲν καὶ φρονιμωτέρα, πολὺ δὲ ἀσθενεστέρα παντὸς ἀνδρὸς προςετέθη κεφαλὴ σώματι. τὰ δὲ νεῦρα διὰ ταῦτα καὶ οὕτως ὁ θεὸς ἐπ' ἐσχάτην τὴν κεφαλὴν περιστήσας κύκλῳ περὶ τὸν τράχηλον ἐκόλλησεν ὁμοιό- D
τητι, καὶ τὰς σιαγόνας ἄκρας αὐτοῖς ξυνέδησεν ὑπὸ τὴν φύσιν τοῦ προςώπου· τὰ δ' ἄλλα εἰς ἅπαντα

B. ἔχον ἐφ' ἑαυτῷ] V. ἐν ἑαυτῷ, adversantibus libris mss. fere omnibus.

C. μανῷ μὲν ὀστῷ] Par. A. τῷ μανῷ μ. ὀ. sed τῷ punctis notatum. Paullo ante Stephanus pro παντὶ πάντως scribendum censuit πάντῃ πάντως.

le; profecto mirum videri non debet, quod etiam simplex genitivus, qui e comparativi notione penderet, huic verbo adiunctus est. Grammaticus Hermann. p. 354. αἱρεῖσθαι γὰρ τὸ προκρίνειν καὶ συντάσσεται ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς γενικήν, οἷον αἱροῦμαι τόδε τοῦδε. Theocrit. XI. 49. τίς κεν τῶνδε θάλασσαν ἔχειν ἢ κύμαθ' ἕλοιτο. Sophocl. Philoct. v. 1100. τοῦ λῴονος δαίμονος εἵλου τὸ κάκιον ἑλεῖν. qui locus sollicitandus non erat. Aelian. Varr. Hist. III. 10. πλούσιον ἐραστὴν εἵλετο τοῦ χρηστοῦ πένητος. conf. Schaefer. Appar. ad Demosth. I. p. 263. Matth. Gr. §. 358.

μανῷ μὲν ὀστῷ —] V. ad p. 65. C. coll. Ruhnkenio ad Tim. Gloss. p. 175. Tenendum vero negationem οὐ ante ξυνεστέγασαν ad posterius tantummodo enuntiati membrum, non item ad prius referri oportere, hoc sensu: unde caput arido ac foraminoso osse quidem *obtexerunt*, carnibus et nervis, quippe nec flexiones habens, *non obtexerunt*.

D. ἐκόλλησεν ὁμοιότητι] h. e. ὁμοίως. Quod cur Lindavio adeo displicuerit, ut οἷον ἅμματι vel οἷον ὀχέᾳ praeferret, nos quidem haudquaquam intelligimus. Additum enim est ὁμοιότητι ob praegressum κύκλῳ περὶ τὸν τράχηλον atque opponitur sequenti εἰς ἅπαντα τὰ μέλη διέσπειρεν. De Rep. VIII. p. 555. A. ὁμοιότητι τὸν φειδωλόν τε καὶ χρηματιστὴν τετάχθαι. — ὑπὸ τὴν φύσιν τοῦ προςώπου dictum pro simplici ὑπὸ τὸ πρόςωπον ea

τὰ μέλη διέσπειρε, ξυνάπτων ἄρθρον ἄρθρῳ. Τὴν δὲ δὴ τοῦ στόματος ἡμῶν δύναμιν ὀδοῦσι καὶ γλώττῃ καὶ χείλεσιν ἕνεκα τῶν ἀναγκαίων καὶ τῶν ἀρίστων διεκόσμησαν οἱ διακοσμοῦντες, ᾗ νῦν διατέτακται,
E τὴν μὲν εἴσοδον τῶν ἀναγκαίων μηχανώμενοι χάριν, τὴν δ' ἔξοδον τῶν ἀρίστων· ἀναγκαῖον μὲν γὰρ πᾶν ὅσον εἰσέρχεται τροφὴν διδὸν τῷ σώματι, τὸ δὲ λόγων νᾶμα ἔξω ῥέον καὶ ὑπηρετοῦν φρονήσει κάλλιστον καὶ ἄριστον πάντων ναμάτων. Τὴν δ' αὖ κεφαλὴν οὔτε μόνον ὀστεΐνην ψιλὴν δυνατὸν ἐᾶν ἦν διὰ τὴν ἐν ταῖς ὥραις ἐφ' ἑκάτερον ὑπερβολήν, οὔτ' αὖ ξυσκιασθεῖσαν κωφὴν καὶ ἀναίσθητον διὰ τὸν τῶν σαρ-

P. 76. λέμμα μεῖζον περιγ.] V. λεῖμμα. Recte Par. A. Ambr. s. Vat. δο. λέμμα. v. interpretat.

τοῦτο δὲ διὰ τὴν περὶ] δὲ additum ex Par. FF. Ambr. s. Vat. δο. Flor. x.

περιημφιέννυε τὴν κεφαλὴν] V. περιημφιέννυ τὴν κεφαλήν. Par. AFS. Ambr. s. Vat. δο. περιημφιέννυεν. Flor. a. b. e. n. o. x. περιημφιέννυε. Ven. Σ. Vind. Par. Y. Vat. c. περιημφιέννε. Flor. x. περιημφίενε. De verbis in υμι desinentibus raro sic ab Atticis formatis v. Fischer. ad Weller. II. p. 458. Brunck. ad loquendi consuetudine, de qua ad Sympos. p. 191. A. explicatum est. Ceterum laudat haec Athenaeus III. 94. E. = T. I. p. 217. ed. Dind.

E. τὸ δὲ λόγων νᾶμα —] De hac metaphora dictum est ad Phaedrum p. 243. D. Copiose eam illustrarunt Wyttenbach. in Epist. Crit. p. 55 sq. = 271. ed. Lips. Creuzer. ad Plotin. De pulcritud. p. 465 sq. Schweighäuser. ad Athen. III. p. 121. Animadv. Vol. II. p. 253. Locum inde ab τὴν δὲ δὴ τοῦ στόματος exscripsit Stob. Eclogg. Phys. I. p. 1112.

οὔτε μόνον ὀστεΐνην ψιλὴν δ.] weder nur rein knöchern. Itaque μόνον et ψιλήν ponuntur ἐκ παραλλήλου. Nam ψιλήν idem fere quod μόνην, de quo usu monuit Schaefer ad Demosth. Apparat. T. II. p. 7. — ἐφ' ἑκάτερον, in utramque partem, siquidem vel frigus vel calor nimius esse potest. — Proxima sic inter ipsa cohaerent: οὔτε αὖ (δυνατὸν ἦν) περιιδεῖν (übersehen, negligere) αὐτὴν ξυσκιασθεῖσαν κωφὴν καὶ ἀναίσθητον γιγνομένην διὰ τὸν τῶν σαρκῶν ὄχλον. In quibus ne quem ὁ τῶν σαρκῶν ὄχλος turbet, Maximus Tyr. Dissert. XXI. §. 5. ἐργαζομένῳ τροφὴν τοσούτῳ ὄχλῳ σαρκῶν. ubi Marklandus comparat Philon. init. libri Ὅτι ἄτρεπτον τὸ Θεῖον p. 198. ἐν πολυσχεδεῖ καὶ πολυμόρφῳ ψυχῇ σαρκῶν ὄχλον, βαρύτατον ἄχθος, ἀνημμένῃ.

P. 76. λέμμα μεῖζον ἐχωρίζετο] Cutem factam ait esse ex tunica quasi atque cortice carnis non exsiccatae. Legen-

κῶν ὄχλον περιιδεῖν γιγνομένην. τῆς δὴ σαρκοειδοῦς φύσεως οὐ καταξηραινομένης λέμμα μεῖζον περιγιγνό- 76 μενον ἐχωρίζετο, τὸ νῦν λεγόμενον δέρμα. τοῦτο δὲ διὰ τὴν περὶ τὸν ἐγκέφαλον νοτίδα ξυνιὸν αὐτὸ πρὸς αὐτὸ καὶ βλαστάνον κύκλῳ περιημφιέννυε τὴν κεφαλήν. ἡ δὲ νοτὶς ὑπὸ τὰς ῥαφὰς ἀνιοῦσα ἦρδε καὶ συνέκλεισεν αὐτὸ ἐπὶ τὴν κορυφήν, οἷον ἅμμα ξυναγαγοῦσα. τὸ δὲ τῶν ῥαφῶν παντοδαπὸν εἶδος γέγονε διὰ τὴν τῶν περιόδων δύναμιν καὶ τῆς τροφῆς, μᾶλλον μὲν ἀλλήλοις μαχομένων ταύτων πλείους, ἧττον B δὲ ἐλάττους. τοῦτο δὴ πᾶν τὸ δέρμα κύκλῳ κατεκέντει πυρὶ τὸ θεῖον, τρηθέντος δὲ καὶ τῆς ἰκμάδος

Aristoph. Av. v. 520, Porson. ad Eurip. Med. v. 744. Elsmlei. ad eand. v. 729. De Platone v. Schneider. ad Remp. VII. p. 514. B. T. II. p. 250.

καὶ συνέκλεισεν] Sic Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Vind. Par. FSY. Ambr. s. x. Ricard. Vat. ϸgr. Florentini. Vulgo erat *συνέκλειεν*.

B. *τρηθέντος δὲ καὶ τῆς ἰκμ.*] V. *τρυθέντος*. quod praeclare emendavit Coraes ad Hippocrat. De aëre et locis T. II. p. 242, Codd. plerique omnes *τρωθέντος*,

dum enim utique *λέμμα* pro *λεῖμμα*, quoniam, quid sibi reliquiae carnis hic velint, nullo modo intelligitur. Schol. ad h. l. *λέμμα· φλοιός, λέπισμα.* Foësius Oecon. Hippocr. p. 380. „Erotiano, inquit, apud Hippocratem *λέμμα* est *ἡ ἐπιδερματὶς καλουμένη*. Significat et *λέμμα* idem quod *λέπος*, corticem, tunicam, et id quod decoriando aufertur. Libr. II. *περὶ γυναικ.* p. 267. 9. *σικύης λέμματα* cucurbitae cortices appellantur."

ὑπὸ τὰς ῥαφὰς ἀνιοῦσα] *Ῥαφή* est sutura, die Naht, i. q. *χιτών*. Sic etiam Galenus *ῥαφὴ τῆς κεφαλῆς*. Dicuntur autem deinde capitis suturae (die Kopfnäthe) variae et multiplices extitisse per periodorum et alimenti vim, siquidem istis magis inter se pugnantibus plures, minus vero, pauciores oriantur. In quibus *περίοδοι* videntur esse circuitus carnosae materiae. Sed rem ipsam medicae artis peritis explicandam relinquimus.

B. *τοῦτο δὴ πᾶν τὸ δέρμα* —] Capillorum hic explicat originem. Vult enim a deo totam capitis cutem circumcirca igne, hoc est subtilissimo eodemque acutissimo elemento, esse compunctam: perforata autem cute et humore per eam foris emanante humidum et calidum, quod fuerit purum, abiisse; quod vero mixtum ex iisdem partibus, unde cutis, fuerit, id ab agitatione foras extrusum in longitudinem fuisse extensum parem ipsi punctioni habens tenuitatem; sed propter tarditatem ab aëre extrinsecus circumfuso esse repulsum atque ita

*ἔξω δι' αὐτοῦ φερομένης τὸ μὲν ὑγρὸν καὶ θερμὸν
ὅσον εἰλικρινὲς ἀπῄειν, τὸ δὲ μικτὸν ἐξ ὧν καὶ τὸ
δέρμα ἦν, αἰρόμενον μὲν ὑπὸ τῆς φορᾶς ἔξω μακρὸν
ἐτείνετο, λεπτότητα ἴσην ἔχον τῷ κατακεντήματι, διὰ
δὲ βραδυτῆτα ἀπωθούμενον ὑπὸ τοῦ περιεστῶτος
ἔξωθεν πνεύματος πάλιν ἐντὸς ὑπὸ τὸ δέρμα εἱλλό-*
C *μενον κατεῤῥιζοῦτο, καὶ κατὰ ταῦτα δὴ τὰ πάθη
τὸ τῶν τριχῶν γένος ἐν τῷ δέρματι πέφυκε, ξυγγενὲς
μὲν ἱμαντῶδες ὂν αὐτοῦ, σκληρότερον δὲ καὶ πυκνώ-
τερον τῇ πιλήσει τῆς ψύξεως, ἣν ἀποχωριζομένη
δέρματος ἑκάστη θρὶξ ψυχθεῖσα ξυνεπιλήθη. τούτῳ
δὴ λασίαν ἡμῶν ἀπειργάσατο τὴν κεφαλὴν ὁ ποιῶν,
χρώμενος μὲν αἰτίοις τοῖς εἰρημένοις, διανοούμενος δὲ
ἀντὶ σαρκὸς αὐτὸ δεῖν εἶναι στέγασμα τῆς περὶ τὸν*
D *ἐγκέφαλον ἕνεκα ἀσφαλείας κοῦφον καὶ θέρους χειμῶ-
νός τε ἱκανὸν σκιὰν καὶ σκέπην παρέχειν, εὐαισθησίας*

ὑπὸ τοῦ περιεστῶτος] Par. A. *ἀπό.*

δέρμα εἱλλόμενον] *εἱλόμενον* Flor. b. β. n. Par. F. *εἱλούμενον* Par. S. Ambr. s. Ricard. Vat. or. *εἰλλόμενον* Vind. Vat. Θ. corr. *ἠλλόμενον* Flor. x. Proclus ad Tim. p. 281. sequitur scripturam *ἰλλόμενον.* Galenus ad Hippocr. T. V. p. 423. praefert *εἱλούμενον.* conf. Ruhnk. ad Tim. Lex. p. 94.

C. *τὸ τῶν τριχῶν γένος*] Par. A. Vat. Θ. Vind. Ambr. x. Ricard. Vat. eb. Flor. a. c. x. *τὸ τριχῶν γένος.* Vett. editt.

quasi eo adactum, ut intus sub cute constrictum radicibus figeretur. — *τὸ θεῖον*, i. e. *οἱ θεοί*, naturae nostrae opifices. — Pro *ῥυθέντες* egregie Coraës ad Hippocrat. De aëre et locis II. p. 242. correxit *τρηθέντος*, quod etsi non confirmatur codicum auctoritate, tamen tam certum est quam quod certissimum. — *μακρὸν ἐτείνετο*, h. e. *ὥστε μακρὸν γενέσθαι.* v. ad p. 72. D. Protagor. p. 336. C. *μακρὸν λόγον ἀποτείνων.* Ibid. p. 361. A. Gorg. p. 465. E. ubi v. ann. — De *εἱλούμενον* vide Rühnken. ad Tim. Gloss. p. 94 sq. et quae supra ad p. 40. B. disputavimus. Mox *τῇ πιλήσει τῆς ψύξεως* est: per densitatem aëris extrinsecus circumfusi refrigeratione effectam.

D. *Τὸ δὲ ἐν τῇ περὶ τοὺς δακτύλους*] Digitos sapienter vestitos esse ait tegumento ex osse, cute et nervis conflato. Haec quasi fuisse eius *ξυναίτια*, h. e. elementa; sed mentem tanquam supremam causam (*αἰτιωτάτην*) rem ita instituisse propter futura tempora. Prae-

δὲ οὐδὲν διακώλυμα ἐμποδὼν γενησόμενον. Τὸ δὲ ἐν τῇ περὶ τοὺς δακτύλους καταπλοκῇ τοῦ νεύρου καὶ τοῦ δέρματος ὀστοῦ τε, ξυμμιχθὲν ἐκ τριῶν, ἀποξηρανθὲν ἓν κοινὸν ξυμπάντων σκληρὸν γέγονε δέρμα, τοῖς μὲν ξυναιτίοις τούτοις δημιουργηθέν, τῇ δ' αἰτιωτάτῃ διανοίᾳ τῶν ἔπειτα ἐσομένων ἕνεκα εἰργασμένον· ὡς γάρ ποτε ἐξ ἀνδρῶν γυναῖκες καὶ τἆλλα θηρία γενήσοιντο, ἠπίσταντο οἱ ξυνιστάντες ἡμᾶς, E
καὶ δὴ καὶ τῆς τῶν ὀνύχων χρείας ὅτι πολλὰ τῶν θρεμμάτων καὶ ἐπὶ πολλὰ δεήσοιτο ᾔδεσαν, ὅθεν ἐν ἀνθρώποις εὐθὺς γιγνομένοις ὑπετυπώσαντο τὴν τῶν ὀνύχων γένεσιν. τούτῳ δὴ τῷ λόγῳ καὶ ταῖς προφάσεσι ταύταις δέρμα, τρίχας ὄνυχάς τε ἐπ' ἄκροις τοῖς κώλοις ἔφυσαν.

Ἐπειδὴ δὲ πάντ' ἦν τὰ τοῦ θνητοῦ ζώου ξυμπεφυκότα μέρη καὶ μέλη, τὴν δὲ ζωὴν ἐν πυρὶ καὶ πνεύ- 77

τῶν τριχῶν τὸ γένος. Ven. Σ. Flor. n. Par. F. Vat. o. τὸ τῶν τριχῶν γένος. quod recepimus.

E. θηρίᾳ γενήσοιντο] Sic Par. AFSY. Vind. Mon. Ambr. s. x. Ricard. Vat. cor. Florentini. Vulgo γενήσοιτο scribebatur.

ἐπὶ πολλὰ δεήσοιτο] V. δεήσοιντο. Singularem tuentur Vat. Θ. Vind. Par. FSY. Ambr. s. x. Ricard. Vat. cor. Florentini.

Ἐπειδὴ δὲ πάντ' ἦν] V. Ἐπεί. Secuti sumus Par. A.

vidisse enim deos, aliquando e viris mulieres ac cetera animalia omnia extitura esse, atque multis animantibus usum unguium ad multas res fore necessarium. — De mulieribus et ceteris animantibus ex virorum natura ortis infra extremo fere sermone disputabitur.

E. Ἐπειδὴ δὲ πάντ' ἦν —] Disputantur nunc quaedam de plantis et arboribus usque ad p. 77. C. Quem locum item inter Eclogas Phys. retulit Stobaeus p. 752. ed. Heer. respexerunt Galenus V. f. 144. Plotinus Enn. VI. libri VII. p. 1287. Proclus in Theol. Plat. III. 1. alii. Putantur autem plantae creatae esse, ne genus humanum igne et aëre exhaustum tandem interiret.

μέρη καὶ μέλη] De horum verborum coniunctione v. ad Phaedr. p. 238. A. Ion. p. 14. E. coll. Boissonad. ad Aristaenet. p. 212 sq. et Lobeck. Paralipom. I. p. 58. De ἔφθιτε, h. e. certo periturum erat, conf. ann. ad Symp. p. 190. C.

ματι ξυνέβαινεν ἐξ ἀνάγκης ἔχειν αὐτῷ, καὶ διὰ ταῦτα ὑπὸ τούτων τηκόμενον κενούμενόν τ' ἔφθινε, βοήθειαν αὐτῷ θεοὶ μηχανῶνται. τῆς γὰρ ἀνθρωπίνης ξυγγενῆ φύσεως φύσιν ἄλλαις ἰδέαις καὶ αἰσθήσεσι κεραννύντες, ὥςθ' ἕτερον ζῶον εἶναι, φυτεύουσιν· ἃ δὴ νῦν ἥμερα δένδρα καὶ φυτὰ καὶ σπέρματα παιδευθέντα ὑπὸ γεωργίας τιθασῶς πρὸς ἡμᾶς ἔσχε, πρὶν δ' ἦν μόνα τὰ τῶν ἀγρίων γένη, πρεσβύτερα τῶν
B ἡμέρων ὄντα. πᾶν γὰρ οὖν, ὅ τι περ ἂν μετάσχῃ

P. 77. ἔχειν αὐτῷ] Sic Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. o. Vat. or. Flor. b. Vulgo scribebatur αὐτό.

ἃ δὴ νῦν ἥμερα] δὴ ex Par. AFSY. Vat. Θ. Mon. Ambr. o. x. Ricard. Vat. εor. Flor. b. β. n. x. additum.

παιδευθέντα ὑπὸ γεωργίας] V. φυτευθέντα. Receptam lectionem praebuerunt Par. A. Tub. et Flor. x.

P. 77. ὥςθ' ἕτερον ζῶον εἶναι] Nobilissimum hoc est Platonis et Platonicorum decretum, plantas esse animales atque vivas, de quo disputant Cudworth. System. Intellect. p. 171 sq. ed. Mosheim. et Creuzer. ad Plotin. T. III. p. 383. Tetigit etiam Plutarchus. De placit. philosophor. V. 26, 10. Cicero Tuscul. I. 24. tam naturae putarem hominis vitam sustentari, quam vitis aut arboris: haec enim etiam dicimus vivere. Hinc in Philebo p. 22. B. vindicanda vulgaris lectio: βίος πᾶσι φυτοῖς καὶ ζώοις αἱρετός. ubi φυτοῖς offensioni fuit. Iam vero intelligitur, cur dii dicantur φύσιν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως συγγενῆ κεραννύναι ἄλλαις ἰδέαις καὶ αἰσθήσεσι, h. e. aliis formis ac sensibus temperavisse, in quibus verbis Lindavius frustra σὺν ante ἄλλαις desideravit.

παιδευθέντα ὑπὸ γεωργίας] Prorsus accommodate ad ipsam rem τὰ ἥμερα φυτὰ vocantur παιδευθέντα ὑπὸ γεωργίας, quam elegantiam inscitorum criticorum natio non sentiens turpiter depravavit scribendo φυτευθέντα. Enimvero quemadmodum alibi imagines ab agricultura petitae ad educationem iuventutis transferuntur, ita hoc loco vicissim accommodantur ad arbores et plantas, quae proprie dicuntur de puerorum educatione. v. Legg. VI. p. 765. B. Euthyphr. p. 2. D. Theag. p. 121. A. B.

B. τοῦ τρίτου ψυχῆς εἴδους] h. e. τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, ut quod indiget esculentis atque potulentis. v. p. 72. E sq. De re ipsa contulisse iuvabit, quae scripsit Linnaeus Syst. Nat. p. 4. ed. 13. „Lapides, corpora congesta, nec viva nec sentientia. Vegetabilia, corpora organisata, et viva, non sentientia. Animalia, corpora organisata, et viva et sentientia, sponteque se moventia." Fuerunt tamen etiam inter recentiores, qui vegetabilibus animam sensumque attribuerent. Quos nominare nunc non attinet. Deinde cur scriptum sit τὸ μηδέν neque οὐδέν, si

τοῦ ζῆν, ζῶον μὲν ἂν ἐν δίκῃ λέγοιτο ὀρθότατα· μετέχει γε μὴν τοῦτο, ὃ νῦν λέγομεν, τοῦ τρίτου ψυχῆς εἴδους, ὃ μεταξὺ φρενῶν ὀμφαλοῦ τε ἱδρῦσθαι λόγος, ᾧ δόξης μὲν λογισμοῦ τε καὶ νοῦ μέτεστι τὸ μηδέν, αἰσθήσεως δὲ ἡδείας καὶ ἀλγεινῆς μετὰ ἐπιθυμιῶν. πάσχον γὰρ διατελεῖ πάντα, στραφέντι δ' αὐτῷ ἐν ἑαυτῷ περὶ ἑαυτό, τὴν μὲν ἔξωθεν ἀπωσαμένῳ κίνησιν, τῇ δ' οἰκείᾳ χρησαμένῳ, τῶν αὐτοῦ C
τι λογίσασθαι κατιδόντι φύσιν οὐ παραδέδωκεν ἡ γέ-

B. πᾶν γὰρ οὖν] οὖν, vulgo omissum, codd. mss. plerique omnes servarunt.

στραφέντι δ' αὐτῷ ἐν ἑαυτῷ] Istud ἐν ἑαυτῷ, quod in vett. editt. desideratur, plurimi optimique libri mss. verum esse et a scriptoris manu profectum certissime testantur.

quis ambigat, is edocebitur a Rostio Gr. Gr. §. 135. D. p. 717. edit. v.

στραφέντι δ' αὐτῷ ἐν ἑαυτῷ —] Vim plantarum organicam, opinor, significat, qua fit, ut quasi in se ipsis atque circa se vertantur, crescentes videlicet sic, ut libere ad eam, quae ipsis proposita est, perfectionem virtutemque naturae suae evolvantur, nec tamen loco suo moveantur. Nam στρέφεσθαι ἐν ἑαυτῷ idem est quod κινεῖσθαι ἐν ἑαυτῷ. Theaet. p. 181. C. καί μοι λέγε, ἆρα κινεῖσθαι καλεῖς, ὅταν τι χώραν ἐκ χώρας μεταβάλλῃ ἢ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ στρέφηται; Θ. Ἔγωγε. Σ. τοῦτο μὲν τοίνυν ἓν ἔστω εἶδος. ὅταν δὲ ᾖ μὲν ἐν τῷ αὐτῷ, γηράσκῃ δέ, ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γίγνηται, ἤ τινα ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιῶται, ἆρα οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως; Θ. Ἔμοιγε δοκεῖ. Σ. Ἀναγκαῖον μὲν οὖν. δύο δὴ λέγω τούτω εἴδη κινήσεως, ἀλλοίωσιν, τὴν δὲ περιφοράν. conf. Parmenid. p. 138. B. C. Vides igitur τὸ ἐν ἑαυτῷ στρέφεσθαι etiam τὴν ἀλλοίωσιν mutationemque naturae rei cuiuspiam significare. Quod ipsum in hunc locum egregie convenit. Iam vero plantae etiam τὴν ἔξωθεν κίνησιν a se arcere ac propria motione uti dicuntur. Quod sic accipiendum videtur, ut eas meminerimus suapte vi excrescere neque per vim externam componi, quam physici nunc appellant iuxta vel extus adpositionem. Quae si vere recteque explicavimus, nec proximorum verborum sententia cuiquam obscura erit. Dicitur enim plantis ob eam ipsam causam, quod et suapte vi excrescunt nec originem suam aut naturam circumiectis rebus naturalibus ullo modo debent neque loco moventur suo, a natura genetrice negata esse facultas τῶν αὐτῶν τι λογίσασθαι ἢ κατιδεῖν φύσιν (αὐτῶν). In quibus τὰ ἑαυτοῦ sunt quae ad ipsam pertinent, h. e. propria ipsius condicio. Itaque Plato vegetabilibus animam sensumque iucundi atque iniucundi concessit, mentem rationemque eripuit.

νεσις. διὸ δὴ ζῇ μὲν ἔστι τε οὐχ ἕτερον ζώου, μόνιμον δὲ καὶ κατεῤῥιζωμένον πέπηγε διὰ τὸ τῆς ὑφ' ἑαυτοῦ κινήσεως ἐστερῆσθαι.

Ταῦτα δὴ τὰ γένη πάντα φυτεύσαντες οἱ κρείττους τοῖς ἥττοσιν ἡμῖν τροφήν, τὸ σῶμα αὐτὸ ἡμῶν διωχέτευσαν τέμνοντες οἷον ἐν κήποις ὀχετούς, ἵν' ὥςπερ ἐκ νάματος ἐπιόντος ἄρδοιτο. καὶ πρῶτον μὲν
D ὀχετοὺς κρυφαίους ὑπὸ τὴν ξύμφυσιν τοῦ δέρματος καὶ τῆς σαρκὸς δύο φλέβας ἔτεμον νωτιαίας, δίδυμον ὡς τὸ σῶμα ἐτύγχανε δεξιοῖς τε καὶ ἀριστεροῖς ὄν. ταύτας δὲ καθῆκαν παρὰ τὴν ῥάχιν, καὶ τὸν γόνιμον μεταξὺ λαβόντες μυελόν, ἵνα οὗτός τε ὅ τι μάλιστα θάλλοι, καὶ ἐπὶ τἆλλα εὔρους ἐντεῦθεν ἅτ' ἐπὶ κάταντες ἡ ἐπίχυσις γιγνομένη παρέχοι τὴν ὑδρείαν

C. ἔστι τε οὐχ ἕτερον ζώου] V. δέ, quod correctum ex Par. AFSY. Vat. Θ. Ambr. s. Vat. r. Flor. β. n.
καὶ κατεῤῥιζωμένον] καὶ additum ex Par. AF. Vat. o. Flor. x. et rec. Vat. Θ.
Ταῦτα δὴ τὰ γένη πάντα] Addidimus πάντα ex Par. AFSY. Vat. Θ. Ambr. s. Ricard. Vat. or. Flor. b. β. n. x.
τὸ σῶμα αὐτὸ ἡμῶν δ.] V. τῷ σώματι ἡμῶν. Receptam

C. ἡμῖν τροφήν] h. e. ὡς τροφήν.

ἵν' ὥςπερ ἐκ νάμ. ἐπ. ἄρδοιτο] ut tanquam rivo affluente irrigaretur. Hanc quoque imaginem Longinus inter insignia exempla metaphoricae dictionis retulit XXXII. §. 5. τῆς δὲ τροφῆς ἕνεκα, φησὶ, διωχέτευσαν τὸ σῶμα, τέμνοντες ὥςπερ ἐν κήποις ὀχετούς, ὡς ἔκ τινος νάματος ἐπιόντος, ἀραιοῦ ὄντος αὐλῶνος τοῦ σώματος, τὰ τῶν φλεβῶν ῥέοι νάματα· ἡνίκα δὲ ἡ τελευτὴ παραστῇ, λύεσθαι φησὶ τὰ τῆς ψυχῆς οἱονεὶ νεὼς πείσματα, μεταθεῖσθαί τε αὐτὴν ἐλευθέραν.

καὶ πρῶτον μὲν ὀχετοὺς κρυφαίους —] Haec paullulum immutata refert Timaeus Locrus, qui fertur, p. 101. C. τρέφεσθαι δὲ τὸ σκᾶνος τῶν ἐναερίων ζώων καὶ συνέχεσθαι τὰς μὲν τροφὰς διαδεχομένας διὰ τῶν φλεβῶν εἰς ὅλον τὸν ὄγκον κατ' ἐπίῤῥοιαν, οἷον δι' ὀχετῶν ἀγομένας, καὶ ἀρδομένας ὑπὸ τῶ πνεύματος, ὃ διαχεῖ αὐτὰν ἐπὶ πέρατα φέρον.

D. δίδυμον ὡς τὸ σῶμα ἐτύγχανε δεξιοῖς —] sicuti corpus erat geminum dextris ac sinistris partibus. — καθῆκεν, demisit; nam fontem venarum antea p. 70. B. in corde quaerendum esse statuit, ubi haec leguntur: τὴν δὲ δὴ καρδίαν ἅμα τῶν φλεβῶν καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου κατὰ πάντα τὰ μέλη σφοδρῶς αἵματος εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν κατέστησεν.

ὁμαλήν. μετὰ δὲ ταῦτα σχίσαντες περὶ τὴν κεφαλὴν
τὰς φλέβας καὶ δι' ἀλλήλων ἐναντίας πλέξαντες διεῖ- E
σαν, τὰς μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ τοῦ σώ-
ματος, τὰς δ' ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ κλί-
ναντες, ὅπως δεσμὸς ἅμα τῇ κεφαλῇ πρὸς τὸ σῶμα
εἴη μετὰ τοῦ δέρματος, ἐπειδὴ νεύροις οὐκ ἦν κύκλῳ
κατὰ κορυφὴν περιειλημμένη, καὶ δὴ καὶ τὸ τῶν αἰ-
σθήσεων πάθος ἵν' ἀφ' ἑκατέρων τῶν μερῶν εἰς
ἅπαν τὸ σῶμα εἴη διαδιδόμενον. τὸ δ' ἐντεῦθεν ἤδη
τὴν ὑδραγωγίαν παρεσκεύασαν τρόπῳ τινὶ τοιῷδε, ὃν
κατοψόμεθα ῥᾷον προδιομολογησάμενοι τὸ τοιόνδε, 78
ὅτι πάντα, ὅσα ἐξ ἐλαττόνων ξυνίσταται, στέγει τὰ
μείζω, τὰ δ' ἐκ μειζόνων τὰ σμικρότερα οὐ δύναται,
πῦρ δὲ πάντων γενῶν σμικρομερέστατον, ὅθεν δι'

lectionem habent Par. A F S Y. Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Mon. Ambr. s. x. Ricard. Vat. c o. Tub. et Florentini omnes.

E. *κατὰ κορυφὴν περιειλημμένη*] Sic Par. A F. Mon. Tub. Flor. x. et corr. Flor. β. Vulgo *διειλημμένη*. Dein *καὶ* post *δὴ* additum ex Par. A S. Mon. Vat. o. Flor. β. x. Tum *εἴη* pro *ᾖ* dedimus cum Par. A S Y. Vind. Mon. Ambr. s. Ricard. Vat. o r. Flor. b. β. c. n. x.

ἵνα οὗτός τε ὅ τι μάλιστα —] Causam rei cognosces e p. 73. D.

μετὰ δὲ ταῦτα σχίσαντες —] deinde venas circa caput diffissas et inter se ex adverso implexas transmiserunt, alias a dextris ad sinistras corporis partes, alias a sinistris ad dextras, ut simul, una cum cute capiti cum corpore reliquo connexionem praeberent, quandoquidem illud nervis non erat circumcirca in vertice cinctum, et vero etiam sensuum affectionem ab utrisque partibus per universum corpus propagarent. Pro *εἴη μετὰ τοῦ δέρματος* expectabas numerum verbi pluralem, quoniam *αἱ φλέβες* subiecti partes agunt. Sed verbum praedicato *δεσμός* accommodatum est, de qua constructione v. ad Menon. p. 79. E. et 91. C. coll. Matthiae Gr. §. 305. De nervis verticem non cingentibus v. p. 75. C. D.

P. 78. *ὅτι πάντα, ὅσα ἐξ ἐλαττόνων* —] Sumit igitur atque ponit, quae elementa habeant tenuiora ac subtiliora, ea retinere crassiorum elementorum materiam; quae autem ex crassioribus partibus constent, non posse continere vim tenuiorum elementorum. Ex quo decreto deinde concoctionis et respirationis rationem illustrat.

ὕδατος καὶ γῆς ἀέρος τε καὶ ὅσα ἐκ τούτων ξυνίσταται διαχωρεῖ καὶ στέγειν οὐδὲν αὐτὸ δύναται. ταὐτὸν δὴ καὶ περὶ τῆς παρ' ἡμῖν κοιλίας διανοητέον, ὅτι σιτία μὲν καὶ ποτὰ ὅταν εἰς αὐτὴν ἐμπέσῃ στέγει,
B πνεῦμα δὲ καὶ πῦρ σμικρομερέστερα ὄντα τῆς αὐτῆς ξυστάσεως οὐ δύναται. τούτοις οὖν κατεχρήσατο ὁ θεὸς εἰς τὴν ἐκ τῆς κοιλίας ἐπὶ τὰς φλέβας ὑδρείαν, πλέγμα ἐξ ἀέρος καὶ πυρὸς οἷον οἱ κύρτοι ξυνυφηνάμενος, διπλᾶ κατὰ τὴν εἴσοδον ἐγκύρτια ἔχον, ὧν

P. 78. B. οἷον οἱ κύρτοι] Sic Par. A (teste Bastio) et S. Ven. ΞΣ. Vind. Mon. Ambr. s. x. Ricard. Vat. c o r. Tub. et Florentini. Legebatur vulgo οἷοι κύρτοι. Dein ἔχον, pro vulg. ἔχοντος servarunt Mon. Vat. o. Tum ante πάλιν accessit αὖ ex Par. A.

τοῦ πλοκάνου] πλοχάνου pr. Par. A. πλοκάμου Flor. x. et

B. σμικρομερέστερα ὄντα τῆς αὐτῆς σ.] h. e. quam ipsius alvi coagmentatio.

πλέγμα ἐξ ἀέρος καὶ πυρὸς οἷον οἱ κύρτοι] Alvus quoniam e crassioribus maioribusque composita partibus est ac propter id ipsum non potest continere vim ignis atque aëris tenuissimam; deus aliud intestinum ex aëre et igne contexuit, quod idoneum esset ad vim horum elementorum in corpore humano retinendam atque servandam. Quod quidem proximis verbis ita describitur, ut nassae alicui bina ἐπικύρτια habenti comparetur. — κύρτοι est nassa, h. e. fiscella viminea, cuius collum est angustius (Fischreuse). v. Sophist. p. 220. C. Describunt eam Oppian. Halieut. III. v. 341 sqq. Silius Ital. Pun. V. 47 sq. Plin. H. Nat. IX. 30. sect. 48. et c. 37. sect. 61. conf. Ruhnken. ad Tim. p. 170.

διπλᾶ κατὰ τὴν εἴσοδον ἐγκύρτια ἔχον κ. τ. λ.] Ἐγκύρτια Suidas scribit esse τὰ ἐν τοῖς κύρτοις ἐνυφάσματα, Platonem autem in Timaeo hoc vocabulo usum esse ἐπὶ τῆς φάρυγγος sive de faucibus. Quod quidem cavendum est ne tanquam temerarium grammaticorum commentum protenus reiiciamus. Nam πλέγμα istud igneum et aërium Platonis cum ἐπικυρτίοις nihil est aliud nisi pulmones cum oesophago et arteria aspera s. trachea. Quod tenentibus nobis locus primo adspectu perquam obscurus non ita multum molestiae creabit. Enimvero hae corporis nostri partes quoniam arctissime inter se cohaerent et ex parte quidem paene in unum coaluerunt, sane tanquam totum quoddam commodissime commemorari potuerunt. Iam vero πλέγμα illud nassae referens speciem in introitu dicitur habere διπλᾶ ἐγκύρτια, quorum alterum rursus sit δίκρουν s. δίκρανον. Intelligit Timaeus, ut dixi, oesophagum et arteriam asperam (die Luftröhre). Posterior vero dicitur δίκρανος. Nam descendens ea ad pulmones in duos ramos maiores sive bronchos diffinditur. Inde ab his ἐγκυρτίοις autem porriguntur, ut ait

θάτερον αὖ πάλιν διέπλεξε δίκρουν· καὶ ἀπὸ τῶν ἐγκυρτίων δὴ διετείνατο οἷον σχοίνους κύκλῳ διὰ παντὸς πρὸς τὰ ἔσχατα τοῦ πλέγματος. τὰ μὲν οὖν ἔνδον ἐκ πυρὸς συνεστήσατο τοῦ πλοκάνου ἅπαντα, C τὰ δ' ἐγκύρτια καὶ τὸ κύτος ἀεροειδῆ. καὶ λαβὼν αὐτὸ περιέστησε τῷ πλασθέντι ζώῳ τρόπον τοιόνδε. τὸ μὲν τῶν ἐγκυρτίων εἰς τὸ στόμα μεθῆκε· διπλοῦ δὲ ὄντος αὐτοῦ κατὰ μὲν τὰς ἀρτηρίας εἰς τὸν πλεύμονα καθῆκε θάτερον, τὸ δ' εἰς τὴν κοιλίαν παρὰ

Vat. e.

C. αὐτὸ περιέστησε τῷ πλ. ζ.] αὐτὸ Par. AFSY. Vat. Θ. Ambr. s. Flor. b. β. x. Legebatur vulgo αὐτά. Ante τῷ nunc cum Bekkero auctoritate Par. A. (de quo Bastius silet) omisimus ἐν vulgo additum. Deinde τρόπον τοιόνδε Par. AFSY. Vat. Θ. alii multi pro vulg. τρόπῳ τοιῷδε.

Timaeus, circumcirca per totum quasi funiculi quidam usque ad extremitates τοῦ πλέγματος. Etenim bini illi bronchi arteriae asperae in innumerabiles ramusculos quasi divisi denique cum pulmonibus iunguntur, ita ut per omnes dein cellulas sive vesiculas pulmonales aërem diffundant. Hactenus igitur clara sunt omnia, videmusque Suidam de usu voc. ἐγκύρτια non absurda retulisse, ut quod quasi canales cum pharynge iunctos significet ad τὸν κύρτον ipsum ducentes. Iam τὰ ἔνδον τοῦ πλοκάνου dubitari non potest quin interiores partes pulmonum intelligantur; opponuntur enim τὰ ἐγκύρτια καὶ τὸ κύτος, hoc est fauces, arteria aspera et totius huius intestini complexus externus. Et illa quidem ignea, haec autem aëria esse statuit, hoc est utraque ex aëriis atque igneis elementis conflata, quo videlicet ipsam ignis et aëris vim capere queant. Quod cur ita iudicaverit Plato, postea apparebit, ubi quum de aliis rebus tum de respiratione disputabitur. Nunc hoc tantum monemus, exteriores pulmonum partes interioribus multo minus habere irritabilitatis, unde illae aëriae, hae autem igneae esse iudicantur.

καὶ λαβὼν αὐτὸ —] Pronomen αὐτὸ referas ad totum illud πλέγμα ex aëre et igne factum. Hoc igitur deus dicitur περιστῆσαι τῷ πλασθέντι ζώῳ, i. e. corpori animali, quod formavisset. Dein τὸ τῶν ἐγκυρτίων per periphrasin dictum pro τὰ ἐγκύρτια, quod diligenter tenendum, ne alterum tantummodo τῶν ἐγκυρτίων intelligi opineris. Haec igitur ἐπικύρτια deus εἰς τὸ στόμα μεθῆκεν, videlicet per pharyngem sive gulam.

κατὰ μὲν τὰς ἀρτηρίας εἰς τὸν πλ.] alterum per arterias in pulmonem demisit, hoc est per arteriam asperam et venas pulmonum; alterum autem in alvum iuxta arterias, h. e. per oesophagum, quae est via, per quam cibus et potus in ventriculum feruntur. Intelliguntur rursus arteriae pulmonales, quas unas Plato eo nomine insignire

τὰς ἀρτηρίας· τὸ δ' ἕτερον σχίσας τὸ μέρος ἑκάτερον κατὰ τοὺς ὀχετοὺς τῆς ῥινὸς ἀφῆκε κοινόν, ὥςθ' ὅτε μὴ κατὰ στόμα ἴοι θάτερον, ἐκ τούτου πάντα
D καὶ τὰ ἐκείνου ῥεύματα ἀναπληροῦσθαι. τὸ δ' ἄλλο κύτος τοῦ κύρτου περὶ τὸ σῶμα ὅσον κοῖλον ἡμῶν περιέφυσε, καὶ πᾶν δὴ τοῦτο τοτὲ μὲν εἰς τὰ ἐγκύρτια ξυῤῥεῖν μαλακῶς, ἅτε ἀέρα ὄντα, ἐποίησε, τοτὲ

D. ἕωςπερ ἂν τὸ θνητὸν ξυνεστήκῃ ζ.] V. ὥςπερ, invitis codd. omnibus. Dein vett. editt. ξυνεστήκῃ τὸ θνητόν, consolet. Galen. De placit. Hippocrat. et Platon. VI. p. 573. Πλάτων τὰς ἀρτηρίας (eas quae vulgo dicuntur arteriae) ὀνομάζει φλέβας· ἐπειδὴ γὰρ οὐδέπω τὸ σφύζου ἀγγεῖον, ὥςπερ νῦν, ἀρτηρία προςηγόρευται, μόνας δὲ τὰς κατὰ τὸν πνεύμονα τὰς ὑπὸ τῶν νεωτέρων τραχείας ὀνομασθείσας. conf. etiam Io. Gottl. Schneider in Lexico Graec. v. Ἀρτηρία. et quae ad p. 70. D. annotavimus. Aristot. De partibus anim. III. 3. extr. qui locus longior est, quam ut transscribi posse videatur.

τὸ δὲ ἕτερον σχίσας τὸ μέρος ἑκάτερον —] quum vero (deus) alterum diffidisset, tum utramque partem communiter per nasi canales emisit, ut, si quando altera pars (arteria aspera, qua aër hauritur,) non per os iret, per illam omnes etiam illius fluxiones replerentur. Quae verba explicatione haudquaquam indigent. Nam quod Lindavius corrigendum putat τὸ μέρος ἕτερον, id profecto neminem morabitur, praesertim quum iste totum hunc locum minime intellexerit. Neque temere cum eodem haerebis in ἀφῆκε κοινόν. Verum talia opinionum commenta commemorare non attinet, nedum refutare.

D. τὸ δ' ἄλλο κύτος τοῦ κύρτου —] Intelligitur ambitus sive complexus exterior pulmonum cum velamentis. Posteaquam enim τὰ ἐπικύρτια descripsit, nunc ad ipsos accedit pulmones. Receptaculum igitur pulmonum deus περιέφυσε περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν, ὅσον κοῖλον sc. ἐστίν, h. e. circa partes corporis concavas. Finxit autem illud sic, ut modo molliter versus τὰ ἐπικύρτια conflueret; erant enim τὰ ἐπικύρτια καὶ τὸ κύτος ἀεροειδῆ, unde similia ad similia sponte feruntur; modo τὰ ἐπικύρτια refluerent, quippe quae et ipsa vicissim ad cognatum contendunt; ipsum πλέγμα autem (h. e. pulmones) quippe corpore raro neque denso, per illud irreperet rursusque egrederetur, et radii ignis interiores colligati sequerentur in utramque partem aërem progredientem. Itaque respirationis causam ex motu pulmonum et arteriarum repetit. Digna est quae hic commemoretur Empedoclis de respiratione sententia apud Aristotel. De respir. c. 5. Is enim vasa quaedam minutiora statuit, quorum angu-

δὲ ἀναῤῥεῖν μὲν τὰ ἐγκύρτια, τὸ δὲ πλέγμα, ὡς ὄντος τοῦ σώματος μανοῦ, δύεσθαι εἴσω δι᾽ αὐτοῦ καὶ πάλιν ἔξω, τὰς δ᾽ ἐντὸς τοῦ πυρὸς ἀκτῖνας διαδεδεμένας ἀκολουθεῖν ἐφ᾽ ἑκάτερα ἰόντος τοῦ ἀέρος, καὶ τοῦτο, ἕωςπερ ἂν τὸ θνητὸν ξυνεστήκῃ ζῶον, μὴ E *διαπαύεσθαι γιγνόμενον. τούτῳ δὲ δὴ τῷ γένει τὸν τὰς ἐπωνυμίας θέμενον ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν λέγομέν θέσθαι τοὔνομα. πᾶν δὲ δὴ τό τ᾽ ἔργον καὶ τὸ*

tra auctoritatem optimorum plurimorumque librorum.

stiae non sanguinem, sed aërem capere possint. A quibus aërem suscipi arbitratur, dum in vicinis partibus sanguis sursum feratur, et rursus expelli, sanguine illo deorsum moto: itaque sanguinis fluxum et refluxum alternis pulmonum contractionibus respondere voluit. conf. Plutarch. De placit. philosoph. IV. 22. et V. 15. Sed haec in transcursu. Redimus ad Platonem. Is igitur *τὰ ἐπικύρτια* et *τὸ κύτος τοῦ κύρτου* thoraci inditum quoniam utraque ex eodem elemento, hoc est ex aëre, composita sint, mutuo ad se invicem attrahi arbitratur, nobilissimum haud dubie sequutus decretum suum, quo similia ad similia niti et contendere statuebat, atque inde explicat causam et originem respirationis. Iam vero quum exterior complexus pulmonum, sive retis, quod finxit, cum trachea et oesophago ista continea tur necessitudine, interiores quoque retis partes aliquo modo afficiantur necesse est. Itaque *τὸ πλέγμα δύεται εἴσω δι᾽ αὐτοῦ καὶ πάλιν ἔξω*, nimirum *διὰ τοῦ κύτους*, hoc est motum partium exteriorum tegumentorum sequitur ac modo per illas serpit modo ab iis recedit: quod fieri ita potest *ὡς ὄντος τοῦ σώματος μανοῦ*, quod corpus raritates habet neque densum est, hoc est, quod totus iste *κύρτος* una cum *τῷ κύτει* est *μανός*. Nam de universo corpore haud sane cogitari licet. Habet autem *τὸ πλέγμα* intus inclusum ignem, quem, quoniam ipsum est ex igneis compositum elementis, continere potest. Infra p. 79. D. *πᾶν ζῶον αὐτοῦ πάντως περὶ τὸ αἷμα καὶ τὰς φλέβας* (interiores partes, quae sunt circa sanguinem et venas) *θερμότατα ἔχει, οἷον ἐν αὐτῷ πηγήν τινα ἐνοῦσαν πυρός· ὃ δὴ καὶ προςεικάζομεν τῷ τοῦ κύρτου πλέγματι, κατὰ μέσον διατεταμένον ἐκ πυρὸς πεπλέχθαι πᾶν, τὰ δὲ ἄλλα, ὅσα ἔξωθεν, ἀέρος*. Hunc igitur ignem ubi exterioribus partibus vel receptaculis motis ipsum *πλέγμα* movetur, consequi prorsus necesse est aëre in alterutram partem eunte. Ex quo ignei caloris per totum corpus diffusionem effici existimat, ad ciborum concoctionem penitus necessariam. En habes loci, quantum sciamus, usque ad hunc diem nondum intellecti interpretationem, quae ex ipsis Platonis verbis petita est atque etiam ipsi rei, si quid indicare possum, prorsus est consentanea. Adversus Platonis sententiam disputat Aristot. De part. an. III. 6.

πάθος τοῦθ' ἡμῶν τῷ σώματι γέγονεν ἀρδομένῳ καὶ ἀναψυχομένῳ τρέφεσθαι καὶ ζῆν· ὁπόταν γὰρ εἴσω καὶ ἔξω τῆς ἀναπνοῆς ἰούσης τὸ πῦρ ἐντὸς ξυνημμένον ἕπηται, διαιωρούμενον δὲ ἀεὶ διὰ τῆς κοιλίας
79 *εἰςελθὸν τὰ σιτία καὶ ποτὰ λάβῃ, τήκει δή, καὶ κατὰ σμικρὰ διαιροῦν, διὰ τῶν ἐξόδων ᾗπερ πορεύεται διάγον, οἷον ἐκ κρήνης ἐπ' ὀχετοὺς ἐπὶ τὰ φλέβας ἀντλοῦν αὐτά, ῥεῖν ὥςπερ δι' αὐλῶνος τοῦ σώματος τὰ τῶν φλεβῶν ποιεῖ ῥεύματα.*

Πάλιν δὲ τὸ τῆς ἀνάπνοῆς ἴδωμεν πάθος, αἷς χρώμενον αἰτίαις τοιοῦτον γέγονεν οἷόνπερ τὰ νῦν ἐστίν. ὧδ' οὖν. ἐπειδὴ κενὸν οὐδέν ἐστιν, εἰς ὃ τῶν
B *φερομένων δύναιτ' ἂν εἰςελθεῖν τι, τὸ δὲ πνεῦμα φέρεται παρ' ἡμῶν ἔξω, τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη παντὶ δῆλον ὡς οὐκ εἰς κενόν, ἀλλὰ τὸ πλησίον ἐκ τῆς*

E. *εἴσω καὶ ἔξω*] *εἴσω* Par. AFSY. Vat. Θ. Vind. Ambr. s. Vat. or. Flor. β. b. n. Vett. editt. *ἔσω*, quod tenuit Bekkerus. Forma *ἔσω* abstinuisse Aristophanem Reisigius Coniect. p. 317. docere conatus est. Nec secus fecisse videtur Plato, apud quem quod De Rep. II. p. 359. E. ex Par. D. receptum est *ἔσω*, id exiguam sane habet fidem et auctoritatem.

P. 79. *καὶ ποτὰ λάβῃ*] *λάβῃ* Par. AFSY. Vat. Θ. Ambr. s. x. Vat. eor. Tub. Flor. β. b. n. o. Vulgo *λάβοι* legebatur.

E. *γέγονεν ἀρδομένῳ καὶ ἀναψυχομένῳ τρ.*] h. e. *ὥςτε ἀρδομένῳ κ. ἀν. τρέφεσθαι.* v. Matthiae Gr. §. 531. De Rep. III. p. 354. C. *ὥςτε μοι νυνὶ γέγονεν ἐκ τοῦ διαλόγου μηδὲν εἰδέναι.* — *διαιωρούμενον δὲ κ. τ. λ.*, ubi agitatione sursum deorsum facta semper per alvum ingressum cibos et potus comprehendit, tum vero eos liquefacit et per exïtus, quos permeat, eos perducens, tan quam e fonte in canales, hoc est in venas, transfundit, ita ut tanquam per aquaeductum per corpus venarum fluenta ferantur. De repetita in appositione *ἐπὶ τὰς φλέβας* praepositione *ἐπί* v. ad Apolog. Socr. p. 37. C. Istud *ὥςπερ δι' αὐλῶνος τοῦ σώματος* autem dictum pro *διὰ τοῦ σώματος ὥςπερ δι' αὐλῶνος*, de quo loquendi genere dictum ad Phaedon. p. 67. D. ubi etiam praegressum *ἐπ' ὀχετοὺς ἐπὶ τὰς φλέβας* attigimus, et ad Euthyphr. p. 2. C. conf. infra p. 91. C. Male Stephanus legendum coniecit *ὥςπερ δι' αὐλῶνος διὰ τοῦ σώματος.*

P. 79. *ἐπειδὴ κενὸν οὐδέν ἐστιν* —] Respirationis et exspirationis naturam iam fusius etiam illustrat ex illa lege, quam per totam rerum universitatem regnare vult, ut nusquam vacuum sit ullum spatium, vel, ut breviter dicam, e fuga vacui.

ἕδρας ὠθεῖ· τὸ δὲ ὠθούμενον ἐξελαύνει τὸ πλησίον ἀεί, καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἀνάγκην πᾶν περιελαυνόμενον εἰς τὴν ἕδραν, ὅθεν ἐξῆλθε τὸ πνεῦμα, εἰσιὸν ἐκεῖσε καὶ ἀναπληροῦν αὐτὴν ξυνέπεται τῷ πνεύματι, καὶ τοῦτο ἅμα πᾶν οἷον τροχοῦ περιαγομένου γίγνεται διὰ τὸ κενὸν μηδὲν εἶναι. διὸ δὴ τὸ τῶν στηθῶν C καὶ τὸ τοῦ πλεύμονος ἔξω μεθιὲν τὸ πνεῦμα πάλιν ὑπὸ τοῦ περὶ τὸ σῶμα ἀέρος, εἴσω διὰ μανῶν τῶν σαρκῶν δυομένου καὶ περιελαυνομένου, γίγνεται πλῆρες· αὖθις δὲ ἀποτρεπόμενος ὁ ἀὴρ καὶ διὰ τοῦ σώματος ἔξω ἰὼν εἴσω τὴν ἀναπνοὴν περιωθεῖ κατὰ τὴν τοῦ στόματος καί τὴν τῶν μυκτήρων δίοδον. Τὴν δὲ αἰτίαν τῆς ἀρχῆς αὐτῶν θετέον τήνδε. πᾶν D ζῶον αὑτοῦ τἀντὸς περὶ τὸ αἷμα καὶ τὰς φλέβας θερμότατα ἔχει, οἷον ἐν αὑτῷ πηγήν τινα ἐνοῦσαν

ὥςπερ δι᾽ αὐλῶνος τοῦ σώματος]. V. ὥςπερ αὐλῶνος διὰ τοῦ σώματος. Posui διὰ ante αὐλῶνος cum Par. F S Y. Ambr. s. Flor. b. n. conf. p. 27. B.

D. ἑαυτοῦ τἀντὸς περὶ τ.] Sic Flor. β. Par. F. Mon. et corr. Vat. Θ. Prave vulgo αὐτοῦ πάντως. Vat. o. habet τὰ ἐντός. In Ven. Σ. Vind. Par. S Y. Ambr. s. x. Ricard. Vat. cr. παντός, unde patet erroris origo. Dein θερμότατα pro vulg. θερμότητα suppeditarunt Ven. Σ. Vind. Paris Y. Ambr. s. Vat. or. Tub. Flor. b. c. ἑαυτοῦ et ἑαυτῷ pro αὐτοῦ et αὐτῷ ex Par. A. dedimus.

v. p. 58. A. ibique annot. Hanc quoque Platonis sententiam impugnat Aristotel. De respirat. c. 5. iudicium de ea facit Galenus De placit. Hippocrat. et Platon. VIII. 8. — ὡς οὐκ εἰς κενόν, sc. φέρεται. Mox τὸ πλησίον ἀεί est τὸ ἀεὶ πλησίον, das iedesmahl nächste. Theaet. p. 148. E. τὰ ἀεὶ λέγοντα δόγματα. Gorg. p. 464. D. τῷ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν. Men. p. 80. A. τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἁπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ. Charmid. p. 164. E. πρὸς τὸν ἀεὶ εἰςιόντα. Thucyd. I. 22. τῶν ἀεὶ παρόντων. Sophocl. Philoct. v. 131. οἱ ἀεὶ λόγοι. Et sic centenis aliis locis. Eandem atque hic verborum collocationem habes Phileb. p. 15. D. τῶν λεγομένων ἀεὶ καὶ πάλαι καὶ νῦν. Ibid. E. De Rep. VII. p. 539. B. σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί. al.

C. τὸ τῶν στηθῶν καὶ τὸ τοῦ πλεύμονος —] His verbis ne quis per appositionem additum putet τὸ πνεῦμα, cohaeret illud potius cum μεθιέν, hoc sensu: ubi spiritum emittit foras. — διὰ μανῶν τῶν σαρκῶν, h. e. διὰ τοῦ κύτους καὶ τοῦ πλέγματος. Ita igitur fit, ut spiritu e pectore et pulmone egresso aër extrinsecus corpori circumfusus per oris et narium canales respirationem intro repellat.

D. πᾶν ζῶον αὑτοῦ τἀντὸς περὶ τὸ σῶμα] Turpissimo errore scribebatur vulgo

πυρός· ὃ δὴ καὶ προςῃκάζομεν τῷ τοῦ κύρτου πλέγματι, κατὰ μέσον διατεταμένον ἐκ πυρὸς πεπλέχθαι πᾶν, τὰ δὲ ἄλλα, ὅσα ἔξωθεν, ἀέρος. τὸ θερμὸν δὴ κατὰ φύσιν εἰς τὴν αὑτοῦ χώραν ἔξω πρὸς τὸ ξυγγενὲς ὁμολογητέον ἰέναι. δυεῖν δὲ ταῖν διεξόδοιν οὔ-
E σαιν, τῆς μὲν κατὰ τὸ σῶμα ἔξω, τῆς δὲ αὖ κατὰ τὸ στόμα καὶ τὰς ῥῖνας, ὅταν μὲν ἐπὶ θάτερα ὁρμήσῃ, θάτερα περιωθεῖ· τὸ δὲ περιωσθὲν εἰς τὸ πῦρ ἐμπῖπτον θερμαίνεται, τὸ δ' ἐξιὸν ψύχεται. μεταβαλλούσης δὲ τῆς θερμότητος καὶ τῶν κατὰ τὴν ἑτέραν ἔξοδον θερμοτέρων γιγνομένων πάλιν ἐκείνῃ ῥέπον αὖ

προςῃκάζομεν τῷ τοῦ κ.] Sic Par. A. Vulgo προςεικάζομεν, quod et ipsum non ab usu Platonis abhorret. v. ad Symp. p. 216. C. Gorg. p. 493. C. Mox δυεῖν pro δυοῖν Par. SY. Ambr. s. Vat. r. Flor. b. n.

E. μεταβαλλούσης δὲ τῆς θερμ.] V. μεταβαλούσης. Praesens tuentur Vat. Θ. Ven. Σ. Vind. Par. FSY. Mon. Ambr. x. Ricard. Vat. cr. Flor. a. b. β. n. x.

πᾶν ζῷον αὑτοῦ πάντως, quod emendatum ex codicibus est. Erroris fontem monstrabit scripturae varietas. Repetit autem philosophus principium respirationis et exspirationis ab igne circa sanguinem et venas intus incluso. Ignis enim, quia tenuissimum acutissimumque est elementum et ad cognatum elementum exterius natura sua contendit, aërem τῷ πλέγματι circumfusum circumcirca depellit; qui quidem sede sua depulsus si in ignem reiicitur, incalescit, sin foras emanat, refrigeratur. Unde perpetua exspirationis et respirationis vicissitudo efficitur. De ignis vi aërem et reliqua elementa perrumpente vide quae Timaeus p. 56. D. disserebat.

ὃ δὴ καὶ προςῃκάζομεν — πεπλέχθαι πᾶν] Istud προςῃκάζομεν significationem habet praegnantem, ut sit προςεικάζοντες ἐλέγομεν: ex quo constructionis ratio habet explicationem. Iungenda enim verba sunt in hunc modum: ὃ δὴ καὶ προςεικάζοντες τῷ τοῦ κύρτου πλέγματι ἐλέγομεν κατὰ μέσον διατεταμένον ἐκ πυρὸς πεπλέχθαι πᾶν.

E. ὅταν μὲν ἐπὶ θάτερα ὁρμήσῃ, θάτερα π.] Hoc sibi vult, nisi fallor: calidum quum duos habeat exitus, alterum per corpus, alterum per oris et narium meatus, si ad altera fertur, altera (h. e. ea, quae circa alterum exitum sunt s. τὰ κατὰ τὴν ἑτέραν ἔξοδον) circumagit. Mutato autem calore et iis, quae circa alterum exitum sunt, calidioribus factis, rursus id, quod extitit calidius, illuc vergit, ad cognatam ipsi naturam (ignem corpori circumfusum) contendens, atque circumagit, quod circa alterum est. — ὑπ' ἀμφοτέρων, sc. ὑπὸ τοῦ τὰ αὐτὰ πάσχειν καὶ τὰ αὐτὰ ἀνταποδιδόναι. Est autem ἀνταπο-

τὸ θερμότερον μᾶλλον, πρὸς τὴν αὑτοῦ φύσιν φερόμενον, περιωθεῖ τὸ κατὰ θάτερα· τὸ δὲ τὰ αὐτὰ πάσχον καὶ τὰ αὐτὰ ἀνταποδιδὸν ἀεί, κύκλῳ οὕτω σαλευόμενον ἔνθα καὶ ἔνθα ἀπειργασμένον ὑπ' ἀμφοτέρων τὴν ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν γίγνεσθαι παρέχεται.

Καὶ δὴ καὶ τὰ τῶν περὶ τὰς ἰατρικὰς σικύας παθημάτων αἴτια καὶ τὰ τῆς καταπόσεως τά τε τῶν 80
ῥιπτουμένων, ὅσα ἀφεθέντα μετέωρα καὶ ὅσα ἐπὶ γῆς φέρεται, ταύτῃ διωκτέον, καὶ ὅσοι φθόγγοι ταχεῖς τε καὶ βραδεῖς ὀξεῖς τε καὶ βαρεῖς φαίνονται, τοτὲ μὲν ἀνάρμοστοι φερόμενοι δι' ἀνομοιότητα τῆς ἐν ἡμῖν

κύκλῳ οὕτω σαλευόμενον] κύκλον Par. A. quod dedit Bekker.

P. 80. καὶ τὰ τῆς καταπόσεως] Sic optime Par. A. Ambr. s. Vat. o. Flor. x. et corr. Par. S. Habet etiam Plutarchus. Legebatur vulgo πόσεως.

ταχεῖς τε καὶ βραδεῖς] τε inserui ex Par. A. Flor. x.

διδόναι vicissim efficere, ut De republ. VIII. p. 563. E. τὴν εἰς τἀναντίον μεταβολὴν ἀνταποδιδόναι. Excerpsit haec Timaeus Locrus p. 101 C. D.

Καὶ δὴ καὶ τὰ τῶν περὶ τὰς ἰατρικὰς] Eandem legem valere ait etiam in effectibus cucurbitarum medicarum, in devoratione ciborum, iactu, sonorum rationibus, fluminibus, fulminum iactibus, electri et lapidum Heracleorum attractionibus. In quibus omnibus nullam locum habere vim attrahendi (ὁλκήν), sed. quia nusquam vacuum sit, illa se ipsa inter se repellere omniaque discreta et concreta in suam quidque sedem mutuo commeare. Valde memorabilis hic locus est, ex quo luculentissime apparet Platonem vim attractionis et repulsionis non modo cognitam habuisse, sed etiam in ea fuisse sententia, ut repulsionis legem cum similium elementorum congregatione per omnem rerum naturam dominari existimaverit. Ex qua quidem lege, quae nobis videntur diversissima, naturam respirationis et exspirationis animalium, cucurbitarum effectus, sonorum rationes, quin etiam fulminum iactus et mirabilem vim electri et lapidum Heracleorum, singulari divini ingenii acumine declarare conatus est. Commentarium ad hunc locum prorsus egregium ex sententia Platonis exhibuit Plutarchus Quaestione Platon. sexta p. 1004. T. II. ed. Paris. = p. 177 sqq. Tom. X. edit. Reisk. qui totus legendus est iis, qui mentem philosophi penitus percipere voluerint. Nec a re aliena sunt quae habet Alexander Aphrodis. Quaest. Natural. libr. II. c. 23. ubi inter alia memorat Empedoclis sententiam, qui defluxus quosdam corpusculorum putabat esse tum ex magnete tum ex ferro provenientes, in utroque autem poros mutuo inter sese congru-

ὑπ' αὐτῶν κινήσεως, τοτὲ δὲ ξύμφωνοι δι' ὁμοιότητα. τὰς γὰρ τῶν προτέρων καὶ θαττόνων οἱ βραδύτεροι κινήσεις ἀποπαυομένας ἤδη τε εἰς ὅμοιον ἐληλυθυίας,
B αἷς ὕστερον αὐτοὶ προςφερόμενοι κινοῦσιν ἐκείνας, καταλαμβάνουσι, καταλαμβάνοντες δὲ οὐκ ἄλλην ἐπεμβάλλοντες ἀνετάραξαν κίνησιν, ἀλλ' ἀρχὴν βραδυτέρας φορᾶς κατὰ τὴν τῆς θάττονος, ἀποληγούσης δὲ ὁμοιότητα προςάψαντες μίαν ἐξ ὀξείας καὶ βαρείας ξυνεκεράσαντο πάθην, ὅθεν ἡδονὴν μὲν τοῖς ἄφροσιν, εὐφροσύνην δὲ τοῖς ἔμφροσι διὰ τὴν τῆς θείας ἁρμονίας μίμησιν ἐν θνηταῖς γενομένην φοραῖς παρέσχον. Καὶ δὴ καὶ τὰ τῶν ὑδάτων πάντα ῥεύματα,
C ἔτι δὲ τὰ τῶν κεραυνῶν πτώματα καὶ τὰ θαυμαζόμενα ἠλέκτρων περὶ τῆς ἕλξεως καὶ τῶν Ἡρακλείων λίθων, πάντων τούτων ὁλκὴ μὲν οὐκ ἔστιν οὐδενί ποτε, τὸ δὲ κενὸν εἶναι μηδὲν περιωθεῖν τε αὐτὰ ταῦτα εἰς ἄλληλα, τό τε διακρινόμενα καὶ συγκρινό-

B. *ἀνετάραξαν κίνησιν*] V. *ἐνετάραξαν*. Veram lectionem praebuerunt Par. AF. Vat. Θ. Vat. o. Tub. Flor. x.

C. *ἔτι δὲ τὰ τῶν κερ.*] *τὰ* addunt Par. AF. Vat. o.

entes. Idem Democritum narrat rem totam ad atomorum effluxiones retulisse, de quo vid. Gassendi Opera T. II. p. 108. Adde Galenum De natura facultat. libr. I. c. 14.

P. 80. *τοτὲ δὲ ξύμφωνοι*] De *συμφωνίᾳ* sonorum v. Theo Music. p. 77. Plat. Phileb. p. 17. C. 26. A. et quae exposuit Boeckh. in Studiis Vol. III. p. 51. Dilucidavit haec quoque Plutarchus l. c. quem adeant quibus res videtur obscurior.

B. *διὰ τὴν τῆς θείας ἁρμονίας μίμησιν*] V. supra p. 47. D. ibique anp. Tanguntur, opinor, organici, de quibus v. ad Reipubl. libr. VII. p. 531. B. In superioribus Ruhnkenius ad Tim. p. 93. glossatorem suum legisse suspicatus est *ἐνέθραξαν κίνησιν*.

C. *ἠλέκτρων πέρι τῆς ἕλξεως* —] De his quoque prudenter Plutarchus l. c. p. 1005. = p. 180. ed. Reisk. Neque enim is Platonem reprehendit, quod nuperus interpres opinabatur, sed eius mentem aperit diligentius. De magnete vide locum nobilissimum Ion. p. 533 sq. ed. Steph. et quae ibi adscripsimus. Pro *τὸ δὲ κενὸν εἶναι* et *τό τε διακεκριμένα* Stephanus non male *τῷ δεκ.* et *τῷ τε δ.* legendum coniecit, ut *τῷ* ad infinitivum pertineat.

D. *Καὶ δὴ καὶ τὸ [τῆς ἀναπνοῆς* —] Transit nunc

μενα πρὸς τὴν αὐτῶν διαμειβόμενα ἕδραν ἕκαστα ἰέναι πάντα, τούτοις τοῖς παθήμασι πρὸς ἄλληλα συμπλεχθεῖσι τεθαυματουργημένα τῷ κατὰ τρόπον ζητοῦντι φανήσεται.

D Καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς ἀναπνοῆς, ὅθεν ὁ λόγος ὥρμησε, κατὰ ταῦτα καὶ διὰ τούτων γέγονεν, ὥςπερ ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηται, τέμνοντος μὲν τὰ σιτία τοῦ πυρός, αἰωρουμένου δὲ ἐντὸς τῷ πνεύματι ξυνεπομένου, τὰς φλέβας δὲ ἐκ τῆς κοιλίας τῇ ξυναιωρήσει πληροῦντος τῷ τὰ τετμημένα αὐτόθεν ἀπαντλεῖν καὶ διὰ ταῦτα δὴ καθ' ὅλον τὸ σῶμα πᾶσι τοῖς ζώοις τὰ τῆς τροφῆς νάματα οὕτως ἐπίῤῥυτα γεγονέναι. νεότμητα δὲ καὶ ἀπὸ ξυγγενῶν ὄντα, τὰ μὲν καρπῶν, E τὰ δὲ χλόης, ἃ θεὸς ἐπ' αὐτὸ τοῦθ' ἡμῖν ἐφύτευσεν, εἶναι τροφήν, παντοδαπὰ μὲν χρώματα ἴσχει διὰ τὴν ξύμμιξιν, ἡ δ' ἐρυθρὰ πλείστη περὶ αὐτὸ χρόα διαθεῖ,

D. αὐτόθεν ἀπαντλεῖν] ἀπαντλεῖν Tub. et Flor. β. quod praetuli vulg. ἐπαντλεῖν.

ad sanguinem ac nutritionem corporis. Cibi, inquit, eo, quo diximus, modo pèr ignem dividuntur ac minuuntur. Qui ubi aerem sequitur, venas ex alvo replet, quippe facta quasi quadam elevatione. Ita autem consequitur, ut per totum corpus humores tanquam alimenti rivi quidam diffundantur. Qui quanquam propter permixtionem varios habent colores, tamen, quia ignis divisi et in humido expressi naturam habent, maxime rubro colore sunt. Qualis humor sanguis appellatur, pabulum carnium et universi corporis. Est autem modus impletionis et evacuationis idem prorsus, qui est in tota rerum universitate, ut quidque ad cognatam sibi feratur naturam. Quae enim nobis extrinsecus circumiecta sunt, ea nos perpetuo liquefaciunt ac dissolvunt, ac de loco motas partes ita distribuunt, ut ad suam quaeque et cognatam speciem mittatur. Ita igitur evenit, ut sanguineae corporis partes, sicubi excesserint, ad cognatam naturam ferantur et exhaustos loculos denuo semper repleant.

τῷ τὰ τετμημένα αὐτόθεν ἀπαντλεῖν] eo quod divisa alimenta inde (ex alvo) exhaurit. De τροφῆς νάματα conf. p. 77. C. et 78. E. sq. Mox εἶναι τροφήν epexegesin continet verborum ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, neque opus est, ut τὸ εἶναι τροφήν corrigatur. v. Indic. ad Sympos. in v. Infinitivus.

τῆς τοῦ πυρὸς τομῆς τε καὶ ἐξομόρξεως ἐν ὑγρῷ δε-
δημιουργημένη φύσις· ὅθεν τοῦ κατὰ τὸ σῶμα ῥέον-
τος τὸ χρῶμα ἔσχεν οἵαν ὄψιν διεληλύθαμεν. ὃ κα-
λοῦμεν αἷμα, νομὴν σαρκῶν καὶ ξύμπαντος τοῦ σώ-
81 ματος, ὅθεν ὑδρευόμενα ἕκαστα πληροῖ τὴν τοῦ κε-
νουμένου βάσιν. ὁ δὲ τρόπος τῆς πληρώσεως ἀπο-
χωρήσεώς τε γίγνεται, καθάπερ ἐν τῷ παντὶ παντὸς
ἡ φορὰ γέγονεν, ἣν τὸ ξυγγενὲς πᾶν φέρεται πρὸς
ἑαυτό. τὰ μὲν γὰρ δὴ περιεστῶτα ἐκτὸς ἡμᾶς τήκει
τε ἀεὶ καὶ διανέμει πρὸς ἕκαστον εἶδος τὸ ὁμόφυλον
ἀποπέμπον, τὰ δὲ ἔναιμα αὖ, κερματισθέντα ἐντὸς
παρ' ἡμῖν καὶ περιειλημμένα ὥσπερ ὑπ' οὐρανοῦ
B ξυνεστῶτος ἑκάστου τοῦ ζώου, τὴν τοῦ παντὸς ἀναγ-
κάζεται μιμεῖσθαι φοράν· πρὸς τὸ ξυγγενὲς οὖν φε-
ρόμενον ἕκαστον τῶν ἐντὸς μερισθέντων τὸ κενωθὲν

P. 81. B. *ἔχουσα τῶν γενῶν*] Sic Par. A. Tub. et pr. Vat. Θ o. rec. Flor. F. Legebatur *γερῶν*, quod Steph. in *μερῶν* mutari volebat, ut iungeretur: *καινὰ τὰ τρ. οἷον ἐκ δρ. ἔτι ἔχουσα, τῶν μερῶν ἰσχυρὰν μὲν τὴν ξύγκλεισιν. κ. τ. λ.* Corrou. Ambr. s. et rec. Vat. Θ. *γέῤῥων*.

E. *τῆς τοῦ πυρὸς τομῆς — φύσις*] Recordare eorum, p. 68. B. de rubri coloris origine explicata sunt. Galenus VII. f. 159. *τὴν ἐρυθρὰν χρόαν γεννᾶσθαί φησι ἐν τῷ αἵματι διὰ τὴν τοῦ πυρὸς ἐξόμορξιν.* De *ἐξόμορξις* v. Pierson. ad Moer. p 291. Oudendorp. ad Thom. Mag. et Ruhnk. ad Tim. in voc. *ἐξομοργνύμενος*. De voc. *ὄψις* Fragmentum Lexici mspti apud Creuzerum ad Plotin. De pulcritud. p. 377. *Ὄψις καὶ ἡ πρόςοψις καὶ ἡ ὁρατικὴ δύναμις· καὶ ὄψις τὸ θεαθέν.* H. l. igitur adspectum significat. Dictionem *νομὴν σαρκῶν* notavit una cum plurimis aliis similibus Longinus XXXII. §. 5.

P. 81. *τὴν τοῦ κενουμένου βάσιν*] h. e. sedem. Hesychius: *Βάσις, στήριγμα, ἕδρα, στάσις.* Sic *βάσις ἐγκεφάλου* apud Plutarch. Moral. p. 899. A. *βάσις τραχήλου* Plut. Vit. Pyrrhi. c. 34. atque Pollux II. 218. *ἡ βάσις τῆς καρδίας.* Hinc intelligendus etiam locus Plutarchi est, a Lindavio indicatus, Vit. Pericl. c. 6. *τὸν Ἀναξαγόραν, τοῦ κρανίου διακοπέντος, ἀποδεῖξαι τὸν ἐγκέφαλον οὐ πεπληρωκότα τὴν βάσιν.* — *ἐν τῷ παντί*, in rerum universitate, ut saepe. Mox vide an scribendum sit *τὸ ὁμόφυλον ἀποπέμποντα*, quod etiam Astio venit in mentem.

ὥςπερ ὑπ' οὐρανοῦ ξυνεστῶτος —] Iunge sic: *ὑπὸ ξυνεστῶτος ἑκάστου τοῦ ζώου. ὥςπερ ὑπ' οὐρανοῦ.* v. ad p. 78. E.

τότε πάλιν ἀνεπλήρωσεν. ὅταν μὲν δὴ πλέον τοῦ ἐπιῤῥέοντος ἀπίῃ, φθίνει πᾶν, ὅταν δὲ ἔλαττον, αὐξάνεται. νέα μὲν οὖν ξύστασις τοῦ παντὸς ζώου, καινὰ τὰ τρίγωνα οἷον ἐκ δρυόχων ἔτι ἔχουσα τῶν γενῶν, ἰσχυρὰν μὲν τὴν ξύγκλεισιν αὐτῶν πρὸς ἄλληλα κέκτηται, ξυμπέπηγε δὲ ὁ πᾶς ὄγκος αὐτῆς ἁπαλός, ἅτε ἐκ μυελοῦ μὲν νεωστὶ γεγονυίας, τε- C
θραμμένης δὲ ἐν γάλακτι· τὰ δὴ περιλαμβανόμενα ἐν αὐτῇ τρίγωνα ἔξωθεν ἐπεισελθόντα, ἐξ ὧν ἂν ᾖ τά τε σιτία καὶ ποτά, τῶν ἑαυτῆς τριγώνων παλαιότερα ὄντα καὶ ἀσθενέστερα καινοῖς ἐπικρατεῖ τέμνουσα, καὶ μέγα ἀπεργάζεται τὸ ζῶον τρέφουσα ἐκ πολλῶν ὁμοίων. ὅταν δ' ἡ ῥίζα τῶν τριγώνων χαλᾷ διὰ τὸ πολλοὺς ἀγῶνας ἐν πολλῷ χρόνῳ πρὸς πολλὰ ἠγωνίσθαι, τὰ μὲν τῆς τροφῆς εἰσιόντα οὐκέτι δύναται D

C. *τῶν ἑαυτῆς τριγώνων*] Sic Par. A. V. *αὐτῆς*. Flor. x. Vat. ρ. *τῶν ἐν αὐτῇ τρ.*

ὅταν δ' ἡ ῥίζα] Sic Par. AS. Ambr. s. Vat. ο. Flor. β. x. Scribebatur vulgo *ὅταν δὴ ῥίζαν*. Accusativum *ῥίζαν* etiam Vat. Θ. aspernatur.

B. *νέα μὲν οὖν ξύστασις —*] Recens, inquit, totius animantis constructio, quae triangula illa, unde omnia conflata sunt, h. e. primaria vitae elementa, adhuc nova habet et tanquam e fundamentis facta, necdum obtusa et hebetata, etiam firmam efficit corporis compactionem, atque tota eius moles mollis consistit, utpote e medulla constans recens nata et lacte nutrita. *Δρύοχοι* sunt fundamenta trabum, super quibus nova navis aedificatur; v. Scheffer. De re navicular. p. 46., hinc omnino per metaphoram fundamenta cuiusque rei sic appellantur. v. Timaei Glossar. p. 88. ibique Ruhnk. Suidas: *Τὰ στηρίγματα τῆς πηγνυμένης νηὸς δρυόχους φασίν.* Eustath. ad Iliad. p. 1878.

C. *τῶν ἑαυτῆς τριγώνων παλαιότ.*] sc. *τῆς νέας συστάσεως τοῦ ζώου.* Haec igitur vetustiora trigona *ἡ νέα σύστασις* superat recentibus quippe ea dissecans. Quo vis vitalis crescit atque conservatur.

ὅταν δ' ἡ ῥίζα τῶν τριγώνων] h. e. quando primitiva illa trigona, e quibus cibi et potus constant, laxantur atque hebetantur per multitudinem ac diuturnitatem certaminum, quibus cum aliis conflictantur, tum alimenta in corpus ingressa nequeunt secare in partes sibi similes, fatiscitque nutritio corporis et senectutis adventat imbecillitas. — *φθ. ἐν τούτῳ κρατούμενον*, in hac condicione superatum. Sic *ἐν τοῖς τοιοῖσδε* Menex. p. 238. B. ubi v. annot.

τέμνειν εἰς ὁμοιότητα ἑαυτοῖς, αὐτὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἔξωθεν ἐπεισιόντων εὐπετῶς διαιρεῖται· φθίνει δὴ πᾶν ζῶον ἐν τούτῳ κρατούμενον, γῆράς τε ὀνομάζεται τὸ πάθος. τέλος δέ, ἐπειδὰν τῶν περὶ τὸν μυελὸν τριγώνων οἱ ξυναρμοσθέντες μηκέτι ἀντέχωσι δεσμοὶ τῷ πόνῳ διεσταμένοι, μεθιᾶσι τοὺς τῆς ψυχῆς αὖ δεσμούς, ἡ δὲ λυθεῖσα κατὰ φύσιν μεθ' ἡδονῆς ἐξέ-
E πτατο· πᾶν γὰρ τὸ μὲν παρὰ φύσιν ἀλγεινόν, τὸ δ',

D. εἰς ὁμοιότητα ἑαυτοῖς] ἑαυτοῖς Par. A S Y. Vat. Θ. Ambr. s. Vat. o r. Flor. β, x. In vett. editt. est ἑαυτῆς.

τῷ πόνῳ διεσταμένοι] Sic rectissime unus Par. A. Ceteri cum vett. editt. διιστάμενοι.

λυθεῖσα κατὰ φύσιν μ.] Sic unus Par. A. Pessime vett. editt. κατὰ φύσιν λαθοῦσα. Mon. Vat. Θ. corr. Flor. β. x. Tub. et pr. Vat. o. κατὰ φύσιν λυθεῖσα, servato vulgari ordine.

ἐπειδὰν — μηκέτι ἀντέχωσι] quum non iam valent atque durant; respondet Germanicum: widerhalten. Quem usum verbi notavimus ad Phaedon. p. 88. A. Infra p. 85. E. τό τε σῶμα ἀντίσχῃ τηκόμενον. Dein τῷ πόνῳ, praemisso articulo, est: eo, quem dixi, labore disrupti. Videtur autem sententia philosophi haec esse: quum germana illa medullae vis principio indita nostro corpori languere coepit, tum etiam animae solvuntur vincula. — ἡ δὲ λυθεῖσα, sc. ἀπὸ τοῦ σώματος. quod non perspiciens Stephanus λαθοῦσα reponendum censuit. Pertinet autem ad λυθεῖσα, quod statim subiungitur, κατὰ φύσιν, ut sensus verborum hic sit: anima autem naturae convenienter (h. e. viribus medullae sensim ac pedetentim elapsis) liberata cum voluptate (e corpore) evolat, ita ut tum mors homini obtingat placidissima.

E. ὁ δὲ μετὰ γῆρας ἰὼν ἐπὶ τέλος κατὰ φύσιν] Formula ἐπὶ τέλος ἰέναι idem fere est quod ἀποτελεῖσθαι vel μέλλειν ἀποτελεῖσθαι. Itaque locus sic intelligendus est: ea autem mors, quae propter senectutem (in Folge des Alters) secundum naturam evenit, etc. Quo non intellecto nuperus editor ἐπὶ τέλει vel ἐπὶ τέλους praeferendum indicavit. Pulcerrime vero cum his concordat quod Phaedon. p. 64. B. mors dicitur esse ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγή, ubi conf. etiam p. 105. Gorg. p. 524. ὁ θάνατος τυγχάνει ὤν οὐδὲν ἄλλο ἢ δυοῖν πραγμάτοιν διάλυσις, τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, ἀπ' ἀλλήλων. Retulit paucis Platonis sententiam Plutarchus, qui fertur, De placitis philosophor. V. 24. qui etiam Empedoclis, Alcmaeonis, Anaxagorae, aliorum, de mortis causis opiniones memoriae mandavit. Apuleius De habitud. doctr. Platon. libr. I. extr. Corpus vero tunc nativis incrementis augetur, quum valetudinis portio procurata salubriter modum ne-

ᾗ πέφυκε γιγνόμενον ἡδύ. καὶ θάνατος δὴ κατὰ ταὐτὰ ὁ μὲν κατὰ νόσους καὶ ὑπὸ τραυμάτων γιγνόμενος ἀλγεινὸς καὶ βίαιος, ὁ δὲ μετὰ γῆρας ἰὼν ἐπὶ τέλος κατὰ φύσιν ἀπονώτατος τῶν θανάτων καὶ μᾶλλον μεθ' ἡδονῆς γιγνόμενος ἢ λύπης.

Τὸ δὲ τῶν νόσων ὅθεν ξυνίσταται, δῆλόν που καὶ παντί. τεττάρων γὰρ ὄντων γενῶν, ἐξ ὧν συμ-
πέπηγε τὸ σῶμα, γῆς πυρὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος, 82

E. *θάνατος δὴ κατὰ ταὐτὰ*] Sic Par. A. pro vulg. *κατὰ ταῦτα*. Dein *ὑπὸ τραυμάτων* Par. AF. Vat. ΔΘ. Tub. Olim scribebatur *ὑπὸ τραύματα*. In Vat. Θ. est *καὶ ὁ ὑπὸ τραυμάτων*. Alii non pauci *τραυμάτων* exhibent omissa praepositione.

ὅθεν ξυνίσταται] Sic codd. plurimi atque optimi unanimi consensione. Vulgo *ὃ ξυνίσταται*.

cessarii victus nescit excedere, nec valetudo obteritur magnitudine externorum laborum, nec pabuli sarcina immoderatius invecti, vel non, ut oportet, digesti distributique per corpus. Tunc enim artus ac membra vigoris debiti modum retinent, quum id, quod inferatur, ad totius corporis conservationem veluti singillatim exaequatum cunctis partibus dividitur. Verum enimvero quum id minime fit, tunc sequi exitium corporis.

Τὸ δὲ τῶν νόσων ὅθεν ξυνίσταται] Sequitur locus nobilissimus ac celebratissimus de origine et causis morborum. Cuius argumentum refert Apuleius Apolog. de magia p. 305 sq. ed. Elmenhorst. = Tom. II. p. 506 sq. ed. Oudend. Plato philosophus in illo praeclarissimo Timaeo coelesti quadam facundia universum mundum molitus, postquam de nostri quoque animi trinis potestatibus sollertissime disseruit, et cur quaeque membra nobis divina providentia fabricata sit, aptissime demonstravit, causam morborum omnium trifariam percenset. Primam causam primordiis corporis attribuit, si ipsae elementorum qualitates, humida et frigida, et his duae adversae non congruant, id adeo evenit, quum quaepiam earum modum excessit aut loco demigravit. Sequens causa morborum inest in eorum vitio, quae iam concreta ex simplicibus elementis una tamen specie coaluerunt, ut est sanguinis species et visceris et ossis et medullae; porro illa, quae ex hisce singularibus mixta sunt. Tertio, in corpore concrementa varii fellis, et turbidi spiritus, et pinguis humoris, novissima aegritudinum incitamenta sunt. Quorum e numero praecipua sit materia

τούτων ἡ παρὰ φύσιν πλεονεξία καὶ ἔνδεια καὶ τῆς χώρας μετάστασις ἐξ οἰκείας ἐπ' ἀλλοτρίαν γιγνομένη, πυρός τε αὖ καὶ τῶν ἑτέρων, ἐπειδὴ γένη πλείονα ἑνὸς ὄντα τυγχάνει, τὸ μὴ προσῆκον ἕκαστον ἑαυτῷ προσλαμβάνειν, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα, στάσεις καὶ νόσους παρέχει· παρὰ φύσιν γὰρ ἑκάστου γιγνομένου καὶ μεθισταμένου θερμαίνεται μὲν ὅσα περ ἂν πρό-
B τερον ψύχηται, ξηρὰ δὲ ὄντα εἰς ὕστερον γίγνεται νοτερά, καὶ κοῦφα δὴ καὶ βαρέα, καὶ πάσας πάντη

P. 82. τούτων ἡ παρὰ φύσιν πλ.] Articulum ἡ vett. editt. omittunt, errore, siquidem codd. mss. eum cuncti tuentur. Contra eaedem illae παρὰ τὴν φύσιν, ubi plurimi codd., inter quos tamen non est Par. A., τὴν non agnoscunt.

ἑαυτῷ προσλαμβάνειν] V. προσλαμβάνει, quod ex Par. A. Vat. Ϧ. correctum.

ὅσα περ ἂν πρότερον] Sic Flor. β. Mon. Legebatur vulgo ὅσα ἂν περ.

B. εἰς ὕστερον γίγνεται] ἐς vett. editt. Dedi εἰς auctoritate Par. ASY. Vat. Θ. r. Flor. b. β. n.

μόνον γὰρ δή, φαμέν] μόνως Vat. Θ. Ϧ o r. Ven. ΞΣ. Vind.

morbi comitialis, de quo dicere exorsus sum, quum caro in humorem crassum et spumidum inimico igni colliquescit, et spiritu indidem parto, ex candore compressi aëris albida et tumida tabes fluit. Plato ipse Phileb. p. 26. A. sqq. corporis valetudinem censet contineri ξυμμετρίᾳ καὶ ξυμφωνίᾳ. Sympos. p. 186. B. C. D. ubi v. ann. Similiter Alcmaeo apud Plutarchum De placit. philos. V. 30. sanitatem vocat ἰσονομίαν συνεκτικὴν τῶν δυνάμεων. Nec abludit Hippodami Pythag. fragmentum apud Gal. p. 663. Nemes. De nat. hom. II. p. 90. καὶ ἡ τῶν θερμῶν τε καὶ τῶν ψυχρῶν καὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν εὐκρασία ὑγιειά ἐστιν. Praeterea lectu non indigna sunt quae exposuit Galenus De dogm. Hippocratis et Platon. VIII. p. 324 seqq. et De divers. morb. I. p. 199. P. III.

P. 82. πυρός τε αὖ καὶ τῶν ἑτέρων —] Inseruit αὖ, quia rursus elementorum singulorum iniicit mentionem; quae tamen nunc non denuo enumerat, sed universe significat verbis καὶ τῶν ἑτέρων usque ad τυγχάνει, in quibus ἐπειδή est quandoquidem, quoniam. Proxima sic inter se cohaerent: παρέχει (ὥστε) ἕκαστον προσλαμβάνειν ἑαυτῷ τὸ μὴ προσῆκον καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα (παρέχει), quibus explicationis causa subiunctum στάσεις καὶ νόσους.

B. καὶ κοῦφα δὴ καὶ βαρέα, καὶ πάσας π. μ.] Ad καὶ κοῦφα δὴ καὶ βαρέα repeten-

μεταβολὰς δέχεται. μόνον γὰρ δή, φαμέν, ταὐτὸ ταὐτῷ κατὰ ταὐτὸ καὶ ὡσαύτως καὶ ἀνὰ λόγον προσγιγνόμενον καὶ ἀπογιγνόμενον ἐάσει ταὐτὸν ὂν αὑτῷ σῶν καὶ ὑγιὲς μένειν· ὃ δ' ἂν πλημμελήσῃ τι τούτων ἐκτὸς ἀπιὸν ἢ προσιόν, ἀλλοιότητας παμποικίλας καὶ νόσους φθοράς τε ἀπείρους παρέξεται. Δευτέρων δὲ ξυστάσεων αὖ κατὰ φύσιν ξυνεστηκυιῶν δευτέρα κατανόησις νοσημάτων τῷ βουλομένῳ γίγνεται ξυννοῆσαι. μυελοῦ γὰρ ἐξ ἐκείνων ὀστοῦ τε καὶ σαρκὸς καὶ C

μόνος Florentini.

πλημμελήσῃ τι τούτων] τι additum ex Par. AFS. Vat. o. Flor. a. b. β. n. o. x. Pro ἐκτός vulgo scribebatur ἕκαστον. Errorem sustulerunt Par. AF. Mon. Vat. 𝔟𝔯. et corr. Vat. Θ. Tub. Flor. x. Dein παμποικίλους Par. S. Ambr. s. Ricard. Vat. r.

Δευτέρων δὲ ξυστάσεων αὖ] δὲ ex Vat. Θ. reposui. Par. A. Mon. Vat. o. Flor. β. x. scriptum habent δή. Dein αὖ post ξυστάσεων inferunt Par. AFY. Vat. Θ. Mon. Vat. 𝔬𝔯. Flor. β. x. Vett. editt. Δευτέρων αὖ ξυστάσεων κατὰ φ.

C. γίγνεται ξυννοῆσαι] V. γίγνεσθαι, quod emendatum ex Par. AFS. Mon. Ambr. s. Vat. o. Tub. Flor. β. x.

dum est γίγνεται. Quae autem subiuncta sunt, καὶ πάσας πάντῃ μεταβολὰς δέχεται, ea, quoniam totam rem paucis comprehendunt, sic interpreteris: *denique omnes omnino mutationes subeunt.* De hoc usu copulae καί v. ad Menon. p. 81. B. et Gorg. p. 465. B. Itaque non video cur legendum putaverint: βαρέα καὶ τἄλλα πάσας κ. τ. λ., quam coniecturam *Astius* certe proposuit. Mox πλημμελήσῃ τι τούτων est: *aliqua harum rerum discordaverit.* Phaedon. p. 117. D. ἵνα μὴ τοιαῦτα πλημμελοῖεν. Male vulgo τι omissum fuit. Neque τούτων a recentissimo interprete recte refertur ad στοιχεῖα, ut genitivus e pronomine ὅ suspensus putari debeat. Cui rationi ipse ordo verborum refragatur.

Δεύτερον δὲ ξυστάσεων αὖ —] Ad alteram causam morborum considerandam accedit, quae cernitur in depravatione concretarum corporis partium, sanguinis, bilis, carnis, medullae, aliarum. In hac transitione certe locum non habet δεύτερον δή, quod inde a Bekkero edi coeptum est, sed requiritur δέ, quod ex uno codice eoque praestantissimo restituimus. Est autem horum ipsorum verborum sententia haec: Quum secundus etiam status naturae conveniens reperiatur, quo fit, ut corporis partes ex primariis elementis conflatae prospera valetudine utantur; inde secunda etiam morborum oritur consideratio ei, qui morbos velit considerare.

νεύρου ξυμπαγέντος, ἔτι τε αἵματος ἄλλον μὲν τρόπον, ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν γεγονότος, τῶν μὲν ἄλλων τὰ πλεῖστα ἧπερ τὰ πρόσθεν, τὰ δὲ μέγιστα τῶν νοσημάτων τῇδε χαλεπὰ ξυμπέπτωκεν. ὅταν ἀνάπαλιν ἡ γένεσις τούτων πορεύηται, τότε ταῦτα διαφθείρεται. κατὰ φύσιν γὰρ σάρκες μὲν καὶ νεῦρα ἐξ αἵματος γίγνεται, νεῦρον μὲν ἐξ ἰνῶν διὰ τὴν συγγένειαν, σάρκες δὲ ἀπὸ τοῦ παγέντος, ὃ πήγνυται χωριζόμενον ἰνῶν· τὸ δὲ ἀπὸ τῶν νεύρων καὶ σαρκῶν ἀπιὸν αὖ γλίσχρον καὶ λιπαρὸν ἅμα μὲν τὴν σάρκα κολλᾷ πρὸς τὴν τῶν ὀστῶν φύσιν αὐτό τε τὸ περὶ

D

ἄλλον μὲν τρόπον] Sic Par. AF. Vat. o. Flor. x. Scribebatur vulgo μὲν ἄλλον τρόπον.

σάρκες μὲν καὶ νεῦρα] μὲν revocatum est nuper demum ex Par. AFSY. Vat. Θ. Vind. s. x. Ricard. Vat. eor. Flor. a. b. n. o. x. Dein Vat. o. Flor. x. γίγνονται, ob praecedens σάρκες. nimirum ea manifesta est grammatici alicuius correctio.

D. κολλᾷ πρὸς τὴν τῶν ὀστῶν φ.] κολλᾷ Par. AF. Mon. Vat. o. Tub. Flor. β. y. et corr. Vat. Θ. Vulgo immani vitio πολλά.

E. ὑγίεια ξυμβαίνει] Sic Par. A. Vat. Θ. o. Tub. Flor.

C. αἵματος ἄλλον μὲν τρόπον] De ea re vide p. 80. D. E. Paullo ante ἐξ ἐκείνων refer ad elementa antea memorata.

τῶν μὲν ἄλλων τὰ πλεῖστα —] h. e. τῶν μὲν ἄλλων νοσημάτων τὰ πλεῖστα ξυμπέπτωκε χαλεπὰ ἧπερ τὰ πρόσθεν. Plurimos igitur morbos e fonte antea indicato promanare ait; gravissimos autem atque maximos ex altero isto, de quo nunc disputaturus est.

ὅταν ἀνάπαλιν ἡ γένεσις τ.] h. e. ἐναντίως, sive inverso ordine, ut mox p. 84. C. Hesychius: ἀνάπαλιν· ἐκ τοῦ ἐναντίου πάλιν. — ἡ γένεσις τούτων. sc. μυελοῦ, ὀστοῦ τε καὶ σαρκὸς καὶ νεύρου, ἔτι τε αἵματος. Eodem ταῦτα referendum. Quod ne quem offendat, solet interdum οὗτος bis de eadem re vel persona usurpari. De Rep. III. p. 391. D. προςαναγκάζωμεν τοὺς ποιητὰς ἢ μὴ τούτων (heroum) αὐτὰ ἔργα φάναι ἢ τούτους μὴ εἶναι θεῶν παῖδας. Symp. p. 219. B.

νεῦρον μὲν ἐξ ἰνῶν διὰ τὴν ξυγγένειαν] Ἶνες quid Platoni sint, disputavit Coelius Rhodiginus Lectt. Antiquar. p. 138. ed. Colon. a. 1628. et Schneider. ad Theophrast. T. III. p. 13. Nimirum Plato non aliter hoc vocabulo usus est quam Hippocrates, cui ἶνες sunt fibrae sanguinis. v. Foesii Oecon. Hippocr. in v. Ἶνες, p. 282. Etenim eiusmodi fibras Plato sanguini ideo inditas esse censet, ut iustum tenuitatis et crassitudinis temperamentum habeat neque propter calorem lubricus factus e corpore raritates mul-

τὸν μυελὸν ὀστοῦν τρέφον αὔξει, τὸ δ' αὖ διὰ τὴν πυκνότητα τῶν ὀστῶν διηθούμενον καθαρώτατον γένος τῶν τριγώνων λειότατόν τε καὶ λιπαρώτατον, λειβόμενον ἀπὸ τῶν ὀστῶν καὶ στάζον, ἄρδει τὸν μυελόν. E καὶ κατὰ ταῦτα μὲν γιγνομένων ἑκάστων ὑγίεια ξυμβαίνει τὰ πολλά· νόσοι δέ, ὅταν ἐναντίως. ὅταν γὰρ τηκομένη σὰρξ ἀνάπαλιν εἰς τὰς φλέβας τὴν τηκεδόνα ἐξιῇ, τότε μετὰ πνεύματος αἷμα πολύ τε καὶ παντοδαπὸν ἐν ταῖς φλεψὶ χρώμασι καὶ πικρότησι ποικιλλόμενον, ἔτι δὲ ὀξείαις καὶ ἁλμυραῖς δυνάμεσι,

x. Vulgo ὑγιαίνειν legebatur, quod deberi videtur iis, quibus haec constructio verbi ξυμβαίνει offensioni esset, de qua tamen vide ann. crit. ad Remp. II. p. 375. D. Sic deinde etiam pro νόσοι δέ (sc. ξυμβαίνουσιν) vulgo νοσεῖ δέ scribebatur. Sed veram lectionem tuentur Par. AFSY. Vat. Θ. Ambr. s. Vat. o. Tub. Flor. b. β. n. x.

τὴν τηκεδόνα ἐξιῇ] V. ἐξίῃ, quod est in plerisque codicibus.

πικρότησι ποικιλλόμενον] V. πυκνότησι ποικιλούμενον. errore.

tas habente protenus effluat aut propter nimiam crassitudinem tardius per venas labatur: de qua re disputatur infra p. 85. D sqq.

γλισχρὸν καὶ λιπαρὸν] viscosum, s. glutinosum, et pingue. v. Foësius l. c. p. 137. Dein isti ἅμα μέν nihil in sequentibus respondet. Suspicor locum esse hunc in modum refingendum: ἅμα μὲν τὴν σάρκα κολλᾷ πρὸς τὴν τῶν ὀστῶν φύσιν, ἅμα δὲ τὸ περὶ τὸν μυελὸν ὀστοῦν τρέφον αὔξει, αὐτὸ δ' αὖ διὰ τὴν π. κ. τ. λ. glutinosum illud et pingue, quod a nervis et carnibus proficiscitur, simul et carnes ossibus alligat, et ossa medullae circumdata nutrit atque auget, ipsum autem vicissim per ossium densitatem quasi percolatum ex ossibus fluens atque stillans irrigat medullam. In quibus apertum est αὐτὸ δ' αὖ pertinere maxime ad notionem participii διηθούμενον. — γένος τῶν τριγώνων, h. e. omnium primariorum corporis elementorum.

E. ὅταν γὰρ τηκομένη πάλιν —] Docuit antea maximam sanguinis esse vim ad corporis sanitatem. Itaque nunc morborum causas exinde praecipue explicat, quod turbato naturali corporis ordine humores corrumpantur indeque etiam sanguis labem trahat; quo facto necesse esse, ut universi corporis valetudo pessumdetur, siquidem sanguis per omnes venas dimanare atque corpori quasi pabulum praebere existimandus sit.

χολὰς καὶ ἰχῶρας καὶ φλέγματα παντοῖα ἴσχει· παλιναίρετα γὰρ πάντα γεγονότα καὶ διεφθαρμένα τό τε αἷμα αὐτὸ πρῶτον διόλλυσι, καὶ αὐτὰ οὐδεμίαν
83 τροφὴν ἔτι τῷ σώματι παρέχοντα φέρεται πάντῃ διὰ τῶν φλεβῶν, τάξιν τῶν κατὰ φύσιν οὐκέτ' ἔχοντα περιόδων, ἐχθρὰ μὲν αὐτὰ αὑτοῖς διὰ τὸ μηδεμίαν ἀπόλαυσιν ἑαυτῶν ἔχειν, τῷ ξυνεστῶτι δὲ τοῦ σώματος καὶ μένοντι κατὰ χώραν πολέμια, διολλύντα καὶ τήκοντα. ὅσον μὲν οὖν ἂν παλαιότατον ὂν τῆς σαρκὸς τακῇ, δύσπεπτον γιγνόμενον μελαίνει μὲν ὑπὸ παλαιᾶς ξυγκαύσεως, διὰ δὲ τὸ πάντῃ διαβεβρῶσθαι

παντοῖα ἴσχει] Par. A. Legebatur ἴσχει παντοῖα.

P. 83. οὐκέτ' ἔχοντα περιόδων] οὐκ ἔτι σχόντα Par. A. unde Bekkerus extudit οὐκέτ' ἔχοντα. bene.

ἀπόλαυσιν ἑαυτῶν] Hunc ordinem tenet Par. A. Ceteri cum editt. ἑαυτῶν ἀπόλαυσιν.

ὅσον μὲν οὖν ἂν π.] ἂν Par. AFS. Vat. Θ. Mon. Ambr. o. Ricard. Vat. or. Flor. b. β. n. x. Vett. editt. αὖ.

καὶ ἰχῶρας] V. ad p. 83. C.

παλιναίρετα γὰρ πάντα γεγονότα] quum omnia fiunt modo contrario, quod supra dicebatur ἀνάπαλιν. Notarunt hunc usum vocabuli Photius in Lex. v. παλιναίρετα, qui inter alia interpretatur: τὰ ἐναντίον αὐτῇ τῇ αἱρέσει πάθος ἐμποιοῦντα. et Timaeus Gloss. p. 203. cuius verba fortasse sic emendanda sunt: σημαίνει δὲ καὶ τὰ ἀνάπαλιν γεγονότα ἐν Τιμαίῳ. Mox quod dicitur τό τε αἷμα αὐτό, pronomen sic accipiendum: ipsum adeo sanguinem, qui totius scilicet corporis alimentum est.

P. 83. διὰ τὸ μηδεμίαν ἀπόλαυσιν ἑαυτῶν ἔχειν] propterea quod nullam ex se invicem utilitatem capiunt. Suidas: Οἱ Ἀττικοὶ ἑαυτοὺς ἀντὶ τοῦ ἀλλήλους λέγουσιν. Hesychius T. I. p. 1059. Ἑαυτούς· ἀλλήλους. Sophocl. Antig. v. 145. πατρὸς ἑνὸς μητρός τε μιᾶς φύντε καθ' αὑτοῖν δικρατεῖς λόγχας στήσαντ' ἔχετον. ubi Schol. κατ' ἀλλήλοιν. Xenoph. Mem. III. 5, 16. καὶ φθονοῦσιν ἑαυτοῖς μᾶλλον ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις. Demosthenes Philipp. I. p. 43. ed. Reisk. Sed affatim exemplorum suppeditabunt Hemsterhus. Miscellan. obss. X. p. 209. Abresch. ad Xenoph. Ephes. p. 164. ed. Locell. Heindorf. ad Plat. Parmenid. p. 211. Mox τὸ ξυνεστός nominis substantivi vi et potestate praeditum genitivum τοῦ σώματος additum habet, de quo constructionis genere conf. De Rep. X. p. 603. A. τὸ παρὰ τὰ μέτρα ἄρα δοξάζον τῆς ψυχῆς. De Rep. I. p. 338. C. 339. A. D. E. 340. A. B. C. 341. A. B. 342. C. 343. C. 344. C. 346. E. 347. E. II. p. 367. C. ubi τὸ ξυμφέρον ita constructum. conf. Lobeck. ad Aiac. v. 358. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 139. Rem pervulgatam qui ignoravit Linda-

πικρὸν ὂν παντὶ χαλεπὸν προςπίπτει τοῦ σώματος, **B** ὅσον ἂν μήπω διεφθαρμένον ᾖ. καὶ τοτὲ μὲν ἀντὶ τῆς πικρότητος ὀξύτητα ἔσχε τὸ μέλαν χρῶμα, ἀπολεπτυνθέντος μᾶλλον τοῦ πικροῦ· τοτὲ δὲ ἡ πικρότης αὖ βαφεῖσα αἵματι χρῶμα ἔσχεν ἐρυθρότερον, τοῦ δὲ μέλανος τούτῳ ξυγκεραννυμένου χολῶδες· ἔτι δὲ ξυμμίγνυται ξανθὸν χρῶμα μετα τῆς πικρότητος, ὅταν νέα ξυντακῇ σάρξ ὑπο τοῦ περὶ τὴν φλόγα πυρός. καὶ τὸ μὲν κοινὸν ὄνομα πᾶσι τούτοις ἤ τινες ἰατρῶν που χολὴν ἐπωνόμασαν ἢ καί τις ὢν δυνατὸς εἰς **C** πολλὰ μὲν καὶ ἀνόμοια βλέπειν, ὁρᾶν δ' ἐν αὐτοῖς

B. διεφθαρμένον ᾖ] V. εἴη, quod ex Par. A. Flor. x. emendavimus.

ξυγκεραννυμένου χολῶδες] Cornarius coni. χλοῶδες, herbaceum, quod habet Tub. Par. F. et marg. Vat. Θ.

C. χολὴν ἐπωνόμασαν] Sic Par. AF. Vat. o. Flor. x. pro vulg. ὠνόμασαν.

vius, is μέρει supplendum esse sibi persuasit. — διολλύντα καὶ τήκοντα, sc. αὐτό.

δύςπεπτον γιγνόμενον μελαίνει] h. e. nigrescit. v. Lobeck. ad Aiac. p. 383. ed. 2. — δύςπεπτον, h. e. difficile ad putrefaciendum. — ὑπὸ παλαιᾶς ξυγκαύσεως, quoniam iam dudum putredine est affectum nec tamen penitus liquefactum.

B. καὶ τοτὲ μὲν τῆς πικρότητος] Hoc dicit: nigrescens ille color carnis non prorsus putredine emollitae et adesae interdum non cum amaritudine sed cum acerbitate est coniunctus, si amarum est dilutum magis et attenuatum; interdum vero etiam amaritudo sanguine tincta rubriorem habet colorem, ac, si niger cum hoc ipso miscetur, bili similem. Praeterea etiam flavus color amaritudini iungitur, quum recens caro ab igne flammae circumfuso colliquefacta est.

ἤ τινες ἰατρῶν που χολὴν ἐπ.] Commune nomen his omnibus esse bilem ait, sive id medici aliqui imposuerint, sive aliquis, qui in summa varietate et multitudine tamen omnibus generis communitatem convenire perspicere potuerit, hoc est philosophus. Quod quorsum pertineat, nos quidem ignorare fatemur. Videtur tamen hic usus vocabuli χολῆς etiam tunc non fixus ac stabilitus fuisse, ut Plato de ea re sibi aliquid admonendum esse putaverit. Quod vero additur, τὰ δ' ἄλλα ὅσα χολῆς εἴδη λεγ. κ. τ. λ., iam veteres medicos constat bilem flavam, pallidam, rubram, atram, al. distinxisse; id quod ex Hippocrate docuit Foësius Oeconom. Hippocr. in v. Χολή. Ceterum de usu voc. χολῆς disputat Galenus Commentar. III. in libr. De ratione vict. in morb. acut. p. 72.

ἓν γένος ἑνὸν ἄξιον ἐπωνυμίας πᾶσι· τὰ δ' ἄλλα ὅσα χολῆς εἴδη λέγεται, κατὰ τὴν χρόαν ἔσχέ λόγον αὐτῶν ἕκαστον ἴδιον. ἰχὼρ δέ, ὁ μὲν αἵματος ὀρὸς πρᾶος, ὁ δὲ μελαίνης χολῆς ὀξείας τε ἄγριος, ὅταν ξυμμιγνύηται διὰ θερμότητα ἁλμυρᾷ δυνάμει· καλεῖται δὲ ὀξὺ φλέγμα το τοιοῦτον. τὸ δ' αὖ μετὰ ἀέρος
D τηκόμενον ἐκ νέας καὶ ἁπαλῆς σαρκός, τούτου δὲ ἀνεμωθέντος καὶ ξυμπεριληφθέντος ὑπὸ ὑγρότητος, καὶ πομφολύγων ξυστασῶν ἐκ τοῦ πάθους τούτου καθ' ἑκάστην μὲν ἀοράτων διὰ σμικρότητα, ξυναπασῶν δὲ τὸν ὄγκον παρεχομένων ὁρατόν, χρῶμα ἐχουσῶν διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν ἰδεῖν λευκόν, ταύτην

ὀρὸς πρᾶος] ὀρὸς hic et ubique Par. A. Vat. ο. Flor. x. et corr. Vat. Θ. Vulgo scribebatur ὀῤῥός.

ὅταν ξυμμιγνύηται] ξυμμίγνυται Vat. ο. Florent. x. v. ad Phaedon. p. 77. B.

D. τὸν ὄγκον παρεχομένων] V. τῶν ὄγκων, adversantibus codd. omnibus. Paullo inferius ξυμπλεκεῖσαν Par. A. Vind. Ambr. s. Flor. x.

φλέγματος δ' αὖ νέου] αὖ, vulgo neglectum, restituerunt Par. ASY. Ven. Σ. Vind. Ambr. s. x. Ricard. Vat. ΘΥ. Florentini omnes.

τεταγμένους τοῦ βίου γίγνεται χρόνους τοῦ τε γένους ξύμπαντος, καὶ καθ' αὑτὸ τὸ ζῷον εἱμαρμένον ἕκαστον ἔχον τὸν βίον φύεται, χωρὶς τῶν ἐξ ἀνάγκης παθημάτων· τὰ γὰρ τρίγωνα εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ἑκάστου δύναμιν ἔχοντα ξυνίσταται μέχρι τινὸς χρόνου C δυνατὰ ἐξαρκεῖν, οὗ βίον οὐκ ἄν ποτέ τις εἰς τὸ πέραν ἔτι βιῴη. τρόπος οὖν ὁ αὐτὸς καὶ τῆς περὶ τὰ νοσήματα ξυστάσεως· ἣν ὅταν τις παρὰ τὴν εἱμαρμένην τοῦ χρόνου φθείρῃ φαρμακείαις, ἅμα ἐκ σμικρῶν μεγάλα καὶ πολλὰ ἐξ ὀλίγων νοσήματα φιλεῖ γίγνεσθαι. διὸ παιδαγωγεῖν δεῖ διαίταις πάντα τὰ τοιαῦτα, καθ' ὅσον ἂν ᾖ τῳ σχολή, ἀλλ' οὐ φαρ- D μακεύοντα κακὸν δύσκολον ἐρεθιστέον. Καὶ περὶ μὲν

τρόπος οὖν ὁ αὐτὸς] ὁ articulus ex Par A. Vat. bt. a Bekkero restitutus.

ἣν ὅταν τις παρὰ] V. ξυστάσεως ἦν· ἃ ὅταν τις. In Bas. 2. ἃ deest. Receptam lectionem suppeditarunt Par. AS. Mon. Ambr. s. Vat. bor. In codd. Flor. a. b. c. o. legitur ξυστάσεως ἦν· ὅταν τις κ. τ. λ.

D. ἀλλ' οὐ φαρμακεύοντα] V. φαρμακεύοντας. Singularem numerum tuentur Par. AF. Vat. Θ. Mon. Flor. x.

obnoxia sunt. De Rep. V. p. 450. C. πολλὰς ἀπιστίας ἔχει. Phileb. p. 22. C. ἀλλ' ἕξει που ταὐτὰ ἐγκλήματα. v. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 4. et 985. ibidemque Hermann. p. 865. Similiter Latini dicunt haec res magnam habet reprehensionem, et quae sunt id genus alia.

καὶ γὰρ ἡ τούτων ξύνοδος] Hic ξύνοδος idem est quod antea ξύστασις. Comparantur vero morborum periodi cum vitae animalium terminis quum generi universo tum singulis animalibus ab ipsa natura constitutis, χωρὶς τῶν ἐξ ἀνάγκης παθημάτων, h. e. si discesseris ab affectionibus necessitate allatis et quasi fatalibus, abgesehen von den von Nothwendigkeit herrührenden Zuständen. Sic enim χωρὶς intelligendum putamus, cuius usus exempla bene multa consignavimus ad Criton. p. 44. B. Apol. Socr. p. 35. B. Sympos. p. 173. B. et 184. B. Verba καὶ καθ' αὑτὸ τὸ ζῷον κ. τ. λ. paullulum traiecta sic coniungas: καὶ ἕκαστον τὸ ζῷον καθ' αὑτὸ (per se seorsum) φύεται ἔχον εἱμαρμένον τὸν βίον. Ceterum καὶ γάρ nunc non est etenim, sed nam etiam, de quo vocularum usu quum alibi tum ad Sympos. p. 176. B. explicatum est.

C. τὰ γὰρ τρίγωνα —] Hic quoque τὰ τρίγωνα significant primaria elementa, unde vita animalium apta atque suspensa est. Quae dicuntur ἑκάστου δύναμιν ἔχειν. Dein ne quis in δυνατὰ haereat, verbo-

τοῦ κοινοῦ ζώου καὶ τοῦ κατὰ τὸ σῶμα αὐτοῦ μέρους, ᾗ τις ἂν καὶ διαπαιδαγωγῶν καὶ διαπαιδαγωγούμενος ὑφ' αὑτοῦ μάλιστ' ἂν κατὰ λόγον ζῴη, ταύτῃ λελέχθω. τὸ δὲ δὴ παιδαγωγῆσον αὐτὸ μᾶλλόν που καὶ πρότερον παρασκευαστέον εἰς δύναμιν ὅ τι κάλλιστον καὶ ἄριστον εἰς τὴν παιδαγωγίαν εἶναι. δι' ἀκριβείας μὲν οὖν περὶ τούτων διελθεῖν ἱκανὸν ἂν
E γένοιτο αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον ἔργον· τὸ δ' ἐν παρέργῳ κατὰ τὰ πρόσθεν ἑπόμενος ἄν τις οὐκ ἄπο τρόπου τῇδε σκοπῶν ὧδε τῷ λόγῳ διαπεράναιτ' ἄν.

κατὰ τὸ σῶμα αὐτοῦ] τὸ vulgo deerat, libris fere omnibus dissentientibus.

ταύτῃ λελέχθω] ταῦτα vett. editt. sine codicum suffragio.

rum structura haec est: ξυνίσταται ὡς δυνατά. Mox *παιδαγωγεῖν* universe est regere et moderari.

D. *διαπαιδαγωγῶν καὶ διαπαιδαγωγούμενος ὑφ' αὑτοῦ*] In his usu constanti ad διαπαιδαγωγῶν ex sequenti ὑφ' αὑτοῦ intelligendum relinquitur ἑαυτόν. v. ad Menexen. p. 243. D. Erit igitur verborum sententia haec: Et haec quidem dicta sunto cum de communi animante (de tota hominis natura) tum de parte eius corporea, qua quis ratione semet ipsum gubernans et a se ipso gubernatus quam maxime, secundum rationem vivat. Sed hoc ipsum pugnat cum verbis proximis: τὸ δὲ δὴ παιδαγωγῆσον αὐτό ctr. unde apparet non de gubernatione sui, sed de moderatione naturae animalis atque corporis cogitari voluisse philosophum. Scribendum igitur sine dubio est ὑπ' αὐτοῦ, hoc sensu: qua quis ratione illud gubernans et ab eo gubernatus quam convenientissime rationi vivat. Quod depravatum videtur ab iis, qui quid sibi vellet istud, παιδαγωγούμενος ὑπ' αὐτοῦ, non intellexissent. Enimvero quum antea demonstratum sit melius esse morbis subinde prudenter indulgere, quam eosdem medicamentis importune lacessere ac veluti provocare; profecto ὑπὸ τοῦ ζώου καὶ τοῦ κατὰ τὸ σῶμα αὐτοῦ μέρους παιδαγωγεῖσθαι recte dici potest, qui quibusdam corporis affectionibus veluti obtemperat, ut scilicet malis instantibus vel etiam praesentibus medeatur. — *τὸ παιδαγωγῆσον αὐτό*, quod animalis imperium habiturum est, intelligitur animus. Nam corporis servitio, animi imperio utimur.

E. *τὸ δ' ἐν παρέργῳ κατὰ τὸ πρόσθεν* —] Opponitur ἐν παρέργῳ praegresso δι' ἀκριβείας. v. ad Remp. VI. p. 498. A. Dein οὐκ ἄπο τρόπου est non absurde. Contrarium est πρὸς τρόπου. v. ad Phaedrum p. 278. D.

P. 92. *φυλακτέον ὅπως ἂν ἔχωσι — ξυμμ.*] Omnes

καθάπερ εἴπομεν πολλάκις, ὅτι τρία τριχῇ ψυχῆς ἐν
ἡμῖν εἴδη κατῴκισται, τυγχάνει δὲ ἕκαστον κινήσεις
ἔχον, οὕτω κατὰ ταὐτὰ καὶ νῦν ὡς διὰ βραχυτάτων
ῥητέον, ὅτι τὸ μὲν αὐτῶν ἐν ἀργίᾳ διάγον καὶ τῶν
ἑαυτοῦ κινήσεων ἡσυχίαν ἄγον ἀσθενέστατον ἀνάγκη
γίγνεσθαι, τὸ δ' ἐν γυμνασίοις ἐῤῥωμενέστατον· διὸ
φυλακτέον, ὅπως ἂν ἔχωσι τὰς κινήσεις πρὸς ἄλληλα **90**
συμμέτρους. τὸ δὲ δὴ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ'
ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα
αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε, τοῦτο ὃ δή φα-

E. τριχῇ ψυχῆς] V. ordine inverso ψυχῆς τριχῇ.
P. 90. πρὸς ἄλληλα συμμέτρους] V. συμμέτρως. Recte Par. AF. Vat. ϑo. Flor. β. x. et pr. Vind. Dein δὴ om. Vat. ϑ. Par. A.

animi facultates censet continuo esse exercendas, quoniam si qua quieti indulgeat, ea viribus deficiat necesse sit. Illud autem diligenter vult observari, ut omnes congruentes inter se motus habeant, ne alia alii officiat. Quod sine dubio efficitur sic, ut quaeque pro dignitate sua ac praestantia rite excolatur, ideoque plurimum tribuatur rationi, minus iracundiae, minimum denique cupiditatibus, quae potius rationis freno coercendae regendaeque sunt. En habes harmonicam, quam nostri vocant, hominis excolendi formandique rationem, quae nostris temporibus omnium ore celebratur, a multis tamen magna iudicii perversitate eo refertur, ut pueri et adolescentes omnia ea addiscere debere existimentur, quae vitae necessitatibus inserviant. Nempe ita res facile eo deveniet, ut denique in scholis etiam opificia, maximeque sutrina et sartura, exercenda sint. Quid enim his magis necessarium?

ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δ.] Itaque τὸν νοῦν tanquam daemonem unicuique homini additum pronunciat. Quae sententia ab aliis ad Heraclitum, ab aliis autem ad Anaxagoram auctorem relata, postea temporis maxime a Stoicis celebrata est, qui item τὸν νοῦν ducem et custodem hominis, e divina decerptum natura, voluerunt, atque daemonem appellarunt. Marc. Anton. V. 27. ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ παραστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ· οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος. ubi consulatur Gataker. Rem copiosius persecuti sunt Wyttenbach. ad Phaedon. p. 289. et Bibliothec. Crit. T. III. P. I. s. Vol. IX. p. 20 sqq. Creuzer. ad Plotin. T. III. p. 163. Respexerunt hunc Platonis locum praeter alios Plutarch. De exil. T. II. p. 600. F. = T. III. p. 289. ed. Wytt. et Synesius De providentia p. 23. ed. Krabinger. Pro αὐτό quod Stephanus αὐτήν maluit, neutrum stare posse evincent quae ad Phaedon. p. 88. A. atque alibi de hac loquendi ratione exposuimus. —

μεν οἰκοῖν μὲν ἡμῶν ἐπ' ἄκρῳ τῷ σώματι, πρὸς δὲ
τὴν ἐν οὐρανῷ ξυγγένειαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρειν ὡς
ὄντας φυτὸν οὐκ ἔγγειον ἀλλ' οὐράνιον, ὀρθότατα
λέγοντες· ἐκεῖθεν γὰρ ὅθεν ἡ πρώτη τῆς ψυχῆς γέ-
B νεσις ἔφυ, τὸ θεῖον τὴν κεφαλὴν καὶ ῥίζαν ἡμῶν
ἀνακρεμαννὺν ὀρθοῖ πᾶν τὸ σῶμα. τῷ μὲν οὖν περὶ
τὰς ἐπιθυμίας ἢ φιλονεικίας τετευτακότι καὶ ταῦτα
διαπονοῦντι σφόδρα πάντα τὰ δόγματα ἀνάγκη θνητὰ
ἐγγεγονέναι, καὶ παντάπασι καθ' ὅσον μάλιστα δυνα-
τὸν θνητῷ γίγνεσθαι, τούτου μηδὲ σμικρὸν ἐλλεί-
πειν, ἅτε τὸ τοιοῦτον ηὐξηκότι· τῷ δὲ περὶ φιλομά-
θειαν καὶ περὶ τὰς τῆς ἀληθείας φρονήσεις ἐσπου-
δακότι καὶ ταῦτα μάλιστα τῶν αὐτοῦ γεγυμνασμένῳ
C φρονεῖν μὲν ἀθάνατα καὶ θεῖα, ἄν περ ἀληθείας
ἐφάπτηται, πᾶσα ἀνάγκη που, καθ' ὅσον δ' αὖ μετα-

B. τετευτακότι καὶ ταῦτα] Sic Par. A. Vat. b. Tub. Flor. β. x. Vett. editt. τετευκότι vel τετευχότι. Vat. Θ. Ven. Σ. et alii non pauci τετευκότι.

σμικρὸν ἐλλείπειν] Sic Par. AF. Ven. Ξ. Vat. bo. Flor. x. et corr. Vat. Θ. Legebatur vulgo ἐλλιπεῖν.

ἐν ἄκρῳ τῷ σώματι, 69. D. E. 70. A.

πρὸς δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ ξυγγένειαν] Hunc quoque locum multi posteriorum temporum scriptores memorant, veluti Iamblich. Protrept. c. 5. et Iulian. Orat. II. 69. De erecta hominis statura multa collegerunt Davisius ad Ciceron. De natur. deor. II. 56. Legg. I. 9, 26. interpretes ad Sallustii Cat. c. 1. et Ovidii Metamorph. I. 84 sq. Hinc Lactantius Institutt. II, 1, 14. hominem a Graecis dicit appellatum esse ἄνθρωπον a sursum spectando. Qua in re consentientem habet Herderum in libro: Ideen zur Philosophie der Geschichte der Menschhet P. I. libr, III, c. 1. qui praeter alia haec scribit: „Der Mensch ist ein ἄνθρωπος, ein über sich, ein weit um sich schauendes Geschöpf.“ Socratis de eadem re sententiam Xenophon. Memor. I. 4, 11. memoriae prodidit: πρῶτον μὲν μόνον τῶν ζώων ἄνθρωπον ὀρθὸν ἀνέστησαν (οἱ θεοί)· ἡ δ' ὀρθότης καὶ προορᾶν πλεῖον ποιεῖ δύνασθαι καὶ τὰ ὕπερθεν μᾶλλον θεῆσθαι καὶ ἧττον κακοπαθεῖν. Is igitur non tam magnifice quam Plato sentiens hoc quoque ad utilitatis trutinam exegit. — τὸ θεῖον, h. e. ὁ θεός.

B. τῷ μὲν οὖν περὶ τ. ἐπ. — τετευτακότι] Scribebatur olim τετευχότι vel τετευκότι, quod dudum ex antiquis gram-

σχεῖν ἀνθρωπίνῃ φύσις ἀθανασίας ἐνδέχεται, τούτου μηδὲν μέρος ἀπολείπειν, ἅτε δὲ ἀεὶ θεραπεύοντα τὸ θεῖον ἔχοντά τε αὐτὸν εὖ μάλα κεκοσμημένον τὸν δαίμονα ξύνοικον ἐν αὑτῷ διαφερόντως εὐδαίμονα εἶναι. θεραπεία δὲ δὴ παντὶ παντὸς μία, τὰς οἰκείας ἑκάστῳ τροφὰς καὶ κινήσεις ἀποδιδόναι. τῷ δ' ἐν ἡμῖν θείῳ ξυγγενεῖς εἰσι κινήσεις αἱ τοῦ παντὸς δια- D νοήσεις καὶ περιφοραί. ταύταις δὴ ξυνεπόμενον ἕκαστον δεῖ, τὰς περὶ τὴν γένεσιν ἐν τῇ κεφαλῇ διεφθαρμένας ἡμῶν περιόδους ἐξορθοῦντα διὰ τὸ καταμανθάνειν τὰς τοῦ παντὸς ἁρμονίας τε καὶ περιφοράς, τῷ κατανοουμένῳ τὸ κατανοοῦν ἐξομοιῶσαι κατὰ τὴν ἀρχαίαν φύσιν, ὁμοιώσαντα δὲ τέλος ἔχειν τοῦ προτεθέντος ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν ἀρίστου βίου πρός τε τὸν παρόντα καὶ τὸν ἔπειτα χρόνον.

τὰς τῆς ἀληθείας φρονήσεις] τὰς ἀληθεῖς φρ. Par. A. C. *μηδὲν μέρος ἀπολείπειν*] Par. A. Vat. b. ἀπολείπειν pro ἀπολιπεῖν. Pro μηδὲν vulgo legebatur μηδ' ἄν, quod vix liber ullus habuerit.

παντὶ παντὸς μία] V. πάντῃ, quod mutavimus ex Par. AFY. Θ. bor. Flor. b. β. n. x.

maticis emendavit Paul. Leopardus Emendat. XI. 2. comprobante Ruhnkenio ad Glossar. Tim. p. 253 sqq. ubi doctissime de huius verbi usu exposuit. Memorantur autem primum ἐπιθυμίαι, deinde φιλονεικίαι, ex quibus alterae ad τὸ ἐπιθυμητικόν, alterae ad τὸ θυμικόν referendae sunt. — *τούτου μηδὲ σμικρὸν ἐλλείπειν*, hac in re (ut mortalis fiat), nihil prorsus reliqui facere, ut supra p. 29. B. ubi v. ann. De divinarum rerum meditatione optima ad immortalitatem duce legendus est divinus ille locus Symposii p. 208. B. sqq.

C. *ἅτε δὲ ἀεὶ θεραπεύοντα —*] Utitur nunc accusandi casu, quum antea dandi casum adhibuerit. Scilicet utrumque fert loquutio ἀνάγκη ἐστίν, unde haec quoque suspensa sunt. De honoribus, quibus veteres genium ornabant v. Censorinus De die natal. c. 2. et 3. Creuzer. Symb. u. Mythol. III. 36. 50 sqq. Manso Versuche über einige Gegenstände aus der Mythologie p. 469 sqq.

D. *αἱ τοῦ παντός διανοήσεις καὶ περιφοραί*] Ad rem conferas p. 37. A. sqq. Istud διανοήσεις suspicamur ex glossemate aliquo duxisse originem. — *κατὰ τὴν ἀρχαίαν φύσιν*, sc. per generationem depravatam.

E *Καὶ δὴ καὶ τὰ νῦν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς παραγγελθέντα διεξελθεῖν περὶ τοῦ παντὸς μέχρι γενέσεως ἀνθρωπίνης σχεδὸν ἔοικε τέλος ἔχειν. τὰ γὰρ ἄλλα ζῶα ᾗ γέγονεν αὖ, διὰ βραχέων ἐπιμνηστέον, ὅ τι μή τις ἀνάγκη μηκύνειν· οὕτω γὰρ ἐμμετρότερός τις ἂν αὐτῷ δόξειε περὶ τοὺς τούτων λόγους εἶναι. τῇδ' οὖν τὸ τοιοῦτον ἔστω λεγόμενον. Τῶν γενομένων ἀνδρῶν ὅσοι δειλοὶ*

E. ὅ τι μή τις ἀνάγκη] V. ὅ μή τις. Vat. o. Flor. x. ὅτι μή. unde feci ὅ τι μή. Par. F. Mon. et corr. Vat. Θ. εἰ μή, quod ex ὅ τι μὴ ortum.

ἐμμετρότερός τις ἂν] ἄν, quod vulgo deerat, insertum est ex Par. AFSY. Vat. Θ. Vind. Σ. Vind. Ambr. s. x. Ricard. Vat. ber. Flor. a, b. β. c. n. o. x.

E. *Καὶ δὴ καὶ τὰ νῦν ἡμῖν* —] Exscripsit locum Stobaeus Eclogg. Phys. I. p. 760. ed. Heer. Declaratur vero nunc reliquorum animalium origo e genere humano. Cum principio, inquit, omnes homines creati mares essent ac praeter ipsos nulla extarent alia animalia, factum est paullatim, ut qui deteriores evasissent, ii in deteriora animalia abirent. Itaque quicunque ignavi aut iniusti exstiterant, in secunda generationis periodo in feminas mutati sunt, quo tempore a diis etiam sexus discrimen est constitutum atque liberorum procreandorum facultas data hominibus. Enimvero secutus Plato in his est Graecorum opinionem de muliebris naturae infirmitate et minore dignitate; v. Legg. VI. p. 781. B. *ἡ θήλεια ἡμῖν φύσις ἐστὶ πρὸς ἀρετὴν χείρων τῆς τῶν ἀῤῥένων.* De Republ. IV. p. 431. B. V. p. 451. E. et 460. D. al. Porro avium genus ex iis viris prognatum est, qui nemini nocentes tamen animum non a levitate averterant et quum rerum sublimium cognitioni operam darent, tamen sensuum ope ad eam perveniri posse sibi persuaserant. In quadrupedum genus versi sunt, qui philosophia prorsus neglecta, sese totos tradiderant voluptatibus atque contemtis rebus coelestibus unice rebus terrestribus studuerant. Horum ipsorum autem qui maxime vecordes et inertes extitissent, ii abierunt in reptilia. Ultimum denique genus est animalium aquaticorum, quod constat ex iis, qui omnium facti essent stolidissimi et ignavissimi: quocirca ne respiratione quidem pura atque liquida digni existimati sunt. Hunc vero migrationis ordinem Timaeus ait etiam nunc valere, siquidem animalia, prouti mentem aut exercuerint aut neglecta exercitatione amiserint, in hanc aut illam classem commigrare iubeantur. Eandem rem philosophus supra p. 41. D. — 42. C. significat, ubi item statuit eum, qui sancte vitam degerit, ad illud astrum, cui sit accommodatus, redire, ut summa ibi fruatur felicitate; qui autem nativam innocentiam amiserit, secunda generatione in muliebrem mutari speciem; ac si ne tum quidem a sceleribus sese abstinuerit, in deteriorum etiam animalium formas concludi, us-

καὶ τὸν βίον ἀδίκως διῆλθον, κατὰ λόγον τὸν εἰκότα
γυναῖκες μετεφύοντο ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει. καὶ κατ'
ἐκεῖνον δὴ τὸν χρόνον διὰ ταῦτα θεοὶ τὸν τῆς ξυ- 91
νουσίας ἔρωτα ἐτεκτήναντο, ζῷον τὸ μὲν ἐν ἡμῖν, τὸ
δ' ἐν ταῖς γυναιξὶ συστήσαντες ἔμψυχον, τοιῷδε
τρόπῳ ποιήσαντες ἑκάτερον. τὴν τοῦ ποτοῦ διέξοδον,
ᾗ διὰ τοῦ πλεύμονος τὸ πῶμα ὑπὸ τοὺς νεφροὺς εἰς

τῇ δ' οὖν τὸ τοιοῦτον] Pro οὖν vulgo αὖ scribebatur, quod mutatum ex optimis plurimisque codicibus.

P. 91. τοιῷδε τρόπῳ π.] V. τοιῷδε δὲ τρ. Recte δὲ om. Par. A F. Ven. Σ. Vat. o. Flor. x. Tum πλεύμονος Par. A. Vat. b. pro vulg. πνεύμονος. Pro πόμα Par. F. Vat. r. Flor. x. πῶμα.

que dum vi naturae divinioris ipsi insita vitia elementorum contagione suscepta superaverit et ad pristinam redierit integritatem. Dubitari non potest, quin philosophus in his quoque legerit Pythagorae vestigia, sicuti fecit in Phaedro. p. 246. — 249. ubi vide quae p. 85. observavimus. Constat enim Pythagoram animos censuisse ex duabus partibus esse conflatos, meliore ac deteriore, quarum illam iudicavit immortalem, hanc autem voluit post multorum annorum circuitus et per varia hominum atque animalium corpora migrationes aut emendari aut interire. v. Davis. ad Ciceron. Tuscul. Disp. IV. 30. et Wyttenbachium Disputat. de immortalitate animor. p. 188 sqq. Opusc. ed. Bat. Hanc igitur sententiam Plato sic ad rem suam transtulit, ut totum hunc locum simul significaverit non tam argumentorum subtilitate posse illustrari, quam interiore quadam animi divinatione atque persuasione conclusum teneri. Quod autem philosophus omnia animalia voluit ex humana prodiisse natura, fecit hoc, nisi fallor, propterea, quod deteriora omnia censuit ex eo extitisse, quod ab diviniore et excelsiore natura deflexisset. Quemadmodum igitur animi hominum ex divina natura originem traxerunt, ita ex hominum genere ceterae animantes sunt prognatae.

ὅ τι μή τις ἀνάγκη μηκύνειν] Dicitur ὅ τι μή ut ὅσον μή, de quo v. ad p. 69. B.

γυναῖκες μετεφύοντο] Imperfecto utitur propterea, quod de eadem re iam in superioribus sermo fuit. Quem usum loquendi ad Criton p. 47. B. D. Phaed. p. 72. A. et alibi attigimus.

P. 91. ζῷον τὸ μὲν ἐν ἡμῖν] h. e. ἐν ἀνδράσιν. Recte Ficinus: igitur in viris unum animal, in feminis alterum vitae et animae compos composuerunt. Intelligitur autem ζῷον ἔμψυχον generandi facultas homini indita, ita ut ea ipsa per se iam considerata animalis videatur. Nimirum semen ipsum quoque animale est. — εἰς τὴν κύστιν, in vesiculam, quae dicitur, urinariam. v. Cels. IV. 1. et Foës. Oecon. Hipp. in voc. Κύστις.

τὴν κύστιν ἐλθὸν καὶ τῷ πνεύματι θλιφθὲν ξυνεκπέμπει δεχομένη, ξυνέτρησαν εἰς τὸν ἐκ τῆς κεφαλῆς κατὰ τὸν αὐχένα καὶ διὰ τῆς ῥάχεως μυελὸν ξυμπεπηγότα, ὃν δὴ σπέρμα ἐν τοῖς πρόσθεν λόγοις εἴπομεν· ὁ δέ, ἅτ' ἔμψυχος ὢν καὶ λαβὼν ἀναπνοὴν τοῦθ' ἧπερ ἀνέπνευσε, τῆς ἐκροῆς ζωτικὴν ἐπιθυμίαν ἐμποιήσας αὐτῷ τοῦ γεννᾶν ἔρωτα ἀπετέλεσε. διὸ δὴ τῶν μὲν ἀνδρῶν τὸ περὶ τὴν τῶν αἰδοίων φύσιν ἀπειθές τε καὶ αὐτοκρατὲς γεγονός, οἷον ζῶον ἀνυπήκοον τοῦ λόγου, πάντων δι' ἐπιθυμίας οἰστρώ-

B

τῷ πνεύματι θλιφθὲν] τὸ ante θλιφθὲν vulgo interpositum om. Par. A. Vat. Ꝺ. Flor. n. x. Dein Steph. δεχόμενοι, errore.

B. τοῦθ' ἧπερ ἀνέπνευσε] ταῦθ' marg. Par. F.

B. ὃν δὴ σπέρμα ἐν τοῖς πρόσθεν λόγοις εἴπομεν] Medullam, inquit, e capite per cervicem et spinam diffusam iam in superioribus *semen* vocavimus. Quod quidem animatum atque respirans ei parti, ubi respirat, effluendi vitalem cupiditatem iniiciens generandi amorem procreat. Itaque quum virilium natura genitalium propter appetitus vehementiam rationis imperium detrectat, tum mulierum matrix et vulva diuturniorem sterilitatem molestissime fert, adeo ut inde saepe periculosissimi morbi existant, donec ex ea cupido atque amor tanquam ex arbore fetum educant. De semine cerebri parte eadem fere fuit Alcmaeonis sententia, de qua exposuit Plutarch. qui fertur, De placit. philosoph. V. 3. et 17. Censorin. De die nat. c. 5. p. 26 ed. Lindenbr. et c. 16. Aristot. De generat. anim. III. c. 2. De histor. anim. VII. 1. Quae fuerit de eadem re Empedoclis opinio, narravit Aristot. De gener. anim. I. 18. et Galen. De semin. libr. II. c. 3. 10. Plutarch. l. c. c. 7. 8. 9. 10. Varias aliorum sententias retulit Nemesius De Nat. Hom. c. XXV.

λαβὼν ἀναπνοὴν τοῦθ' ἧπερ ἀνέπνευσε] In hoc loco videtur utique vitium aliquod delituisse. Codices tamen nihil aut parum a vulgata lectione discrepant. Unus pro ἧπερ habet ὅπερ. Alius pro τοῦθ' exhibet ταῦθ'. Posterius eo nos perducit, ut ταύτῃ ἧπερ scribendum existimemus, in quam coniecturam olim etiam Lindavius inciderat. Nam quod idem vir doctus postea temporis τοῦθ' per κατὰ τοῦτο explicandum censuit, vereor equidem magnopere, ne ea explicatio ferri non possit.

δι' ἐπιθυμίας οἰστρώδεις] Οἶστρος et οἰστρᾶν de furiosa cupiditate et libidine frequenter usurpatum; v. Lennep. ad Phalar. p. 43. ed. Lips. et ad Coluth. p. 59. Iacobs

δεις ἐπιχειρεῖ κρατεῖν· αἱ δ' ἐν ταῖς γυναιξὶν αὖ μῆτραί τε καὶ ὑστέραι λεγόμεναι διὰ ταὐτὰ ταῦτα, ζῷον C
ἐπιθυμητικὸν ἐνὸν τῆς παιδοποιίας, ὅταν ἄκαρπον παρὰ τὴν ὥραν χρόνον πολὺν γίγνηται, χαλεπῶς ἀγανακτοῦν φέρει, καὶ πλανώμενον πάντῃ κατὰ τὸ σῶμα, τὰς τοῦ πνεύματος διεξόδους ἀποφράττον, ἀναπνεῖν οὐκ ἐῶν εἰς ἀπορίας τὰς ἐσχάτας ἐμβάλλει καὶ νόσους παντοδαπὰς ἄλλας παρέχεται, μέχρι περ ἂν ἑκατέρων ἡ ἐπιθυμία καὶ ὁ ἔρως ἐξαγαγόντες οἷον ἀπὸ δένδρων καρπὸν καταδρέψαντες, ὡς εἰς ἄρου- D

C. εἰς ἀπορίας τὰς ἐσχάτας] V. εἰς ἀπορίας τε ἄλλας τὰς ἐσχάτας. quod habet γρ. Ven. Ξ.

οἷον ἀπὸ δένδρων] V. δένδρου, contra codicum omnium auctoritatem.

ad Achill. Tat. p. 184 sq. et ad Callistrat. p. 686.

C. παρὰ τὴν ὥραν] h. e. per tempus, quo vires maxime vigent. Nam ita παρά nunc accipiendum, de quo usu conferas Demosthen. Leptin. §. 70. παρὰ μὲν τὰς εὐεργεσίας. ubi videndus est Wolfius. Id. adv. Mid. §. 50. ed. Spald. παρὰ πάντα τὸν βίον. et §. 27. παρὰ πάνθ' ὅσα πράττουσιν. Xenoph. Mem. II. 1. παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν. Aeschines adv. Ctesiph. §. 10. Sed otium fecit nobis eruditio ac doctrina Boissonadii ad Philostrati Heroic. p. 315. Praeterea tenendum continuari constructionem sic, ut subiectum αἱ μῆτραί τε καὶ ὑστέραι negligatur atque omnia ad appositionem ζῷον ἐπιθυμητικὸν ἐνὸν τῆς παιδοποιίας referantur.

μέχρι περ ἂν ἑκατέρων ἡ ἐπιθυμία] Intell. ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Tribuit autem, sicut videtur, viro ἐπιθυμίαν, mulieri ἔρωτα, unde repetitio articuli habet explicationem. Proxima sic interpreteris: donec educto tanquam ex arboribus fructu ac deinde decerpto tanquam in arvum in matricem animalia propter parvitatem non adspectabilia necdum formata conserant rursusque secreta intus enutriant ac postea ea in lucem educentes generationem absolvant. Ad rem ipsam conf. Seneca Nat. Quaest. III. 29. In semine omnis futuri hominis ratio comprehensa est; et legem barbae et canorum nondum natus infans habet: totius enim corporis et sequentis aetatis in parvo occultoque lineamenta sunt. Augustin. De civit. dei XXII. 14. Hunc perfectionis modum sic habent omnes, ut cum illo concipiantur atque nascantur; sed habent in ratione, non in mole, sicut *ipsa iam membra omnia sunt latenter in semine.* De utero ma-

ραν τὴν μήτραν ἀόρατα ὑπὸ σμικρότητος καὶ ἀδιάπλαστα ζῶα κατασπείραντες, καὶ πάλιν διακρίναντες, μεγάλα ἐντὸς ἐκθρέψωνται καὶ μετὰ ταῦτα εἰς φῶς ἀγαγόντες ζώων ἀποτελέσωσι γένεσιν. Γυναῖκες μὲν οὖν καὶ τὸ θῆλυ πᾶν οὕτω γέγονε· τὸ δὲ τῶν ὀρνέων φῦλον μετεῤῥυθμίζετο, ἀντὶ τριχῶν πτερὰ φύον, ἐκ τῶν ἀκάκων ἀνδρῶν, κούφων δέ, καὶ μετεω-
E ρολογικῶν μέν, ἡγουμένων δὲ δι' ὄψεως τὰς περὶ τούτων ἀποδείξεις βεβαιοτάτας εἶναι δι' εὐήθειαν. τὸ δ' αὖ πεζὸν καὶ θηριῶδες γέγονεν ἐκ τῶν μηδὲν προσχρωμένων φιλοσοφίᾳ μηδὲ ἀθρούντων τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν φύσεως πέρι μηδέν, διὰ τὸ μηκέτι ταῖς ἐν τῇ κεφαλῇ χρῆσθαι περιόδοις, ἀλλὰ τοῖς περὶ τὰ στήθη τῆς ψυχῆς ἡγεμόσιν ἕπεσθαι μέρεσιν. ἐκ τούτων οὖν τῶν ἐπιτηδευμάτων τά τε ἐμπρόσθια

D. *καὶ μετὰ ταῦτα εἰς φ.*] τοῦτο Par. AF. Vat. ϛο. Flor. x.

καὶ τὸ θῆλυ πᾶν] τὸ temere omisit Steph.

E. *τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν φύσεως*] Pro τῆς vulgo erat τῶν, quod rursus caret codicum fere omnium testimoniis. Istud

-tris cum arvo comparato, Sophocl. Oed. Tyr. v. 1257. *μητρῴαν δ' ὅπου κίχοι διπλῆν ἄρουραν οὗ τε καὶ τέκνων.* Ibid. v. 1211. 1485. 1497. al. ubi etiam *ἀροῖν* sic dicitur. Structuram *ὡς εἰς ἄρουραν τὴν μήτραν* illustravimus ad p. 78. E. Denique *μεγάλα ἐκτρέφειν* dictum est ut *μεγάλα αὔξειν* et similia.

D. *φῦλον μετεῤῥυθμίζετο*] mutata forma fingebatur, ut supra p. 46. A. Quid sit *ἄκακος*, explicat Grammaticus in Bekkeri Anecdot. p. 370. *Ἄκακος, λέγεται δὲ καὶ ὁ χρηστὰ ἤθη ἔχων, εἰ καὶ ἐπ' ἔλαττον.* Dicitur igitur de homine simplici et a malitia alieno, quanquam ceteroquin etiam ignavo. v. Ruhnken. ad Tim. Glossar. p. 16. Valcken. ad Theocr. Adon. p. 202. A. Toup. Emendatt. in Suid. T. III. p. 17. Wesseling. ad Diodor. XIII. 76. Facete autem hic carpit Plato levitatem physicorum, qui in contemplanda rerum natura rationi parum, sensibus nimium tribuebant. Cuiusmodi homines ait mutatum iri aliquando in aviculas.

E. *ταῖς ἐν κεφάλῃ χρῆσθαι περιόδοις*] h. e. viribus, mentis et rationis, quam supra in capite collocavit. — *τοῖς περὶ τὰ στήθη ἡγεμ.* i. e. τῷ θυμικῷ καὶ τῷ ἐπιθυμητικῷ.

τά τ' ἐμπρόσθια κῶλα] Sic Philoni De mundo 14. οἱ ἐμπρόσθιοι πόδες dicuntur pe-

κῶλα καὶ τὰς κεφαλὰς εἰς γῆν ἑλκόμενα ὑπὸ ξυγγε-
νείας ἤρεισαν, προμήκεις τε καὶ παντοίας ἔσχον τὰς
κορυφάς, ὅπῃ συνεθλίφθησαν ὑπὸ ἀργίας ἑκάστων 92
αἱ περιφοραί. τετράπουν τε τὸ γένος αὐτῶν ἐκ ταύ-
της ἐφύετο καὶ πολύπουν τῆς προφάσεως, θεοῦ βά-
σεις ὑποτιθέντος πλείους τοῖς μᾶλλον ἄφροσιν, ὡς
μᾶλλον ἐπὶ γῆν ἕλκοιντο. τοῖς δ' ἀφρονεστάτοις αὐ-
τῶν τούτων καὶ παντάπασι πρὸς γῆν πᾶν τὸ σῶμα
κατατεινομένοις ὡς οὐδὲν ἔτι ποδῶν χρείας οὔσης,
ἄποδα αὐτὰ καὶ ἰλυσπώμενα ἐπὶ γῆς ἐγέννησαν. τὸ
δὲ τέταρτον γένος ἔνυδρον γέγονεν ἐκ τῶν μάλιστα B
ἀνοητοτάτων καὶ ἀμαθεστάτων, οὓς οὐδ' ἀναπνοῆς
καθαρᾶς ἔτι ἠξίωσαν οἱ μεταπλάττοντες, ὡς τὴν ψυ-
χὴν ὑπὸ πλημμελείας πάσης ἀκαθάρτως ἐχόντων,

φύσεως autem omnino deerat; quod restitutum ex Par. AF. Mon. Vat. b. Flor. β. x. et mg. Vat. Θ.

τῆς ψυχῆς ἡγεμόσιν] τῆς ex Par. A. Vat. b. restitutum.

τά τ' ἐμπρόσθια] Sic Par. A. Vat. b. Vulgo τά τε πρόσθια.

des anteriores. — εἰς γῆν — ἤρεισαν, in terra defixerunt.

P. 92. ἐκ ταύτης ἐφύετο — τῆς προφάσεως] His verbis epexegesis causa addita sunt quae proxime sequuntur: θεοῦ βάσεις ὑποτιθέντος κ. τ. λ. Est igitur loci sententia haec: quadrupedum autem genus et multipedum hac ex causa fiebat, quod deus magis insipientibus plures bases subiecit, quo magis humum traherentur. Eandem constructionis rationem habes Phaedon. p. 102. D. Protagor. p. 348. D. Theaet. p. 151. B. ubi vide ann. Alia eiusdem exempla suppeditabit Matthiae Gr. §. 565. 2.

τοῖς δ' ἀφρονεστάτοις—] Dativus, qui cohaerere debebat cum verbo primario, insolentius paullo suspensus est ex ὡς οὐδὲν ἔτι ποδῶν χρείας οὔσης. In quo tamen non est cur offendamus.

ἐκ τῶν μάλιστα ἀνοητάτων] Habes μάλιστα hic cum superlativo ita consociatum, ut eius vim revera intendat atque augeat. Eadem ratio est Herodot. II. 76. μάλιστα ἐμφερέστατα. Thucyd. VII. 42. μάλιστα δεινότατος. Sophocl. Oed. Col. v. 743. πλεῖστον ἀνθρώπων κάκιστος. Philoct. v. 631. τῆς πλεῖστον ἐχθίστης ἐχίδνης. al. quibus in locis A. Matthiae Gr. §. 461. f. non satis accurate iudicat superlativum adverbii vices positivi sustinere.

ἀλλ' ἀντὶ λεπτῆς καὶ καθαρᾶς ἀναπνοῆς ἀέρος εἰς ὕδατος θολερὰν καὶ βαθεῖαν ἔωσαν ἀνάπνευσιν· ὅθεν ἰχθύων ἔθνος καὶ τὸ τῶν ὀστρέων ξυναπάντων τε ὅσα ἔνυδρα γέγονε, δίκην ἀμαθίας ἐσχάτης ἐσχάτας οἰκήσεις εἰληχότων. καὶ κατὰ ταῦτα δὴ πάντα τότε καὶ νῦν διαμείβεται τὰ ζῶα εἰς ἄλληλα, νοῦ καὶ ἀνοίας ἀποβολῇ καὶ κτήσει μεταβαλλόμενα.

C Καὶ δὴ καὶ τέλος περὶ τοῦ παντὸς νῦν ἤδη τὸν λόγον ἡμῖν φῶμεν ἔχειν· θνητὰ γὰρ καὶ ἀθάνατα ζῶα λαβὼν καὶ ξυμπληρωθεὶς ὅδε ὁ κόσμος, οὕτω

P. 92. B. ὅθεν ἰχθύων ἔθνος] V. γένος. Sed ἔθνος Par. A. Vat. ϭο. Flor. x. Mox Ald. Bas. 1. 2. δίκαια ἀμαθίας. quod bene correxit Cornarius, cui libri mss. omnes adstipulantur.

νοῦ καὶ ἀνοίας ἀποβολῇ] Pro ἀνοίας Vat. ο. Flor. x. διανοίας. quae manifesta est critici alicuius correctio, qui chiasmi rationem neglexisset.

C. ἡμῖν φῶμεν ἔχειν] Hunc ordinem tenent Par. A. Vat. ϭ. Vulgo φῶμεν ἡμῖν ἔχειν.

ἰχθύων ἔθνος] V. p. 19. D. De forma ὀστρέων audias Athenaeum III. 92. F. = T. I. p. 213. ed. Dindorf. ὄστρεια δὲ μόνως οὕτως ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις· „Πίννησι καὶ ὀστρείοισιν ὁμοίη.“ καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας γάμῳ· „Ὄστρεια συμπεφυκότα.“ ὄστρεον δὲ ὡς ὄρνεον. Πλάτων ἐν Φαίδρῳ· „Ὀστρέου τρόπον, φησί, δεδεσμευμένοι.“ καὶ ἐν Τιμαίῳ· „Τὸ τῶν ὀστρέων γένος συμπάντων.“ ἐν δὲ τῷ τῆς Πολιτείας δεκάτῳ (p. 611. D.) ὄστρεια εἶπεν. v. interpretes Gregorii Corinth. De dialect. p. 343 et 892. Mox τότε καὶ νῦν est nunc ut olim, quod non percepit Lindavius, qui Timaeum scripsit hic redire ad superiora. Formulam illustravimus ad Phaedonem p. 88. D. et ad Phaedr. p. 254. A. ubi est ἀεί τε καὶ τότε, tunc ut semper. Phileb. p. 69. C. καὶ τότε καὶ νῦν, nunc ut antea. Sophocl. Elect. v. 676. νῦν τε καὶ τότ' ἐννέπω. Ibid. 907. καὶ νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσταμαι. Antig. v. 181. νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ. ubi v. Schaefer.

νοῦ καὶ ἀνοίας ἀποβολῇ καὶ κτήσει] Similis est chiasmus p. 89. C. ἅμα ἐκ σμικρῶν μεγάλα καὶ πολλὰ ἐξ ὀλίγων νοσήματα. Sympos. p. 186. A. ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλα πολλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, quae respondent praecedentibus ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς καλούς. — καὶ ξυμπληρωθείς, eoque modo completus. Ceterum haec clausula universae disputationis, quam exscripsit etiam Stobaeus Eclogg. Phys. I. p.

ζῶον ὁρατὸν τὰ ὁρατὰ περιέχον, εἰκὼν τοῦ νοητοῦ θεὸς αἰσθητός, μέγιστος καὶ ἄριστος κάλλιστός τε καὶ τελεώτατος γέγονεν, εἷς οὐρανὸς ὅδε, μονογενὴς ὤν.

εἰκὼν τοῦ νοητοῦ θεὸς] ποιητοῦ Par. A. Vat. ð. Pro θεός, quod tuentur Par. AFSY. Vat. Θ. Ambr. s. Vat. ðo. Flor. β. b. x., vulgo θεοῦ scribebatur. Mox pro ἄριστος Ven. Σ. Vind. Par. SY. Ven. x. Ricard. Vat. gr. Flor. a. b. c. n. o. ἀόριστος. Ald. Bas. 1. 2. εἰκὼν τοῦ νοητοῦ, θεὸς αἰσθητός, et post τελεώτατος non habent γέγονεν. Stephan. εἰκὼν τοῦ νοητοῦ θεοῦ, αἰσθητός, μ. — γέγονεν.

760. ed. Heer. non caret vi et gravitate, id quod facile sentient qui totius libri argumentum atque consilium uno veluti mentis obtutu consideraverint.

PROLEGOMENA

DE

CRITIA PLATONIS.

PROLEGOMENA

DE

CRITIA PLATONIS.

Cum Timaei opere arctissime cohaeret libellus, Critiae nomine inscriptus. Quod enim Critias in Timaeo p. 26. A sqq. pollicitus erat, se quando dicendi partes ad ipsum venissent, de rebus priscorum Atheniensium copiosius esse disputaturum, ostensurumque eos tales fere fuisse, quales Plato in Reipublicae opere optimae civitatis cives instituerit, in libro ipsi cognomine ita perficere conatur, ut lineamenta picturae in Timaeo *) propositae non modo adumbrentur sed omni colorum varietate atque iucunditate exornentur. Quod quidem negotium Plato sapientissime attribuit Critiae. Is enim et genus suum ab ultima antiquitate repetebat eratque cum Solone generis cognatione coniunctus, et versatus erat in tractanda republica, quanquam huius rei Plato prudenter nullam iniecit mentionem **), et doctus habebatur atque eloquens Socraticisque eruditus disputationibus ***), et vero etiam poëticae facultatis laudibus ma-

*) P. 21 — 27.

**) Fuerat enim, quum in triginta tyrannis esset, tanta dominationis cupiditate inflammatus, ut ceteros crudelitate ac saevitia superaret; v. Xenoph. Mem. I. 2, 12.

***) v. Tim. p. 20. coll. Cicer. Orat. III. 34.

xime florebat *), ut profecto, si quis alius, expectationem audientium sustinere posset.

Et illud quidem, quod postremo loco commemoravimus, Critiam etiam poëseos studiis fuisse deditum, dici non potest quantum valeat eo, ut totam istam narrationem de Atlantide insula atque priscorum Atheniensium rebus rectius, quam vulgo factum est, aestimemus atque iudicemus. Fuerunt enim qui, quum omnia ad historiae fidem in hoc libro explicata esse sibi persuasissent, sedulo investigare studerent, quamnam insulam Plato designavisset et quomodo singulae descriptionis partes cum eius natura congruerent. Itaque Olaus Rudbeckius T. I. Atlanticae c. 6. Sueoniam intelligendam esse censuit eamque sententiam, ut erat homo doctus et ingeniosus, ad probabilitatis cuiusdam speciem exornare conatus est. Kirchmaierus porro in Exercitat. de Platonis Atlantide ad Timaeum et Critiam Platonis. Wittenberg. a. 1685. designari putavit extremos Africae tractus austrum atque occidentem versus iacentes. Ian. Bircherodius denique Schediasm. de orbe novo non novo. Altdorf. 1683. aliique non pauci Americam significari iudicaverunt. Extiterunt contra alii, qui quoniam Critiae narratio in nullam terram satis conveniret, omnia a Platone ementita atque mero arbitrio conficta censerent, ita ut a veritate omnino deberent putari aliena. Quae quum multorum aliorum **), tum nuper Hissmanni ***) atque Tiedemanni †), fuit sententia, eademque ut videtur etiam nunc vel maxime pervulgata est. Verum enimvero utrique illi, si quid iudicare possum, aliquantum a recta ratione discesserunt, siquidem verum in medio situm est. Id quod, sicuti antea dixi, vel ex eo, quod Critiae dicendi partes sunt demandatae, probabiliter colligi licet. Nimirum is pro ingenii indole quae a maioribus accepisse narratur, exaggerare, amplificare, ornare denique poterat: idem vero etiam propter generis antiquitatem videri potest antiqua aliqua fama usus esse, a Solone ex Aegypto

*) V. Prolegg. ad Charmidem.

**) V. Fabricii Biblioth. Graec. III. p. 24.

***) V. Hissmanns neue Welt- u. Menschengeschichte aus d. Franz. Münster 1781. 8. T. I. p. 173 — 186.

†) Argument. Dialogg. Plat. p. 339.

allata et ad posteros propagata. Itaque nos in eam deducti sententiam sumus, ut Platonem existimemus narrationem aliquam sacerdotum Aegyptiorum, quam ipse fortasse in Aegypto accepisset, universo operi tanquam fundamentum subiecisse, sed eam iussisse per Critiam ita illustrari atque exornari, ut in singulis partibus utique ab historiae fide recederetur.

Quod quidem ita esse praeter Critiae personam etiam alia sunt quae admodum verisimile reddere videantur. Quid enim? nonne Plato diserte originem narrationis Aegyptiam esse significat? et nonne etiam Solonem narrat eam tanquam carminis argumentum copiosius tractare atque illustrare voluisse? Haec omnia igitur apud nos quidem eo valent. ut Critiam censeamus simillimum esse fabulae alicui Romanensi, historiae veritate non omnino destitutae.

Iam vero hoc si ita est, profecto quaerere operae pretium erit, quaenam tandem insula nomine Atlantidos designetur. De qua re etsi nihil video accuratius posse definiri, tamen nobis ea, quae de situ deque magnitudine et potentia Atlantidis traduntur, respicientibus semper visum est iam antiquissimis Asiae populis incertum aliquem de America rumorem allatum esse. Nam etiamsi multa de occidentalibus insulis apud veteres fabulose sunt narrata *), tamen casu prorsus singulari ita factum fuerit, ut eius magnitudinis ac potentiae insula confingeretur, qualem veteres ipsi nusquam novissent **). Quo incertiores autem fuerunt de ea rumores, eo maior etiam debuit esse fingendi comminiscendique de rebus eius atque institutis licentia, qua quidem Platonem apertum est ita usum esse, ut omnia suo ipsius proposito et consilio prudenter accommodaverit. Ac similiter etiam iudicandum de iis videtur, quae de priscorum Atheniensium rebus exposita sunt, siquidem ne haec quidem antiquitatis auctoritate prorsus carere existimari debent.

Verum quid ista rimari iuvat, quum nuper Ioseph. Socherus De Scriptis Platonis p. 369 sqq. totum hunc

---

*) V. Perizonius ad Aelian. Var. Hist. III. 18. I. H. Voss Weltkunde der Alten. p. 8.

**) V. quae ad Timaeum p. 24. E. de hac re exposuimus.

libellum Platoni abiudicaverit atque alii cuidam eique ignoto auctori tribuerit, qui narrationem in Timaeo propositam consummare voluerit et perficere? Nimirum in Critia hocce vir acutissimus arbitratur divinum Platonis ingenium adeo desiderari, ut omnia ad inanes temporum et locorum descriptiunculas redeant, nihil fere eorum commemoretur, unde rem maioris momenti agitari ullo modo suspiceris. Itaque operi adeo sterili ac paene inepto tandem Platonis nomen detrahendum esse censet. Fatemur sane nobis quoque hanc viri docti opinionem aliquamdiu non omnino displicuisse: sed quo diutius accuratiusque rem animo consideravimus, eo certius denique nobis persuasimus totum opusculum ita esse comparatum, ut Platonis ingenium atque mentem certe non dedeceat. Nam primum quidem ipsa oratio, etsi temporum iniuria pessime affecta est, ut multam coniiciendi atque emendandi opportunitatem largiatur, tamen nihil prorsus habet quod vel ab aetate Platonis vel etiam ab ipsius loquendi usu et consuetudine abhorrere iudicari debeat. Quod unum argumentum iam per se solum plurimum momenti facit ad libri fidem auctoritatemque sustentandam. Quis est enim quin certe aliqua fraudis vestigia hoc in genere comparitura esse sibi persuadeat, si opus ab alio quopiam scriptore compositum sit? Deinde Critiae et reliquorum convivarum ingenia atque mores tam artificiose depinguntur, ut in hac quidem libri parte Platonis elegantiam facile agnoscas meritoque dubites, an scriptor aliquis posterioris aetatis haud facile eam tanta felicitate imitando exprimere potuerit. Porro etiam priscorum Atheniensium status sane praesenti rei convenienter prorsusque ad ipsius Platonis consilium accommodate describitur, siquidem perspicuum omnibus debet esse id maxime eo loco agi, ut eorum mores et instituta proxime ad civitatis Platonicae similitudinem accessisse appareat. Restat igitur una illa pars, qua Atlantis insula describitur, in qua ipsa etiam S o c h e r u s maxime offendit, nisi fallor propterea quod, quorsum singulae descriptionis partes pertineant et quanam necessitudine cum universi operis argumento contineantur, sane non usquequaque perspicias. Verum enimvero ne haec quidem dubitatio eiusmodi est, ut ad infirmandam libelli fidem et auctoritatem satis valeat. Nam primum quidem illud certissime apparet, felicitatem et potentiam priorum Atlantidarum tanquam maximam ideo

adumbrari, quo facilius deinde intelligatur vel maximas opes civitatum nullam ipsis civibus afferre solere beatitatem nomine suo dignam, nisi earum possessio cum temperantia et iustitia sit copulata; imo easdem illas sine divinarum rerum sensu et amore procreare immoderatam superbiam atque iuris humani ac divini contemtionem eoque ipso potentiae interitum accelerare. Quod quis est quin largiatur Platonis de his rebus sententiae adeo esse consentaneum, ut ad eam illustrandam confirmandamque maxime pertineat? Deinde vero si quae supersunt, quorum causae et rationes vix perspiciantur, reputandum est opus non esse absolutum, sed inchoatum tantum et affectum. Quod si integrum haberemus, nobis quidem non est dubium, quin in his quoque Platonis sollertiam atque elegantiam admiraturi essemus. Nunc res ita comparata est, ut parce moderateque uti criticis dubitationibus satius videatur.

Quaerentibus autem nobis, qui factum sit, ut opus imperfectum ad nos pervenerit, duae rei causae in mentem venerunt. Aut enim reliqua pars operis temporum iniuria intercidisse existimanda est; aut Plato ipse librum inchoatum non absolvit, sed imperfectum reliquit. Illud quominus statuamus, quum hoc prohibet, quod nusquam apud ullum scriptorem veterem desideratae partis mentio iniicitur, tum impedit etiam clarum atque evidens testimonium Plutarchi. Is enim in Vita Solonis p. 96. E. = c. 31 et 32. philosophum scribit morte oppressum esse, priusquam operi ultimam manum admoveret. Restat igitur alterum, quod posuimus fieri potuisse. Dubitare tamen licebit, num Plutarchus rem satis accurate narraverit. Fieri enim potest, ut philosophus aliis quibusdam causis permotus scriptionis inchoatae absolutionem in aliud tempus reiecerit. Quod nobis quidem ideo verisimile videtur, quia Timaeo absoluto se statim ad Critiae scriptionem accinxerit: id quod ex ipso horum librorum argumento et necessitudine colligere licet. Verum utcunque res sese habet, illud certe non minus verisimile est, non prius rediisse Platonem ad susceptum Critiae scribendi laborem, quam Legum opus condidisset. Quo absoluto quum nomen contractum tandem exsolvere vellet, videtur ei accidisse, ut naturae debitum inevitabili fato reddendum esset.

Et haec quidem de Critia satis sunto. Nam argumenti enarratione non opus esse putamus, quum in tanta

libelli brevitate disputationis ordinem et progressum animadvertere atque persequi neutiquam sit difficile. Superest igitur, ut codices recenseamus, ad quorum fidem oratio, quae ante Bekkerum misere depravata iacebat, nunc accuratius castigata est.

CODICES.

Excussit I. Bekkerus libros decem:

Paris. A. N. 1807. (librum omnium praestantissimum, quocum consentiunt saepissime Ven. Σ. Vat. o. Flor. x.)

Venet. Ξ. (N. 184.) et Σ. (N. 189.)

Angel. ν.

Laurent. z. (plut. 59. 1.) b. c.

Palatin. Vaticanum e.

Urbinat. ı.

Vaticanum o.

Ad hos accesserunt Florentini nostri quattuor, literis a. c. o. x. signati. Coniecturas quasdam proposuit A. Ferd. Lindau in Novo Specimine Coniecturarum in Platonis Timaeum et Critiam. Vratisl. 1815. 8. min. quae tamen raro usum aliquem habent: unde plerasque omnes silentio transmisimus.

ΚΡΙΤΙΑΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΤΙΜΑΙΟΣ, ΚΡΙΤΙΑΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΕΡΜΟΚΡΑΤΗΣ.

TIM. Ὡς ἄσμενος, ὦ Σώκρατες, οἷον ἐκ μα- 106
κρᾶς ἀναπεπαυμένος ὁδοῦ, νῦν οὕτως ἐκ τῆς τοῦ
λόγου διαπορείας ἀγαπητῶς ἀπήλλαγμαι! τῷ δὲ πρὶν

P. 106. νῦν οὕτως ἐκ τ.] V. ὄντως, quod solus habet Urbinas. Dein Ven. ΞΣ. Ang. Laur. Florentini, Vat. co. Urb. διαπορίας.

P. 106. νῦν οὕτως ἐκ τῆς τοῦ λόγου —] Qui ὄντως pro οὕτως scripserunt, ii videntur ignoravisse, hoc vocabulum ei rei, quacum aliquid comparatur, interdum postponi, siquidem haec non sine vi et pondere commemoratur. Cuiusmodi exemplum est in Phaedro p. 230. D. ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα θαλλόν τινα ἢ καρπὸν προσείοντες ἄγουσι, σὺ ἐμοὶ λόγους οὕτω προτείνων ἐν βιβλίοις — Ἀττικὴν φαίνει περιάξειν. ubi multa id genus alia indicavimus. Et hoc quidem loco νῦν ideo est praemissum, quia οἷον ἐκ μακρᾶς ἀναπεπαυμένος ὁδοῦ idem est quod οἷον ὅτε ἐκ μακρᾶς ἀναπέπαυμαι ὁδοῦ. Dein διαπορεία eleganti dilogia ponitur sic, ut et sermonis iter intelligi possit et vero etiam longior difficilis rei expositio. Suidas recte voc. interpretatur per διαπόρευσις; et διαπορίαν ait esse τὴν ἀμφιβολίαν. Ex quo clarum est, quo iure alii διαπορίας scripserint. De cursu siderum dicitur Epinom. p. 982. C. Porro admonitione aliqua indigere videtur istud ἀγαπητῶς, quod erunt fortasse qui post ὡς ἄσμενος minus commode inferri arbitrentur. Nec tamen illud habet quod merito offendere queat, modo vim eius ac significationem recte perceperis. Significat enim proprie: sic ut contento esse mihi liceat; de quo usu loquendi dictum est ad Hipp. mai. p. 302. B. et Cratyl. p. 430. E. ideoque interdum est vix tandem, aegre; v. ad Hipp. l. c. et Lysid. p. 218. C. Quocirca verborum sententia haec est: Quantopere laetor, quod tanquam a longa requiescens via, ita nunc a sermonis itinere sic salvus discessi ac liberatus sum!

τῷ δὲ πρὶν μὲν πάλαι —] Rerum universitatem, sive mundum hunc adspectabilem, quem

μὲν πάλαι ποτ' ἔργῳ, νῦν δὲ λόγοις ἄρτι θεῷ γεγονότι προσεύχομαι, τῶν ῥηθέντων ὅσα μὲν ἐῤῥήθη
B μετρίως, σωτηρίαν ἡμῖν αὐτὸν αὐτῶν διδόναι, παρὰ μέλος δὲ εἴ τι περὶ αὐτῶν ἄκοντες εἴπομεν, δίκην τὴν πρέπουσαν ἐπιτιθέναι. δίκη δὲ ὀρθὴ τὸν πλημμελοῦντα ἐμμελῆ ποιεῖν. ἵν' οὖν τὸ λοιπὸν τοὺς περὶ θεῶν γενέσεως ὀρθῶς λέγωμεν λόγους, φάρμακον ἡμῖν αὐτὸν τελεώτατον καὶ ἄριστον φαρμάκων ἐπιστήμην εὐχόμεθα διδόναι. προσευξάμενοι δὲ παραδίδομεν κατὰ τὰς ὁμολογίας Κριτίᾳ τὸν ἑξῆς λόγον.

ΚΡΙ. Ἀλλ', ὦ Τίμαιε, δέχομαι μέν, ᾧ δὲ καὶ

B. ὀρθῶς λέγωμεν] Coniunctivum habent Par. A. Vat. o. Flor. o. Vett. editt. λέγοιμεν. Flor. x. Laur. z. b. Vat. e. λέγομεν.

δέχομαι μέν, ᾧ δὲ καὶ σὺ κατ' ἀρχάς] V. δ. μ. ὧδε, ᾧ σὺ κατ' ἀρχάς. Octo libri: ὧδε ὃ σὺ κατ' ἀρχάς. Verum servavit unus Par. A. μὲν ᾧ δὲ καὶ σὺ κατ' ἀρχάς.

in cognomine dialogo numinis divini honore affecerat, re quidem iam dudum extitisse, nunc autem oratione demum perfectum, hoc est, descriptum et illustratum esse ait. Hunc igitur Deum suum precatur, ut quae recte dicta sint, ea rata esse iubeat, prave dictorum autem eam poenam sumat, quae rei ipsi sit accommodatissima. — μετρίως, quod opponitur sequenti παρὰ μέλος, est recte; v. ad Criton. p. 46. C. Phaed. 95. D. Pronomen αὐτῶν autem post τῶν ῥηθέντων abundanter illatum, ut Phaedon. p. 111. C. Symp. p. 195. A. ubi v. ann.

B. τὸν πλημμελοῦντα ἐμμελῆ ποιεῖν] Eleganter metaphoram modo inchoatam continuat. Notus est autem hic usus verbi πλημμελεῖν vel ex Phaedone p. 115. E. 117. D. Critone p. 43. B. Rarius multo ἐμμελὴς sic usurpatur, quo nunc significatur is, qui a recta ratione non aberrat. Sed nimirum vel ob praegressum πλημμελεῖν recte ἐμμελὴς ita dicitur.

ἵν' οὖν τὸ λοιπὸν — ὀρθῶς λέγωμεν λ.] Vulgo λέγοιμεν, optativus, legebatur, quem defendere et explicare studuit Car. Reisigius Comment. critt. in Oedip. Colon. p. 170. Vult enim istud: ἵν' οὖν — ὀρθῶς λέγοιμεν λόγους, item a ceteris cogitari, quibuscum loquitur Timaeus, ideoque continere optationem. Quod a toto loco alienum esse ipsa docet verborum constructio: εὐχόμεθα διδόναι ἡμῖν φάρμακον τελεώτατον καὶ ἄριστον, ἐπιστήμην, ἵνα τὸ λοιπὸν (in posterum) ὀρθῶς λέγωμεν τοὺς περὶ θεῶν γενέσεως λόγους. Quis enim ferat ita loquentem, ut in tali sententia id, quod optatur, rursus optativo in membro orationis aliunde suspenso significet? Nihil verius est scriptura λέγωμεν, quam etiam codices ita iam confirmarunt, ut de ea nulla

σὺ κατ' ἀρχὰς ἐχρήσω συγγνώμην αἰτούμενος ὡς περὶ C
μεγάλων μέλλων λέγειν, ταὐτὸν καὶ νῦν ἐγὼ τοῦτο
παραιτοῦμαι, μειζόνως δὲ αὐτοῦ τυχεῖν ἔτι μᾶλλον
ἀξιῶ περὶ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι. καίτοι σχε- 107
δὸν μὲν οἶδα παραίτησιν εὖ μάλα φιλότιμον καὶ τοῦ
δέοντος ἀγροικοτέραν μέλλων παραιτεῖσθαι, ῥητέον
δὲ ὅμως. ὡς μὲν γὰρ οὐκ εὖ τὰ παρὰ σοῦ λεχθέντα
εἴρηται, τίς ἂν ἐπιχειρήσειεν ἔμφρων λέγειν; ὅτι δὲ
τὰ ῥηθησόμενα πλείονος συγγνώμης δεῖται χαλεπώτερα
ὄντα, τοῦτο πειρατέον πῃ διδάξαι. περὶ θεῶν γάρ, ὦ
Τίμαιε, λέγοντά τι πρὸς ἀνθρώπους δοκεῖν ἱκανῶς
λέγειν ῥᾷον ἢ περὶ θνητῶν πρὸς ἡμᾶς. ἡ γὰρ ἀπειρία B

P. 107. περὶ θνητῶν πρὸς ἡμᾶς] V. θνητῶν ἢ πρὸς ὑμᾶς. In aliquot libris pro ἢ legitur ἡ. Sed plurimi codd. recte neutrum praestant. Pro ὑμᾶς item plurimi optimique omnes recte ἡμᾶς. v. interpretationem nostram.

possit amplius locum habere controversia.

κατὰ τὰς ὁμολογίας] V. Tim. p. 25. E — 27. B.

δέχομαι μέν, ᾧ δὲ καὶ σὺ κατ' ἀρχὰς —] Quod vulgo scribebatur, δέχομαι μὲν ὧδε, ᾧ σὺ καταρχὰς κ. τ. λ., id iam Stephanus ita emendari voluit, ut scriberetur vel δέχομαι μέν· ἃ δὲ σὺ κατ' ἀρχὰς ἐχρήσω, vel δέχομαι μὲν τόνδε· ᾧ δὲ σὺ κατ' ἀρχὰς κ. τ. λ. Ex quibus utrum vere sit coniectatum, variae codicum lectiones unumquemque edocebunt. Itaque locus sic interpretandus est: Quod autem tu ab initio fecisti, ut peteres veniam, quippe de rebus magnis disputaturus, idem ego quoque etc. Vide autem an scribendum sit deinceps: ταὐτὸν νῦν καὶ ἐγὼ τοῦτο παραιτοῦμαι, siquidem καὶ non ad νῦν sed ad ἐγὼ trahendum est, ut nobis quidem videtur. Verbum παραιτοῦμαι praegnanti sensu positum est ita, ut quod addi debebat: ut mihi facere liceat, id simul eo significetur. Sic Apol. p. 27. A. Protagor. p. 321. A.

P. 107. καὶ τοῦ δ. ἀγροικοτέραν] Comparativus huius nominis in eiusmodi excusationibus fere solemnis est. Apolog. p. 32. D. εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν. Euthydem. p. 283. E. εἰ μὴ ἀγροικότερον — εἰπεῖν. Erast. p. 136. E. ἢ ἀγροικότερόν ἐστιν ἐρέσθαι; Gorg. p. 486. C. εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι. Ibid. p. 509. A. καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστίν. al. — Mox ambigitur inter lectiones πρὸς ἡμᾶς et πρὸς ὑμᾶς. Quarum posterior omnino reiicienda est, propterea quod nulla oppositionis ratio inter πρὸς ἀνθρώπους et πρὸς ὑμᾶς intercedit. Sed elegans sane est sententia ubi πρὸς ἡμᾶς tenuerimus. Nam ita hoc dicit Critias: Facilius mihi videtur, ut is, qui de diis

καὶ σφόδρα ἄγνοια τῶν ἀκουόντων περὶ ὧν ἂν οὕτως ἔχωσι πολλὴν εὐπορίαν παρέχεσθον τῷ μέλλοντι λέγειν τι περὶ αὐτῶν· περὶ δὲ δὴ θεῶν ἴσμεν ὡς ἔχομεν. ἵνα δὲ σαφέστερον ὃ λέγω δηλώσω, τῇδέ μοι συνεπισπέσθε. μίμησιν μὲν γὰρ δὴ καὶ ἀπεικασίαν τὰ παρὰ πάντων ἡμῶν ῥηθέντα χρεών που γενέσθαι· τὴν δὲ τῶν γραφέων εἰδωλοποιίαν περὶ τὰ θεῖά τε καὶ οὐράνια σώματα γιγνομένην ἴδωμεν ῥᾳστώνης
C τε πέρι καὶ χαλεπότητος πρὸς τὸ τοῖς ὁρῶσι δοκεῖν ἀποχρώντως μεμιμῆσθαι, καὶ κατοψόμεθα, ὅτι γῆν μὲν καὶ ὄρη καὶ ποταμοὺς καὶ ὕλην οὐρανόν τε ξύμ-

B. *καὶ σφόδρα ἄγνοια*] V. *σφοδρὰ ἄνοια*, errore manifesto, qui item auctoritate plurimorum et optimorum codicum nuper sublatus est.

τῇδέ μοι συνεπισπέσθε] *συνεπισπέσθαι* Ven. ΞΣ. Ang. Laur. z. b. c. Vat. c. o. Urb. Flor. a. c. o. x.

μίμησιν μὲν γὰρ δή] *μὲν* ex uno Par. A. insertum ante Bekkerum deerat.

καὶ οὐράνια] Pro *οὐράνια*, quod non dubitavimus de Cornarii coniectura reponere, editt. omnes cum codd. mss. *ἀνθρώπινα* habent. Bekker. ex Par. A. dedit *καὶ τὰ ἀνθρώπινα*. Sed articulo locus non est, si vera est Cornarii coniectura.

apud mortales verba faciat, bene disputare videatur, quam qui de mortalibus apud mortales dicere instituat. Ita igitur *πρὸς ἡμᾶς* universe dictum idem valet quod *πρὸς ἀνθρώπους*.

